НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

VI
—
156

HENRICI CORNELII

# AGRIPPÆ AB NETTESHEYM,

ARMATÆ MILITIÆ EQVITIS AVRATI, ET IVRIS VTRIVSQVE ac Medicinæ Doctoris,

# OPERA.

*IN DVOS TOMOS CONCINNE DIgeſta, & nunc denuò ſublatis omnibus mendis, in φιλομούσων gratiam accuratiſſimè recuſa.*

QVIBVS POST OMNIVM EDITIONES de nouo acceſſit ARS NOTORIA, vt ſatis indicat Catalogus poſt præfationem poſitus.




LUGDUNI,

PER BERINGOS FRATRES.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА




Quem tibi ſubijciat ſpectandum hæc pagina, quæris?
CORNELIVS facie talis AGRIPPA fuit.
Ingenio quantus fuerit quantum ore diſertus,
Conſociata iſthoc conſule ſcripta libro.

ИМПЕРАТ. НОВОРОС... УНИВЕРСИТЕТА

51.
31.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# HENRICVS CORNELIVS AGRIPPA AB NETTESHEYM, omnibus Lectoribus ſalutem.

NON dubito quin tit lus libri noſtri de Occulta philoſophia, ſive de Magia, raritate ſua quã plurimos alliciat ad legendum: inter quos nõnulli obliquæ opinionis, mente languidi, multi etiam maligni, & in inge ium noſtrum ingradi accedent, qui temera ia ſua ignorantia, Magiæ nomen in deteriorem partem accipientes, vix conſpecto titulo clamabunt: Nos vetitas artes docere, hæreſium ſemina iacere: piis auribus offendiculo, præclaris ingeniis ſcandalo eſſe: maleficum eſſe, ſuperſtitioſum eſſe, dæmoniacum eſſe, Magus qui ſim. Quibus ſi reſpondeam, Magum ap d literatos viros non maleficum, non ſuperſtitioſũ, non dæmoniacum ſonar , ſed ſapientem, ſed ſacerdotem, ſed prophetam. Sybillas magas fuiſſe, proinde de Chriſto ta aperti ßime prophetaſſe: iam verò & Mago ex mirabilibus mũdi arcanis ipſius m ndi authorem Chriſtum cognoviſſe natum, omni mque primos veniſſe ad llum adorandum, ipſumquè Magiæ nomen acceptum Philoſophis, laudatum à Theologis, etiam ipſi Evangelio non ingratum. Credo ego iſtos tam pertinacis ſupercilii cenſores, Sybillis, & ſanctis Magis, & vel ipſo Evangelio prius ſibi interdicturos, quam ipſum Magiæ nomen recepturi ſint in gratiam: adeò conſcientiæ ſuæ conſulente, ut nec Apollo, nec Muſæ omnes, neque Angelus de cœlo me ab illorum execratione vendicare quea t. Quibus & ego nunc conſulo, ne noſtra ſcripta legant, nec intel igant, nec meminerint: nam noxia ſunt, venenoſa ſunt: Acherontis oſtium eſt in hoc libro, lapides loquitur, caveant, ne cerebrum illis excutiat.

*Vos autem, qui æqua mente ad legendum venitis, ſi tãtam prudentiæ diſcretionem adhibueritis, quãtam in melle legendo apes, iam ſecuri legite: puto namq; vos & vtilitatis haud parũ & voluptatis plurimùm accepturos. Quod ſi qua repereritis, quæ vobis non placeant, mittite illa, nec utimini. Nam & ego vobis illa non probo, ſed narro. Cætera tamen propterea non reſpuite, nam & medicorum volumina inſpicientibus contingit, cum antidotis & pharmacis ſimul etiam venena legere. Fateor præterea, Magiam ipſam multa ſuperuacua, & ad oſtentationẽ curioſa docere prodigia, ſimul hæc vt vana relinquite, cauſas tamen illorum ne ignorate. Quæ verò ad hominum vtilitatem, ad auertendos malos euentus, ad deſtruendum maleficia, ad curandos morbos, ad exterminanda phantaſmata, ad conſeruandam vitæ, honoris, fortunæ dexteritatem, ſine Dei offenſa, ſine religionis iniuria, fieri poſſunt, quis illa non tam vtilia cenſeat, quàm etiam neceſſaria? Sed quia admonui vos, multa me narrãdo potius quàm affirmãdo ſcripſiſſe, ſic enim opus eſſe viſum fuerat, quò pauciora præteriremus, multaq; inſuper Platonicorum cæterorumq; gentilium Philoſophorũ placita ſecuti ſumus, vbi inſtituto noſtro ſcribendi ſuggerebant argumentum: ideo, ſi alicubi erratum ſit, ſiue quid liberius dictum, ignoſcite adoleſcentiæ noſtræ, qui minor quàm adoleſcẽs hoc opus compoſui, vt poſſim me excuſare, ac dicere: Dum erã paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, factus autem vir, euacuaui quæ erant paruuli: ac in libro de vanitate ac incertitudine ſcientiarum, hunc librum magna ex parte retractaui. Sed hîc me iterum fortè redarguetis, inquientes: Ecce, Iuuenis ſcripſiſti, & ſenex retractaſti, vt quid ergo edidiſti? Fateor, Iuuenis admodum hos libros ſcribere aggreſſus ſum, ſpe tamen illos aliquando correctiores locupletioresq; emiſſurus: atq; ea cauſa Ioanni Trithemio Abbati Peapolitano, quondam Sponheimenſi, Viro arcanarum rerum admodum induſtrio, primùm illos obtuli corrigendos. Contigit enim poſtea, vt interceptum opus, priuſquam illi ſummam manum impoſuiſſem corruptis exemplaribus truncum & impolitũ circumferretur, atq; in Italia, in Gallia, in Germania, per multorum manus volitaret: iamq; nonnulli, impatientiùs neſcio, an impudenti' ipſum informe Opus ſub prælum exponere volebant, quo vno perculſus malo, ipſe edere conſtitui: cogitans, minus periculi fore, ſi Libri iſti paulò caſtigatiores mea manu prodirent, quàm ſi laceri per incondita fragmenta inuulgarentur per manus aliorum. Præterea nullum nefas ratus, ſi Iuuentutis meæ ſpecimẽ perire non ſinerem. Addidimus autem nonnulla Capitula, inſeruimus etiam pleraq;, quæ prætermittere incurioſum videbatur: quod curioſus Lector ex ipſius phraſis inæqualitate facile deprehendere poterit. noluimus enim Opus ipſum totum innouare, & (vt aiunt) totam telam retexere, ſed paululùm caſtigare, atq; aliquid ſplendoris infundere. Quapropter iterum nunc quæſo te Candide Lector, ne de præſenti tempore editionis iſta libres, ſed veniam des curioſæ Iuuentuti, ſi quid fortè ſecus, quàm placeat, in iſtis deprehendes.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# R. P. D. IOANNI TRITEMIO, ABBATI D. IACOBI IN ſuburbio Herbipolis, Henricus Conelius Agrippa ab Netteſheym S. D.

QVum nuper tecum, Reverende Pater, in cœnobio apud Herbipolim aliquandiu converſatus, multa de chymicis, multa de magicis, multa de cabaliſticis, cæteriſq;, quæ adhuc in occulto deliteſcunt, arcanis ſcientiis atq; artibus unà contuliſſemus, magna inter cæteras quæſtio erat, cur Magia ipſa, cùm olim primum ſublimitatis faſtigium uno omnium veterum Philoſophorum judicio teneret, & à priſcis illis ſapientibus & ſacerdotibus ſumma ſemper in veneratione habita fuerit: deinde ſanctis Patribꝰ à principio naſcẽtis Eccleſiæ Catholicæ odioſa ſemper & ſuſpecta, tandẽ exploſa à Theologis, damnata à ſacris canonibus, porrò omnium legum placitis fuerit proſcripta: ejus cauſam ſpeculatus, meo judicio, nõ alia eſt, niſi quod fatali quadã temporum hominumq; depravatione ſubintroierunt multi Pſeudophiloſiphi, ac mentito nomine Magi, qui per varias errorũ ſectas, & falſarum religionum factiones, multas admodum execrãdas ſuperſtitiones atq; ferales ritus, multa etiam ex orthodoxa religione ſcelerata ſacrilegia, in naturæ perſecutionem hominũq; pernicies, ac Dei injuriam cõgerentes, multos admodum, quales hodie circumferri videmus, reprobatæ lectionis libros ediderunt, quibꝰ Magiæ honeſtiſſimum nomen atque titulum furto & rapina præfixerunt. Hi itaque cum ſacroſancto hoc Magiæ titulo ſuis execrandis nugis fidem ſeſe conſiliaturos ſperarent, id egerunt, quòd laudatiſſimum olim Magiæ nomen, hodie bonis & probis omnibus odioſiſſimum redditum ſit: ac capitale crimen habeatur, ſi quis doctrina operibusve magum ſeſe audeat profiteri: niſi fortè demens aliqua vetula rus habitans, credi velit admodum perita, divinipotens, ut (ſicut ait Apuleius) poſſit cœlum deponere, terram ſuſpendere, fontes durare, montes diluere, manes ſublimare, deos infirmare, ſidera extinguere, tartarum ipſum illuminare; ſive, ut canit Virgilius:





*Quæ ſe carminibus promittat ſolvere mentes*
*Quas velit, aſt aliis duras immittere curas,*
*Siſtere aquam fluviis, & vertere ſidera retro,*
*Nocturnosq; ciet manes, mugire videbis*
*Sub pedibus terram, & deſcendere montibus ornos.*

Tum quæ referunt Lucanus de maga illa Theſſala, & Homerus de Circes omnipotentia: quorum plurima fateor, tam fallacis opinionis, tam ſuperſtitioſæ diligentiæ, pernicioſiq; laboris exiſtũt, ut cum ſub artem nõ nefandam cadere nequeãt, tamen magiæ venerabili titulo ſeſe veſtiri poſſe præſumunt. Cum hæc igitur ſic ſe haberent, mirabar admodum, neq; minus etiã indignabar, neminem hactenus extitiſſe, qui tam ſublimem ſacramq; diſciplinam ab impietatis crimine vindicaſſet, aut illam nobis purè ſyncerèq; tradidiſſet. ſiquidem, quos ex recẽtioribus ego vidi, Rogerium, Bacchonem, Robertum Anglicum, Petrũ Apponum, Albertum Teutonicũ, Arnoldum de villa nova, Anſelmum Permenſem, Picatricem, Hiſpanum, Cichum Aſculum Florentinum, & pleroſq; alios, ſed obſcuri nominis ſcriptores, cum ſe magiã tradere pollicentur, non niſi aut deliramenta quædã nulla ratione ſubnixa, aut ſuperſtitiones probis omnibus indignas præſtiterunt. Hinc cõcitatus eſt in me ſpiritus meus, atq; propter ipſam cùm admirationem, tum indignationem volui & ego philoſophari, non illaudabile opus me facturum exiſtimans, qui ab ineunte ætate ſemper circa mirabilium effectuum & plenas myſteriorũ operationes curioſus intrepiduſq; extiti explorator, ſi magiam ipſam, vetuſta ſapientumq; omnium diſciplinam ab impietatis erroribus redimitam, purgatamq;, & ſuis rationibus adornatam, reſtituerem, & ab injuria calumniãtium vindicarem: quod ut jam diu ipſe mecum deliberavi, nunquã tamen in hanc arenã deſcendere hactenus auſus fui: verum poſt collatum inter nos Herbipoli de his reb. ſermonem, tua præcellens peritia & doctrina, tua ardens adhortatio audaciam mihi animumq; addidit. Itaq; electis è philoſophorũ exploratæ fidei ſententiis, purgata introductione malignorum, qui ſimulata ſcientia mẽtientes magorum traditiones ab ipſis tenebrarum reprobatis libris, velut ab ipſis adjutis, mirandorum operationes requirendas docebãt, diſcuſſis tenebris, tres libros de Magia compendio brevitatis complexos, recentibus his diebus compoſui, & de Occulta philoſophia minus infenſo titulo inſcripſi. quos nunc tuo examini, qui harum rerum pleniſſimã peritiam tenes, caſtigandos, cenſendos, judicandosque.

ſubmitto, ut ſi quid in illis à me ſcriptum ſit, quod aut in naturæ contumeliam, aut cœlitum offenſam, religionisve injuriam vergere queat, condemnes errorem: ſin autem diſſoluta & purgata ſint impietatis ſcandala, veritatis traditionem tueare: ſicq; cum his libris noſtris, atque cum ipſa Magia agere velis, nec occultetur aliquid, quod prodeſſe queat: nec probetur quod poſſit non niſi nocere: quo ſi tandem libri iſti tuo examine probati, digni ſunt, qui aliquādo felicibus auſpiciis in publicum egrediantur. nec timeant judicium ſubire poſteritatis. Vale & his audacibus parcito cœptis.

---

## IOHANNES TRITEMIVS ABBAS DIVI IACOBI HERBIpolis, quondam Sponheimenſis ſuo Henrico Cornelio Agrippæ ab Nettesheym Salutem & charitatem.

*Opus tuum, ornatiſſ. Agrippa, de occultiore philoſophia prænotatū, quod nobis examinādum per latorem præſentium obtuliſti, quanta cum voluptate ſuſceperimus, nec lingua mortalis unquam poteſt exprimere, nec ſcribentis calamus reſerare. Admiratione maxima ducimur ſuper eruditione tua nō vulgari, qui & iuvenis tam ſecreta penetrās & arcana, multis etiam viris doctiſſimis abſcondita, non ſolum pulchrè ac verè, ſed etiam propriè & ornatè proferre in lucem potuiſti. Vnde inprimis tuæ ad nos benevolentiæ gratias agimus, & , ſi poterimus unquā, pro viribus indubitanter referemus gratias. Tuum opus, quod nemo doctiſſimorum etiam virorum ſatis laudare ſufficiet, probamus: deinde, ut ſtudio pergas in altiora, quo cæpiſti, nec ſinas tam excellentes ingenii vires ocio tepeſcere, te, qua poſſumus inſtantia, monemus, peti-*

*mus &*



*mus & rogamus, quatenus & tuo te labore ad meliora ſemper exercites, & lumen vere ſapiētiæ quo maxime & divinitus illuſtraris, etiam ignorantibus demonſtres. Nec te retrahat à propoſito quorumcunquè conſideratio nebulonum, de quibus verè dictum eſt, Bos laſſus fortiter figit pedem. cum nemo ſapientum judicio veraciter doctus eſſe queat, qui in unius duntaxat facultatis rudimenta juravit. Te autem divinitas ingenio donavit, & amplo & ſublimi: non ergo boves imiteris, ſed volucres: nec circa particularia arbitreris tibi eſſe morandum, ſed univerſalibus intendito animum. Tanto enim quisq; doctior eſſe putatur, quanto ignorat pauciora. Ingenium verò tuum ad omnia pleniter aptum, non paucis nec infimis, ſed multis & ſublimioribus eſt rationabiliter occupandum. Vnum hoc tamē te monemus cuſtodire præceptum, ut vulgaria vulgaribus, altiora verò & arcana altioribus atq; ſecretis tantum communices amicis. Da fœnū bovi, ſaccarum pſittaco tantum. intellige mentem, ne boum calcibus, ut plerisq; contigit, ſubjiciaris. Vale fœlix amice, & ſi quid penes nos eſt, quod tibi conducere queat, jube & factū ſine mora intelliges & vires ut noſtra dietim ſumat amicitia, ſæpius ad nos ſcribe, & tuarum aliquid lucubrationū mittito, inſtanter oramus. iterum vale. Ex noſtro cœnobio Peapolitano, 8. die Aprilis Anno 1510.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, HERMANNO è COMITIBVS WIDÆ, DEI gratia Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, S R. Imp. Principi Electori, & per Italiam Archicancellario, Weſtphaliæ & Angariæ Duci, &c. Sacroſanctæ Rom. Eccl. Legato nato, & in Pontificalibus Vicario Generali.

HENRICVS CORNELIVS AGRIPPA AB NETTESHEYM, S. P. D.

*EA eſt illuſtris famæ Tuæ celebritas, Reuerendiſſime & Illuſtriſſime princeps, ea virtutum earum magnitudo, & doctrinæ ſplendor, & frequens optimarum litterarum ſtudium, & cum ſolida prudentia grauis Oratio, & elegans dicendi promptitudo, multarum rerum cognitio, conſtans Religio, ac mores laudatiſſimi, quibus ſupra communem aliorum conſuetudinem præditus es: taceo priſcas eminentis nobilitatis imagines, ac diuitiarum cùm antiquarum, tum nouarum theſauros, amplitudinem*



*dinem Dominij, ſacrarumque Dignitatum mitras, quorum etiam præſtantia anteſtas cum corporis decenti forma & robore. Quæ licet omnia maxima ſint, ego Te tamen his omnibus longè maiorem exiſtimo heroicis illis & ſuperilluſtribus tuis virtutibus: quibus ſanè effeciſti, vt quantò quiſq; doctior eſt, ac virtutum amantior, tantò magis beneuolentiæ Tuæ ſeſe cupiat inſinuari. Vnde & ipſe etiam illud Decus Tuum petendum mihi conſtitui: ſed Parthorum more: hoc inquam eſt, non ſine munere. Quem equidem ſalutandi Principis morem à priſcorum vſque ſeculis in hæc noſtra tempora deriuatum, & aduſque huc obſeruatum videmus.*

*Cumque viderem, alios quoſque Viros egregiè doctos doctrinarum ſuarum pulhris magniſque muneribus Te ornare, ne ſolus ego, velut cultus & venerationis Tuæ deſertor ad Tuam amplitudinem vacuis manibus applicare auſim, cogitabundus ac circumſpiciens in cella mea libraria, quo munere Te tam inſignem Principem cõdonare poſſem: en, inter recondita offerebant ſeſe ſubitò Libri De Occul-*

Occulta Philoſophia, ſiue de Magia, quos iuuenis admodū ſcribere aggreſſus & iam multis annis velut oblitus intermiſerā, mox Tuæ Amplitudinis veneratione ad alios cōſummandos, velut ad vota reddenda, properaui? ſanè quòd perſuaderem mihi, nihil me Tibi gratius dare poſſe, quàm antiquiſſimæ abſtruſiſſimæque doctrinæ nouū Opus, opus inquam curioſæ Iuuentutis noſtræ ſed Antiquitatis doctrinam, auſim dicere, à nullis hactenus reſtituere tentatam. Attamen non in hoc tibi adſcribuntur hæc noſtra, quòd te digna ſint, ſed vt patefaciant mihi aditum ad beneuolentiam tuam. Quæſo itaq; ſi non eſt improbum, habeant apud Te quandam excuſationem, omnia Tibi vota præfaturus, ſi hæc Iuuentutis meæ ſtudia Tuæ Amplitudinis auſpicio in notitiam veniant: ac fugata inuidia perennitatis iure illorum remaneat memoria, nobis ad fructum bonæ conſcientiæ, cùm plura in illis etiam ſeniori mihi viſa ſint cùm vtiliſſima, tum cognitu neceſſaria. Habes itaq; Opus non tam Iuuentutis, quàm etiam præſentis ætatis noſtræ: multa ſiquidem

dem

AD EPISC. COLON. EPIST.

dem iuuenilis operis errata caſtigaui, multa compluribus locis interfulſi, multis capitibus adauxi, quæ ex ipſa orationis inæqualitate facilè deprehendi poſſunt: atque ſic cognoſces, me per omnem ætatem meam tuis obſequiis fore deuotū. Vale felicis Coloniæ feliciſſimus Princeps. Ex Mechlinia, Anno M.D. XXXI. Menſe Ianuario.

---

## ELENCHVS LIBRORVM HOC PRIMO TOMO COMPREHENSORVM,

*vbi notandum, quod quibus hæc nota † ſit præfixa, iſti nunc primum aut publicam lucem accipiunt, aut hiſce operibus auctarii vice accedunt.*

HENRICI Corn. Agrippæ de occulta philoſophia Libri tres. pag. 1
Geomanticæ diſciplinæ lectura. 405
De Cæremoniis magicis liber, ſed vt putatur, ſpurius: qui Quartus Agrippæ de Occulte philoſophia habetur. 426

*Quibus acceſſerunt.*

Petri de Abano Heptamerō, ſeu elemēta magica. 455
† De ſpeciebus Magiæ Cæremonialis, quam Goetiam vocant, Epitome G. Pictorii Villingani. 478
† An ſagæ vel mulieres vulgatim expiatrices nominatæ, ignis mulcta ſint damnandæ, per eundem Pictorium. 496

C Plinii

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

C. Plinii Secundi naturalis hiſtoriæ Mundi libri xxx. cap I. & II.
cum Commentario in eadem Plinii capita, Magię naturalis breuiſsimum, ſed eruditum, compendium complectente. 501
De Faſcinationibus Diſp. elegans & erudita. 531
† De materia Dæmonum, ſeu illorum dæmonum, qui ſublunari collimitio verſantur, ortu, nominibus, officiis, illuſionibus, poteſtate, vaticiniis, miraculis, & quibus mediis in fugam compellantur, Iſagoge G. Pictorij Villingani. 536
Gerardi Cremonenſis Geomantinæ Aſtronomicæ libellus. 559
Arbatel de Magia, ſeu Pneumatica veterum tùm Magorum populi Dei, tum Magorum Gentium, illuſtratione gloriæ & philanthropias Dei. 574
† Ars notoria nunquam edita. 603
De incantatione & adiuratione, Collique ſuſpenſione Epiſtola Authoris incerti. 661
Ioannis Tritemii Abbatis Spanheimenſis in libr. ſuos de Steganographia, Epiſtola ſiue Præfatio apologica. 665
& ex eiuſdem.
Quæſtionum libello. Q.V de reprobis atque maleficis. 665. Q. VI. de poteſtate maleficarum. 672. & Q. VII. de permiſsione diuina. 678
P. N. D. L. S. S. antiquitatis ſtudioſi, diuerſa diuinationum genera. 688

CAPI-

# CAPITVM ARGVMENTA TRIVM, HENRICI CORN. AGRIPPÆ DE OCCVLTA Philoſophia, Librorum.

Numerus anterior caput, poſterior paginam ſignificat.

## PRIMI LIBRI CAPITA.

Quomodo à triplici mundo magi virtutes colligant, tribus his libris monſtrabitur. pag. 1
2 Quid ſit magia, quæ eius partes, & qualem oporteat eſſe Magiæ profeſſorem. 2
3 De quatuor elementis, & eorundem qualitatibus, & in ſe invicem permixtionibus. 4
4 De triplici elementorum ratione conſideranda. 5
5 De mirabilibus ignis ac terræ naturis. 6
6 De admirandis aquæ & aeris atque ventorum naturis. 8
7 De generib. compoſitorũ, quomodo ſe habeãt ad elemẽta: atq; quid elemẽtis ipſis conveniat cũ anima & ſenſibus & moribus. 14
8 Quomodo elementa ſint in cœlis, in ſtellis, in dæmonibus, in angelis, in ipſo denique Deo. 15
9 De virtutib. rerũ naturaliũ ab elemẽtis proximè depẽdentibus. 16
10 De virtutibus rerum occultis. 17
11 Quomodo virtutes occultæ infunduntur rerũ ſpecieb. ab ideis per rationes animæ mundi, ſtellarumque radios: & quæ res hac virtute magis abundant. 19
12 Quomodo diverſis individuis, etiam eiuſdem ſpeciei, diverſæ virtutes influant. 19
13 Vnde proveniant virtutes rerum occultæ. 10
14 De ſpiritu mundi quis ſit, & quod ſit vinculum occultarum virtutum. 23
15 Quomodo debemus inveſtigare & experiri virtutes rerũ, per viam ſumptam à ſimilitudine. 24
16 Qualiter diverſarum virtutũ operationes transfundantur ab una re in aliam, & ſibi mutuo communicatur. 26
17 Qualiter per litem & amicitiam virtutes rerum invẽſtigãdæ & experiundæ ſunt. 16
18 De inimicitiarum inclinationibus. 28
19 Quomodo inveſtigandæ & experiundæ ſunt rerum virtutes

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

virtutes, quæ illis á tota ſpecie inſunt, aut particulari ipſius individui dono alicui rei ſunt agnatæ. 30
20 Quòd virtutes naturales quibuſdam inſunt per totam ſuam ſubſtantiam, quibuſdam verò in certis ſuis particulis, aut membris. 31
21 De virtutibus rerum quæ inſunt ipſis in vita tantum, & quæ remanent in illis etiam poſt interitum. 31
22 Quomodo res inferiores ſubſunt corporibus cæleſtibus, & quomodo humanum corpus, ipſaq; hominum exercitia & mores ſtellis & ſignis diſtribuuntur. 34
23 Quomodo cognoſcendum quibus ſtellis res naturales ſubſunt, atque quæ res ſunt ſolares. 36
24 Quæ res ſubſint Lunæ. 38
25 Quæ ſunt ſub Saturno. 39
26 Quæ ſunt Iovialia. 40
27 Quæ referunt Martem. 41
28 Quæ ſunt Venerea. 41
26 Quæ ſequuntur Mercurium. 41
30 Quod totus ſublunaris mundus, & quæ in eo ſunt, planetis diſtribuuntur. 41
31 Qualiter provinciæ & regna planetis diſtribuuntur. 41
32 Quæ ſubſunt ſignis ac ſtellis earumq; imaginib. 44
34 De ſignaculis & characteribus rerum naturalium. 46
34 Quomodo per res naturales, earumq; virtutes, poſſumus allicere & attrahere influxus atque virtutes corporum cœleſtium. 49
35 De commixtionibus rerum naturalium ad invicem, earumque utilitate. 49
36 De unione rerum commixtarum, atq; introductione nobilioris formæ vitæq; ſenſibilis. 50
37 Quomodo certis quibuſdam præparamentis naturalibus & artificialibus cœleſtia quædam & vitalia dona deſuper trahimus. 
38 Quomodo dona, non ſolum cœleſtia & vitalia, verumetiam intellectualia quædam & divina deſuper ſuſcipere poſſumus. 51
39 Quod certis quibuſdam mundi materiis mundana numina, & horum numinum miniſtros dæmones allicere poſſumus. 54
40 De litigationibus: cujuſmodi ſunt, & quibus modis ſoleant fieri. 55
41 De veneficiis eorundemq; potentia. 56

42 De



42 De quorundam veneficiorum admirandis virtutibus. 57
43 De ſuffitibus, & eorum ratione & potentia. 60
44 Compoſitio quorundam ſuffituum planetis accommodatorum. 62
45 De collyriis, unctionibus, philtris, eorumq; virtutibus. 63
46 De alligationibus, ſuſpenſionibus phyſicis. 65
47 De annulis, & eorum compoſitionibus. 66
48 De locorum virtutibus & quæ loca cuique ſtellarum correſpondent. 67
49 De lumine & coloribus de lychnis & lampadibus, & qui colores quibus ſtellis, domibus & elementis diſtribuantur. 68
50 De faſcinatione, atque ejus artificio. 71
51 De certis obſervationibus admirandas virtutes producentibus. 72
52 De vultu ac geſtu, corporiſque habitudine figura, & quæ ex his quibus ſtellis reſpondeant: unde phyſiognomia, & metopoſcopia & chiromantia, divinationum artificia ſua fundamenta habeant. 74
53 De divinatione auſpiciorum & auguriorum. 76
54 De diverſis quibuſdam animantibus, & aliis rebus, quam in auguriis ſignificationem habeant. 78
55 Quomodo verificantur auſpicia per lumen ſenſus naturæ, ac de ejus experiundæ aliquot regulis. 83
56 De aruſpicina fulgurum & fulminum, & quomodo portenta & prodigia interpretanda ſint. 87
57 De Geomantia, Hydromantia, Aëromantia, Pyromantia, quatuor elementorum divinationibus. 88
58 De mortuorum reviviſcentia, de longæva dormitione atque inedia. 90
59 De divinatione, quæ per ſomnia fit. 93
60 De furore & divinationibus quæ in vigilia fiunt, de melancholici humoris potentia, quo etiam dæmones nonnunquam in humana corpora illiciuntur. 94
61 De formatione hominis, de ſenſibus exteris & intimis ac mente: de triplici animæ appetitu, ac paſſionibus voluntatis. 97
62 De paſſionibus animi, & earum origine, differentia & ſpeciebus. 100
63 Quomodo paſſiones animi mutant corpus proprium permutando accidentia, & movendo ſpiritum. 101
64 Quomodo paſſiones animi immutant corpus per modum

)(

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

imitationis à ſimilitudine. Item de transformatione ac translatione hominum, & quas vires vis imaginativa non ſolum in corpus, ſed etiam in animam obtineat. 102
65 Quomodo paſſiones animi etiam operantur extra ſe in corpus alienum. 104
66 Quòd paſſiones animi plurimum juvantur ab opportunitate cœleſti: & quam neceſſaria ſit in omni opere ipſa animi conſtantia. 106
67 Quomodo animus humanus poteſt conjungi cum cœleſtium animis & intelligentiis, atq; ſimul cum illis mirabiles quaſdam virtutes rebus inferioribus imprimere. 107
68 Quomodo animus noſter poteſt permutare & ligare res inferiores ad id quod deſiderat. 108
69 De ſermone, atque virtutibus verborum. 109
70 De virtute propriorum nominum. 110
71 De ſermonibus complexis, & carminibus, incantamentorumque virtutibus & aſtrictionibus. 111
72 De incantamentorum mirabili potentia. 113
73 De virtute ſcripturæ, & de imprecationibus & inſcriptionibus faciendis. 114
74 De proportione, correſpondentia, reductione literarum ad ſigna cœleſt a & planetas, & ſecundum varias linguas cum tabella hoc indicante. 115

# DE OCCVLTA PHILOSOPHIA.

## LIBRI SECVNDI CAPVT.

1 DE neceſſitate mathematicarum diſciplinarum, atque de mirandis multis operibus, quæ ſolis mathematicis artibus perpetrantur. 121
2 De numeris eorundemque potentia & virtute. 123
3 Quantas virtutes numeri poſſideant in rebus cum naturalibus, tum tranſnaturalibus. 124
4 De unitate, & ejus ſcala. 125
5 De dualitate, & ejus ſcala. 128
6 De triade, & ejus ſcala. 129
7 De quaternario, & ejus ſcala. 131
8 De quinario, & ejus ſcala. 137
9 De ſ[illegible]nario, & ejus ſcala. 139
10 De ſeptenario, & ejus ſcala. 140





11 De octonario, & ejus ſcala. 149
12 De novenario, & ejus ſcala. 151
13 De decade, & ejus ſcala. 153
14 De undenario & du[o]denario, cum duplici duodenarii ſcala, Cabaliſtica & Orphica. 157
15 De numeris qui ſupra duodenarium ſunt, eorumque potentia & virtutibus. 162
16 De numerorum notis in certis geſticulationibus conſtitutis. 165
17 De variis numerorum notis apud Rom. obſervatis. 167
18 De notis Græcorum. 168
19 De notis Hebræorum & Chaldæorum, & quibuſdam aliis Magorum notis. 169
20 Qui numeri literis attribuantur, atque de divinatione per eoſdem. 171
21 Qui numeri quibus diis ſacri ſunt, & qui quibus elementis adſcripti. 172
22 De planetarum menſulis, earumque virtutibus & formulis, & quæ illis præficiantur divina nomina, intelligentiæ & dæmonia. 174
23 De Geometricis figuris atque corporibus, qua virtute in Magia polleant, & quæ quibus elementis conveniant, atque cœlo. 182
24 De Muſicali harmonia, ejuſque viribus ac potentia. 184
25 De ſono atque concentu: & unde illis mirabilitas in operando. 186
26 De convenientia eorum cum cœleſtibus: & qui concentus, quique ſoni ſingulis ſtellis reſpondent. 187
27 De humani corporis proportione & menſura harmoniaque. 190
28 De animæ humanæ compoſitione & harmonia. 202
29 De obſervatione cœleſtium in omni opere magico neceſſaria. 203
30 Quando planetæ ſunt potentioris influentiæ. 204
31 De obſervatione ſtellarum fixarum, earumq; naturis. 204
32 De Sole & Luna, eorumque magicis rationibus. 206
33 De 28. manſionibus Lunæ, earundemque viribus. 208
34 De vero cœleſtium motu in octava ſphæra obſervando, ac de ratione horarum planetariarum. 211
35 Quomodo res quæque artificiales, & imagines & ſigilla ſimiliaque, virtutem aliquam ſortiantur à corporibus cœleſtibus. 213



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

36 De imaginib. Zodiaci, quas inſculptæ à ſuis ſtellis concipiant virtutes. 212

37 De imaginibus facierum, earumque virtutibus: atque de his, quæ extra Zodiacum ſunt, imaginibus. 214

38 De imaginibus Saturni. 217

39 De imaginibus Jovis. 218

40 De imaginibus Martis. 218

41 De imaginibus Solis. 219

42 De imaginibus Veneris. 219

43 De imaginibus Mercurii. 220

44 De imaginibus Lunæ. 220

45 De imaginibus Capitis & Caudæ Draconis Lunæ. 220

46 De imaginibus manſionum Lunæ. 221

47 De imaginibus ſtellarum fixarum beheniarum. 223

48 De figuris Geomanticis, quæ inter imagines & characteres mediæ ſunt, & earundem tabula. 225

49 De imaginibus quarum figura eſt non ad ſimilitudinem alicujus figuræ cœleſtis, ſed ad ſimilitudinem illius quod deſiderat animus operantis. 227

50 De obſervationibus quibuſdam cœleſtibus, & practica quarundam ejuſdem imaginum. 228

51 De characteribus, qui ad cœleſtium normam imitationemque fabricati ſunt: &, quomodo ex geomanticis figuris deducuntur, cum eorundem tabula. 231

52 De characteribus, qui à rebus ipſis ſimilitudine quadam abſtrahuntur. 233

53 Quòd nulla divinatio ſine Aſtrologia ſit perfecta. 235

54 De ſorte: &, quando ac unde illi divinationis virtus contingat. 237

55 De anima mundi & cœleſtium, juxta traditiones poetarum & philoſophorum. 139

56 Idem ratione confirmatur. 240

57 Quòd anima mundi, ac cœleſtes animæ ſint rationales, ac mentem participantes divinam. 241

58 De nominibus animarum cœleſtium, eorundemque dominio in hunc inferiorem mundum, videlicet hominem. 242

59 De ſeptem mundi gubernatoribus planetis, eorundemque variis nominibus, magicis ſermonibus deſervientibus. 244

60 Quòd humanæ imprecationes naturaliter imprimunt ſuas vires in res exteriores: &, quomodo animus humanus per





per ſingulos dependentiarum gradus aſcendit in mundum intelligibilem, atque ſimilis ſpiritibus & intelligentiis ſublimioribus. 246


# DE OCCVLTA PHILOSOPHIA.

## LIBRI TERTII CAPVT.


1 De neceſſitate, virtute & utilitate religionis. 253

2 De ſilentio & occultatione eorum, quæ ſecreta in religione ſunt. 254

3 Quæ dignificatio requiratur, ut quis evadat in verum magum, & mirandorum operatorem. 256

4 De duobus cæremonialis Magiæ adminiculis, religione & ſuperſtitione. 258

5 De tribus ducibus religionis, qui nos ad veritatis ſemitam perducunt. 260

6 Quomodo his ducibus anima humana ſcandit in naturam divinam, efficiturque miraculorum effectrix. 262

7 Neceſſarium eſſe Mago veri Dei cognitionem, & quid de Deo veteres ſenſerunt Magi atque Philoſophi. 263

8 Quid de divina Trinitate veteres ſenſerint Philoſophi. 265

9 Quæ ſit vera de Deo & ſanctiſſima Trinitate orthodoxa fides. 267

10 De emanationibus divinis, quas Hebræi numerationes, alii attributa, Gentiles Deos & numina nuncupabant, deque decem Sephiroth, ac decem ſacratiſſimis Dei nominibus illis præſidentibus: eorundemque interpretatione. 268

11 De divinis nominibus, eorundemque potentia & virtute. 272

12 De influxu divinorum nominum per ſingula media in hæc inferiora. 279

13 De membris Dei, & de eorum in noſtra membra influxu. 281

14 De Diis gentium & animis cœleſtium corporum; & quibus numinibus quæ loca olim ſacra fuerunt. 283

15 Quid de animabus cœleſtibus noſtri ſentiunt Theologi. 286

16 De intelligentiis & dæmonibus, ac triplici illorum genere,

eorumque cognomentis variis, deque infernis & ſubterraneis dæmonibus. 287
17 De eiſdem juxta Theologorum ſententias. 291
18 De ordinibus malorum dæmonum, eorundemque caſu & naturis variis. 293
19 De corporibus dæmonum. 296
20 De infeſtatione malorum dæmonum, & cuſtodia nobis adhibita bonorum dæmonum. 298
21 De obſequendo proprio genio, ejuſq; natura indagãda. 301
22 Triplicem uniuſcujuſque hominis cuſtodem eſſe, & à quibus ſinguli procedant. 302
23 De lingua angelorum, eorumque cum inter ſe, tum nobiſcum collocutionibus. 304
24 De nominib. ſpirituũ, eorumq; varia impoſitione: deq; ſpiritib. qui præſunt ſtellis, ſignis, cardinib. cœli & elemẽtis. 305
25 Quomodo Hebræorum Mecubales ſacra Angelorum nomina è ſacris Scripturis eliciant, atque de ſeptuaginta duobus Angelis qui ferunt nomen Dei, cum tabulis Ziruph, & commutationum literarum & numerorum. 308
26 De inveniendis nominibus ſpirituum & geniorum à diſpoſitione corporum cœleſtium. 310
27 De arte calculatoria nominum ejuſmodi ex traditione Cabaliſtarum. 311
28 Quomodo nonnunquam ſpirituum nomina accipiuntur à rebus ipſis quibus præficiuntur. 313
29 De characteribus & ſigillis ſpirituum. 315
30 Alius characterizandi modus, à Cabaliſtis traditus. 316
31 Adhuc alius characterum modus atque de ſignaculis ſpirituum, quæ ſola revelatione recepta ſunt. 320
32 Quomodo alliciantur a nobis boni dæmones, & quomodo mali dæmones à nobis convincantur. 321
33 De vinculis ſpirituũ, eorũq; adjurationib. & exterminiis. 32
34 De ordine animaſtico, atque heroibus. 32
35 De diis mortalibus atque terrenis. 32
36 De homine quomodo creatus ad imaginem Dei. 330
37 De anima humana, & per quæ media jungatur corpori. 3
38 Quæ divina dona homo deſuper à ſingulis cœlorum & intelligentiarum ordinibus accipiat. 3
39 Quomodo superni influxus cum ſint natura boni, in iſtis inferioribus depraventur, & malorum cauſæ efficiantur. 33
40 Quod unicuiq; homini impreſſus eſt character divinus, cujus vigore poteſt pertingere ad operandum mirabilia. 34

41 Qui



41 Quid de homine poſt mortem, opiniones variæ. 342
42 Quibus rationibus Magi & Necromantes mortuorum animas evocare ſe poſſe putabant. 354
43 De humanæ animæ poteſtate, in mente, ratione & idolo. 356
44 De gradibus animarum, & earundem interitu, aut immortalitate. 359
45 De vaticinio & furore. 362
46 De prima ſpecie furoris, à Muſis. 362
47 De ſecunda ſpecie furoris à Dionyſio. 364
48 De tertia ſpecie furoris, ab Apolline. 365
49 De quarta ſpecie furoris, à Venere. 368
50 De raptu & ectaſi, & vaticiniis quæ iis qui morbo comitiali & ſyncope corripiuntur, & quæ agonizantibus contingunt. 396
51 De ſomnio Prophetico. 371
52 De ſortibus & notaminibus certam oraculorum vim poſſidentibus. 374
53 Quomodo ſe diſponere debeat volens ſuſcipere oracula. 375
54 De munditia: & quomodo obſervanda 377
55 De abſtinentia, & jejuniis, & caſtitate, ſolitudine, & animi tranquillitate atque aſſenſu. 379
56 De pœnitentia & eleemoſyna. 382
57 De his, quæ extrinſecus adminiſtrata, ad expiationem conducunt. 383
58 De adorationibus & votis. 384
59 De ſacrificiis & oblationibus, eorumque generibus & modis. 386
60 Quas imprecationes & ritus veteres adhibere ſolebant ſacrificiis & oblationibus. 390
61 Quomodo hæc tum ad Deum, tum ad inferiora numina exhibenda ſunt. 391
62 De conſecrationibus & earum ratione. 392
63 Quæ dicantur ſacra, quæ conſecrata: & quomodo hæc ſe habeant inter nos atque divos, ac de ſacris temporibus. 395
64 De religioſis quibuſdam obſervationibus cæremoniis & ritibus ſuffituum, unctionum & ſimilium. 399
65 Operis totius concluſio. 403

*Capitum trium librorum de occulta Philoſophia.*

HEN-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

## HI SVNT SEPTVAGINTA DVO ANGELI DEFERENTES NOMEN DEI SCHEMhamphoras, quorum nomina eliciuntur ex verſu 19. 20. & 21. capit. 14. lib. Exodi, hac diſpoſitione.

1 ויסע מלאך האלהים ההלך לפני מחנה ישראל וילך מאחריהם ויסע עמוד הענן מפניהם ויעמד מאחריהם:

2 ויבא בין מחנה מצרים ובין מחנה ישראל ויהי הענן והחשך ויאר את הלילה ולא קרב זה אל זה כל הלילה:

3 ויט משה את ידו על הים ויולך יהוה את הים ברוח קדים עזה כל הלילה וישם את הים לחרבה ויבקעו המים:

| | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| כלי אל *Cali-El.* | לאו יה *Leav-iah.* | הקם יה *Hakamiah.* | הרי אל *Hari-El.* | מבה אל *Mebah-El.* | יזל אל *Iezal-El.* | ההע יה *Haha-iah.* | לאו יה *Lavi-iah.* | אלד יה *Alad-iah.* | הזי אל *Hazi-El.* | כהת אל *Cahet-El.* | אכא יה *Acha-iah.* | ללה אל *Lelah-El.* | מהש יה *Mahaſ-iah.* | עלם יה *Elem-iah.* | סיט אל *Sita-El.* | ילי אל *Ieli-El.* | והו יה *Vehu-iah.* |
| מנד אל *Manad El.* | כוק יה *Chavac iah.* | להח יה *Lehah-iah.* | יחו יה *Iebu-iah.* | ושר יה *Vaſar-iah.* | לכב אל *Lecab-El.* | אומ אל *Oma-El.* | ריי אל *Reti-El.* | שאה יה *Seeh-iah.* | ירת אל *Ierath-El.* | האא יה *Haa-iah.* | נתה יה *Nitha-iah.* | ההו יה *Hahvi-iah.* | מלה אל *Melah-El.* | ייי אל *Ieii-El.* | נלכ אל *Nelcha-El.* | פהל יה *Pahal-iah.* | לוו יה *Levu-iah.* |
| ניה אל *Nitha-El.* | ננא אל *Nana-El.* | עמם יה *Imam-iah.* | ההש יה *Hahaſ-iah.* | דני אל *Dani El.* | והו אל *Vehu-El.* | מיה אל *Miha-El.* | עשל יה *Aſal-iah.* | ערי אל *Ari-El.* | סאל יה *Saal-iah.* | ילה יה *Ielah-iah.* | וול יה *Veval-iah.* | מיכ אל *Mica-El.* | ההה אל *Hahah-El.* | ייז אל *Ieiaz-El.* | רהע אל *Reha-El.* | העם יה *Haam-iah.* | אני אל *Ani-El.* |
| מומ יה *Mum-iah.* | היי אל *Haiai-El.* | יבמ יה *Iabam-iah.* | ראה אל *Roeh-El.* | חבו יה *Habu-iah.* | איע אל *Eia-El.* | מנק אל *Menak-El.* | דמב יה *Damab iah.* | מחי אל *Mehi-El.* | ענו אל *Anav-El.* | יהה אל *Iahha-El.* | ומב אל *Vmab-El.* | מצר אל *Mizra-El.* | הרח אל *Harah-El.* | ייל אל *Ieiali-El.* | נממ יה *Nemā-iah.* | פוי אל *Poii-El.* | מבה יה *Mebah-iah.* |

## ** II.

# TABVLA COMMVTATIO-num recta.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת |
| ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א |
| ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב |
| ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג |
| ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד |
| ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה |
| ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו |
| ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז |
| ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח |
| י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט |
| כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י |
| ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ |
| מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל |
| נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ |
| ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ |
| ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס |
| פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע |
| צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ |
| ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ |
| ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק |
| ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר |
| ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש |

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# TABVLA COMMVTATIO-num aversa.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א |
| ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת |
| ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש |
| ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר |
| צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק |
| פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ |
| ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ |
| ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע |
| נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס |
| מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ |
| ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ |
| כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל |
| י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ |
| ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י |
| ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט |
| ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח |
| ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז |
| ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו |
| ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה |
| ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד |
| ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג |
| א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב |

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

** IV.

# ALIA TABVLA AVERSA
dicta irrationalis.

| | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת |
| ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ת | א | ל | ש |
| ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ש | ת | א | ב | מ | ד |
| ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | נ | ס | ע | פ | צ | ר | ש | ת | א | ב | מ | ג | ק |
| ה | ג | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | ס | ע | פ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | נ | צ |
| ו | ז | ח | ט | י | כ | ל | מ | ס | ע | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ח | נ | ד | פ |
| ז | ח | ט | י | כ | ל | נ | מ | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ו | ה | ט | ע |
| ח | ט | י | כ | ל | מ | נ | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ו | ז | ע | ת | ס |
| ט | י | ב | ל | מ | ס | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ז | ה | ו | ע | ג |
| י | כ | ל | נ | ס | ע | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ח | ז | ה | ט | פ | ו | ס |
| כ | מ | נ | ס | ע | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ח | ט | י | ז | פ | ל |
| ל | נ | ס | ע | פ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ח | ט | י | מ | צ | ז | ב |
| מ | ס | ע | פ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ט | כ | ל | נ | ח | צ | י |
| נ | ע | פ | צ | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ת | ה | ז | י | כ | ל | מ | ס | ק | ח | ט |
| ס | פ | צ | ר | ש | ת | א | כ | ג | ד | ה | ח | ז | י | ק | ל | מ | נ | ע | ט | ב | ח |
| ע | צ | ק | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ח | ט | כ | ל | מ | נ | ס | פ | י | ר | ז |
| פ | ק | ש | ת | א | כ | ג | ד | ה | ז | ח | ט | כ | ל | מ | נ | ר | ע | צ | ס | י | ר |
| צ | ר | ת | א | כ | ג | ד | ו | ז | ח | ט | י | ל | מ | נ | ס | ע | פ | ב | ש | ק | ת |
| ק | ת | א | ב | ג | ח | ו | ז | ח | ש | י | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ב | ד | ל | ט | ה |
| ר | א | כ | מ | ה | נ | ח | ע | ו | פ | ז | צ | ח | ק | ט | י | ס | ש | ל | ב | ת | ג |
| ש | ל | מ | ג | נ | ד | ס | ה | ע | ו | פ | ז | צ | ח | כ | ר | י | ק | *ט | ת | א | ב |
| ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א |

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# TABVLA COMBINATIONUM ZIRUPH.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| אל | בת | גש | דר | הק | רצ | זפ | חע | טס | ינ | כמ |
| אב | גת | דש | הר | וק | זצ | חפ | טע | יס | כנ | למ |
| אג | דת | הש | ור | זק | חצ | טפ | יע | במ | לנ | במ |
| אד | בג | חת | וש | זר | הק | טצ | יפ | כע | לס | מנ |
| אה | בד | ות | זש | חר | טק | יצ | כפ | לע | מס | גג |
| או | בה | גד | זת | חש | טר | יק | כצ | לפ | מע | נס |
| אז | בו | גה | חת | טש | יר | כק | לצ | מפ | נע | דס |
| אח | בז | צו | דה | טת | יש | כר | לק | מצ | נפ | סע |
| אט | בח | גז | דו | ית | כש | לר | מק | נצ | ספ | חע |
| אי | כט | גח | דז | חז | בת | לש | מר | נק | סצ | עפ |
| אב | בי | גט | דח | הז | לת | מש | נר | סק | עצ | ופ |
| אל | בכ | גי | רט | הח | וז | מת | נש | סר | עק | פצ |
| אמ | בל | גכ | די | הט | וח | נת | סש | ער | פק | זצ |
| אנ | במ | גל | דכ | הי | וט | זח | סת | עש | פר | צק |
| אס | בנ | גמ | דל | חב | וי | זט | עת | פש | צר | חק |
| אע | בס | גנ | דמ | חל | וב | זי | הט | פת | צש | קר |
| אפ | בע | גס | דנ | המ | ולנ | זב | הי | טת | קש | צר |
| אצ | בפ | גע | דס | חנ | ומ | זל | חב | פי | קת | רש |
| אק | בצ | גפ | דע | הס | ונ | זמ | הל | טב | דת | יש |
| אר | בק | גצ | דפ | חע | וס | זנ | המ | טל | יב | שת |
| אש | בר | גק | רצ | הפ | וע | זס | הנ | טמ | ילן | בת |
| את | בש | גרן | דק | הצ | ופ | זע | הס | טנ | ימ | כל |

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# ALIA TABVLA ZYRVPH,

Quæ dicitur rationalis.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| אב | גת | דש | הר | וק | זצ | חפ | טע | יס | כנ | למ |
| אג | דב | הת | וש | זר | חק | טצ | יפ | כע | לס | מנ |
| אד | הג | וב | זת | חש | טר | יק | כצ | לפ | מע | נס |
| אה | וד | זג | חב | טת | יש | כר | לק | מצ | נפ | סע |
| או | זה | חד | טג | יב | כת | לש | מר | נק | סצ | עפ |
| אז | חו | טה | יד | כג | לב | מת | נש | סר | עק | פצ |
| אח | טז | יו | כה | לד | מג | נב | סת | עש | פר | צק |
| אט | יח | כז | לו | מה | נד | סג | עב | פת | צש | קר |
| אי | כט | לח | מז | נו | סה | עד | פג | צב | קת | רש |
| אכ | לי | מט | נח | סז | עו | פה | צד | קג | רב | שת |
| אל | מכ | ני | סט | עח | פז | צו | קה | רד | שג | תב |
| אמ | נל | סכ | עי | פט | צח | קז | רו | שה | תד | בג |
| אנ | סמ | על | פכ | צי | קט | רח | שז | תו | בה | גד |
| אס | ענ | פמ | צל | קכ | רי | שט | תח | בז | גו | דה |
| אע | פס | צנ | קמ | רל | שכ | תי | בט | גח | דז | הו |
| אפ | צע | קס | רנ | שמ | תל | בכ | גי | דט | הח | וז |
| אצ | קפ | רע | שס | תנ | במ | גל | דכ | הי | וט | זח |
| אק | רצ | שפ | תע | בס | גנ | דמ | הל | וכ | זי | חט |
| אר | שק | תצ | בפ | גע | דס | הנ | ומ | זל | חכ | טי |
| אש | תר | בק | גצ | דפ | הע | וס | זנ | חמ | טל | יכ |
| את | בש | גר | דק | הצ | ופ | זע | חס | טנ | ימ | כל |
| אב | גד | הו | זח | טי | כל | מנ | סע | פצ | קר | שת |

**. VII.

# TABULA TRANSPOSITIONUM
*Numeralium.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| א | | | | | |
| ב | אא | | | | |
| ג | אב | | | | |
| ד | אג | בב | | | |
| ה | אד | בג | | | |
| ו | אה | בד | גג | | |
| ז | וה | בה | גד | | |
| ח | אז | בו | גה | דד | |
| ט | אח | בז | גו | דה | |
| י | אט | בח | גז | דו | הה |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| י | | | | | |
| כ | יי | | | | |
| ל | יכ | | | | |
| מ | יל | ככ | | | |
| נ | ימ | כל | | | |
| ס | יג | כמ | לל | | |
| ע | יס | כנ | למ | | |
| פ | יע | כס | לג | ממ | |
| צ | יפ | כע | לס | מנ | |
| ק | יצ | כפ | לע | מס | ככ |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ק | | | | |
| ר | קק | | | |
| ש | קר | | | |
| ת | קש | רר | | |
| ך | קת | רש | | |
| ם | קך | רת | שש | |
| ן | קם | רך | שת | |
| ף | קן | רם | שך | תת |
| ץ | קף | רן | שם | תך |
| א | קץ | רף | שן | תם |

**. VIII.

## ALTERA TRANSPOSITIONUM NUmeralium Tabula.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| וח | זד | הג | טב | יא |
| וו | זה | חד | טג | יב |
| | זו | חה | טד | יג |
| | זז | חו | טה | יד |
| | | חז | טו | יה |
| | | חח | טז | יו |
| | | | טח | יז |
| | | | טט | יח |
| | | | | יט |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| סנ | עמ | פל | צכ | קי |
| סס | ענ | פמ | צל | קכ |
| | טס | פנ | צמ | קל |
| | עע | פס | צנ | קמ |
| | | פע | צס | קנ |
| | | פפ | צע | קס |
| | | | צפ | קע |
| | | | צצ | קפ |
| | | | | קצ |

| | | |
|---|---|---|
| תן | שפ | רז |
| | תם | שז |
| | | תז |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 5 | 10 | 10 | 10 | 10 |
| ה | דו | גו | בח | אט |
| 50 | 100 | 100 | 100 | 100 |
| נ | מס | לע | כפ | יצ |
| 500 | 1000 | 1000 | 1000 | 1000 |
| ך | תם | שן | רפ | קץ |

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

# TABVLA CALCVLATIONIS nominum Spirituum Bonorum & Malorum, ſub ſeptem Planetarum præſidio militantium.

ל — מ

INGRESSVS MALORVM. — INGRESSVS BONORVM.

| | ☽ | ☿ | ♀ | ☉ | ♂ | ♃ | ♄ | *Lineæ Bonorum.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ת | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | א |
| ש | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ב |
| ר | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | ג |
| ק | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ד |
| צ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ה |
| פ | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | ו |
| ע | ח | ד | ג | ב | א | ת | ש | ז |
| ס | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ח |
| נ | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ט |
| מ | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | י |
| ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | כ |
| כ | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | ל |
| י | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | מ |
| ט | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | נ |
| ח | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | ס |
| ז | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | ע |
| ו | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | פ |
| ה | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | צ |
| ד | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ק |
| ג | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | ר |
| ב | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ש |
| א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ת |
| *Lineæ Malorum.* | ♄ | ♃ | ♂ | ☉ | ♀ | ☿ | ☽ | |

י — ה

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# TABVLA CALCVLATIONIS NOMINVM

Spirituum Bonorum & Malorum, ſub duodecim ſignorum ordine Militantium.

INGRESSVS MALORVM.

INGRESSVS BONORVM.

| מ | ♓ | ♒ | ♑ | ♐ | ♏ | ♎ | ♍ | ♌ | ♋ | ♊ | ♉ | ♈ | Linea Bonorū ש |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ת | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | א |
| ש | א | כ | ג | ד | ח | ו | ז | ה | ט | י | כ | ל | ב |
| ר | כ | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ג |
| ק | [illegible] | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ד |
| צ | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | ו | ח | ד | ג | ה |
| פ | ג | ד | ח | ו | ז | ח | ט | י | ב | ל | מ | נ | ו |
| ע | ד | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | ז |
| ס | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ח |
| נ | ע | ס | נ | מ | ל | ב | י | ט | ח | ז | ו | ה | ט |
| מ | ה | ו | ז | ח | ט | י | ב | ל | מ | נ | ס | ע | י |
| ל | ו | ח | ר | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | צ | פ | כ |
| כ | פ | צ | ק | ר | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ל |
| י | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י | ט | ח | ז | מ |
| ט | ז | ח | ט | י | ב | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | נ |
| ח | ח | ז | ד | ח | ר | ג | ב | א | ת | ש | ר | ק | ס |
| ז | ק | ד | ש | ת | א | ב | ג | ד | ח | ו | ז | ה | ע |
| ו | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | ב | י | ט | פ |
| ה | ט | י | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ד | צ |
| ד | י | ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א | ת | ש | ק |
| ג | ש | ת | א | ב | ג | ד | ה | ו | ז | ח | ט | י | ר |
| ב | ת | ש | ר | ק | צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | ב | ש |
| א | כ | ל | מ | נ | ס | ע | פ | צ | ק | ר | ש | ת | ת |
| Linea Malorū ט | ♈ | ♉ | ♊ | ♋ | ♌ | ♍ | ♎ | ♏ | ♐ | ♑ | ♒ | ♓ | י |

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І.МЕЧНИКОВА

# HENRICI CORNELII AGRIPPÆ, EQVITIS AVRATI, ET VTRIUSQUE IURIS DOCTORIS, SACRÆ Cæſareæ Maieſtatis à Conſilio, & Archivis indiciarii, de Occulta Philoſophia.

## LIBER PRIMUS.

### *Quomodo à triplici mundo Magi virtutes colligant, in tribus his libris monſtrabitur.* CAP. I.

CUM triplex ſit mundus, elementalis, cœleſtis & intellectualis; & quiſque inferior à ſuperiori regatur, ac ſuarum virium ſuſcipiat influxum, ita ut ipſe Archetypus & ſummus opifex per Angelos, cœlos, ſtellas, elementa, animalia, plantas, metalla, lapides, ſuæ omnipotentiæ virtutes exinde in nos transfundat, in quorum miniſterium hæc omnia condidit atque creavit: non irrationabile putant Magi, nos per eoſdem gradus, per ſingulos mundos, ad eundem ipſum archetypum mundum, omnium opificem, & primam cauſam, à qua ſunt omnia, & procedunt omnia, poſſe conſcendere: & non ſolùm his viribus, quæ in rebus nobilioribus præexiſtunt, frui poſſe, ſed alias prætereà novas deſuper poſſe attrahere. Hinc elementalis mundi vires, variis rerum naturalium mixtionibus à medicina, & naturali Philoſophia venantur: deinde cœleſtis, mundi radiis & influxibus, juxta Aſtrologorum regulas, & Mathematicorum diſciplinas, cœleſtes virtutes illis connectunt: porrò hæc omnia intelligentiarum diverſarum poteſtatibus per Religionum ſacras ceremonias corroborant atque confirmant. Horum omnium ordinem & proceſſum, tribus his libris nunc tradere conabor: quorum primus contineat Magiam naturalem, alter cœleſtem tertius ceremonialem. Sed neſcio an planè venia dignum ſit, me hominem ingenii ac literaturæ minoris, tam difficile, tam arduum, tam intricatum negotium, in ipſa mea adoleſcentia tam liberè aggreſſum eſſe: quamobrem quæcunque hîc à me dicta ſunt, & inferiùs dicentur, his nolo quenquam plus aſſentiri, neque ipſe ego plus aſſentior, niſi quatenus ab Eccleſia Catholica, fideliumque cœtu non fuerint reprobata.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Quid ſit Magia, quæ eius partes, & qualem oporteat eſſe Magiæ Profeſſorem.* CAP. II.

MAgica facultas poteſtatis plurimæ compos, altiſſimis plena myſteriis, profundiſſimam rerum ſecretiſſimarum contemplationem, naturam, potentiam, qualitatem, ſubſtantiam & virtutem, totiuſque naturæ cognitionem complectitur: & quomodo res inter ſe differunt, & quomodo conveniunt, nos inſtruit: hinc mirabiles effectus ſuos producens, uniendo virtutes rerum per applicationem earum ad invicem, & ad ſua paſſa congruentia inferiora, ſuperiorum dotibus ac virtutibus paſſim copulans atque maritans. Hæc perfectiſſima ſummaque ſcientia, hæc altior ſanctiorque Philoſophia, hæc denique totius nobiliſſimæ Philoſophiæ abſoluta conſummatio. Nam cum omnis Philoſophia regulativa, diviſa ſit in Phyſicam, Mathematicam & Theologiam: Phyſica docet naturam eorum quæ ſunt in mundo, illorumque cauſas, effectus, tempora, loca, modos, eventus, integritates & partes inveſtigat atque rimatur.

*Quot ſunt, quæ rerum ſpecies elementa vocantur,*
*Quid calor efficiat, quid terra, quid humidus aër,*
*Quid generent, unde & magni primordia cœli,*
*Vnde maris fluxus, variiſq; coloribus Iris,*
*Reddere quid faciat clamoſa tonitrua nubes:*
*Vnde vel æthereâ fulmen iaculetur ab aula:*
*Quæ ſecreta faces noctu, quæ cauſa cometas*
*Proferat, & tumidas quæ cæca potentia terras*
*Concutiat: quæ ſunt auri, quæ ſemina ferri,*
*Totaq; naturæ vis ingenioſa latentis.*

Hæc omnia naturarum ſpeculatrix Phyſica complectitur, & quæ canit Virgilius:

*Vnde hominum genus, & pecudum, ſimul imber, & ignes,*
*Vnde tremor terris, quà vi maria alta tumeſcant,*
*Obicibus ruptis, rurſuſq; in ſeipſa reſidant.*
*Herbarum vires, animos iraſq; ferarum,*
*Omne genus fruticum, lapidum quoq;, reptiliumq;.*

Mathematica verò docet nos planam, & in tres porrectam dimenſiones naturam cognoſcere, motumque ac cœleſtium progreſſus ſuſcipere.

*Aurea quo celeri rapiantur ſidera motu,*
*Quid caligantem modò cogat hebeſcere lunam,*
*Defectuſq; pati demiſſo lum ne ſolem.*

Etq;



Et quæ canit Virgilius:

*Quocirca certis dimenſum partibus orbem*
*Per duodena regat mundi ſol aureus aſtra:*
*Oſtendit cœliq; vias, & ſidera monſtrat,*
*Defectus ſolis varios, lunæq; labores,*
*Arcturum, pleiadeſq;, hyadas, geminoſq; triones.*
*Quid tantum oceano properent ſe tingere ſoles*
*Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obſtet.*

Quæ omnia per ipſam Mathematicam dignoſcuntur.

*Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cœlo*
*Poſſumus, hinc meſſiſq; diem, tempuſq; ſerendi,*
*Et quando infidum remis impellere marmor*
*Conveniat, quando armatas deducere claſſes,*
*Aut tempeſtivam in ſylvis evertere pinum.*

Theologia autem, quid Deus, ipſa docet, quid mens, quid intelligentia, quid Angelus, quid denique dæmon, quid anima, quid Religio, quæ ſacra inſtituta, ritus, phana, obſervationes, ſacraque myſteria: inſtruit quoque de fide, de miraculis, de virtute verborum & figurarum, de arcanis operationib. & myſteriis ſignaculorum, & quod ait Apulejus, docet nos ritè ſcire atq; callere leges ceremoniarum, fas ſacrorum, atq; jus Religionum. Sed jam me recolligam. Has tres imperioſiſſimas facultates Magia ipſa complectitur, unit atq; actuat: meritò ergò ab antiquis ſumma ſanctiſſimaque ſcientia habita eſt. Hæc graviſſimis autoribus clariſſimiſq; Scriptoribus reperitur illuſtrata: inter quos præcipuè Zamolxis & Zoroaſter effulſerunt adeò, ut inventores hujus ſcientiæ à pluribus crediti ſint. Horum veſtigia ſecuti ſunt Abbaris, Hyperboreus, Charmondas, Damigeron, Eudoxus, Hermippus: & clariores alii extiterunt Antiſtites, ut Triſmegiſtus Mercurius, Porphyrius, Jamblichus, Plotinus, Proclus, Dardanus, Orpheus Threicius, Gog Græcus, Germa Babylonicus, Apollonius Tyaneus, Oſthanes etiam egregiè ſcripſit in hac arte: cujus libros è ſepulchro erutos Abderites Democritus ſuis Commentariis illuſtravit. Prçterea ad hanc artem Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, & plures nobiliſſimi Philoſophorum diſcendam navigârunt: hanc reverſi ſumma ſanctitate prædicaverunt: hanc in arcanis habuerunt. Quin & Pythagoram Platonemque ob eam diſcendam compertum habemus, Memphiticos vates acceſſiſſe, & penè totam Syriam, Ægyptum, Judæam, Chaldæorum ſcholas peragraſſe, ne ſanctiſſima eos Magiæ monumenta laterent, diviniſque rebus imbuerentur. Quicunque igitur



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

nunc in hac facultate ſtudere affectat, ſi non fuerit erud'tu
Phyſica, in qua declarantur qualitates rerum, & in qua re
riuntur proprietates occultæ cujuſlibet entis: & ſi non fu
opifex Mathematicæ, & in aſpectibus & figuris ſtellarum,
quibus cujuſlibet rei ſublimis virtus & proprietas depend
& ſi non fuerit doctus in Theologia, ubi manifeſtantur ſu
ſtantiæ immateriales, quæ diſpenſant & adminiſtrant
mnia, non poterit intelligere Magiæ rationabilitatem: n
lum enim opus ab ipſa Magia perfectum extat, nec eſt
quod opus verè Magicum, quod has tres facultates non co
plectatur.

*De quatuor elementis, & eorundem qualitatibus, & in*
*invicem permixtionibus.* CAP. III.

QUatuor ſunt elementa, & primaria fundamenta reru
omnium corporalium, ignis, terra, aqua, aër: ex quibu
omnia elementata in iſtis inferioribus componuntur: non
modum coacervationis, ſed ſecundùm tranſmutationem
unionem: rurſuſque cùm corrumpuntur, in elementa re
vuntur. Nullum autem ſenſibilium elementorum purum
ſed ſecundùm magis & minùs permixta ſunt, & in ſei
cem tranſmutabilia: quemadmodum terra luteſcens d
lutaque fit aqua, atque illa ingroſſata denſataque fit te
per calorem autem evaporata tranſit in aërem, & ille ſ
caleſcens in ignem, & hic extinctus revertitur in aërem, n
gidatus autem ex ſuperaduſtione fit terra aut lapis, aut
phur, ſicut hoc ex fulmine manifeſtum eſt. Plato autem
ſet terram omninò tranſmutabilem eſſe, cætera autem
menta in hanc, & in ſe invicem tranſmutari. Dividitur
que terra à ſubtilioribus non tranſmutata, ſed ſoluta aut
mixta in illa, quæ illam diſſolvunt, rurſuſque in ſeipſam
migrans. Unumquodque autem elementorum duas ſp
ficas qualitates habet, quarum priorem ſibi propriam r
net, in altera tanquam media convenit cum ſequenti. E
nim ignis calidus & ſiccus, terra ſicca & frigida, aqua f
da & humida, aër humidus & calidus. Atque hoc modo
cundùm duas qualitates contrarias elementa ſibi contr
ſunt, ut ignis aquæ, & terra aëri. Adhuc ſecundùm alium m
dum elementa ſibi opponuntur. Nam quædam gravia ſu
ut terra & aqua: & alia levia, ut aër & ignis: quamob
priora paſſiva: poſteriora verò activa Stoici nuncupâru
Proinde adhuc Plato ſecundùm alium modum diſtingu



tes unicuique aſſignat qualitates: igni videlicet acuitatem, raritatem & motum: terræ autem obſcuritatem, denſitatem & quietem. Et ſecundùm has qualitates contraria ſunt elementa, ignis & terra. Reliqua autem elementa ab illis qualitates mutuant, ita ut aër duas accipiat qualitates ignis, raritatem & motum: atque unam terræ, videlicet obſcuritatem. Contra aqua duas quidem terræ, obſcuritatem & denſitatem, & unam ignis, videlicet motum. Sed ignis aëre duplo rarior, triplo mobilior, quadruplo acutior. Aër autem duplo acutior aqua, triplo rarior, quadruplo mobilior. Proinde aqua duplo acutior terra, triplo rarior, quadruplo mobilior. Quemadmodum itaque ſe habet ignis ad aërem, ſic aër ad aquam, & aqua ad terram: rurſuſque, ſicut terra ad aquam, ſic illa ad aërem atque hic ad ignem. Atque hæc eſt radix & fundamentum omnium corporum, naturarum, virtutum & operum mirabilium: & qui has elementorum qualitates, & eorundem mixtiones cognoverit, facilè perficiet opera miranda atque ſtupenda, eritque conſummatus in Magia naturali.

*De triplici elementorum ratione conſideranda.*

CAP. IV.

QUatuor itaque quæ diximus ſunt elementa, ſine quorum notitia perfecta nullum in Magia producere poſſumus effectum. Sunt autem ſingula triplicia, ut ſic quaternarius compleat duodenarium: & per ſeptenarium in denarium progrediens, ad ſupremam unitatem, unde omnis virtus & mirabilis operatio dependet, fiat progreſſus. Primò igitur ordine elementa pura ſunt, quæ nec componuntur, nec mutantur, nec patiuntur commixtionem, ſed incorruptibilia ſunt, & non à quibus, ſed per quæ omnium naturalium rerum virtutes producuntur in effectum. Virtutes illorum à nullo explicari poſſunt: quia in omnia poſſunt omnia. Hæc qui ignorat, ad nullam mirabilium effectuum operationem pertingere poteſt. Secundi ordinis elementa compoſita ſunt multiplicia, & varia, & impura, reducibilia tamen per artem ad puram ſimplicitatem: quibus tunc ad ſuam ſimplicitatem reverſis, virtus eſt ſuper omnia complementum dans, omnium operationum occultarum & operationum naturæ: & hæc ſunt fundamentum totius Magiæ naturalis. Tertii ordinis elementa hæc primò & per ſe non ſunt elementa, ſed decompoſita, varia, multiplicia, & inter ſe invicem per-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

mutabilia: ipſa ſunt infallibile medium: ideoque voc
media natura, ſive anima mediæ naturæ: pauciſſimi ſu
illorum profunda myſteria intelligant. In ipſis per certo
meros, gradus & ordines eſt conſummatio omnis effect
quacunque re naturali, cœleſti & ſupercœleſti, miranda
& plena myſteriis quæ operari poſſunt in Magia tàm na
li quàm divina: per ipſa enim omnium rerum ligation
jam ſolutiones & tranſmutationes, & futurorum cogn
prædictio, etiam malorum dæmonum exterminatio, &
norum ſpirituum conciliatio ab illis deſcendit. Sine h
tur triplicibus elementis eorundemq́ue cognitione,
confidat ſe in occultis Magiæ & naturæ ſcientiis quic
poſſe operari. Quicunque autem hæc in illa, impura in
multiplicia in ſimplicia reducere noverit, eorundemq
turam, virtutem, poteſtatem in numero, gradibus & o
ſive diviſione ſubſtantiæ diſcernere ſciverit: is facilè o
bit omnium naturalium rerum, & cœleſtium ſecretoru
entiam & operationem perfectam.

*De mirabilibus ignis, ac terræ naturis.*

CAP. V.

AD omnium mirabilium operationem, ait Hermes,
ſufficiunt, ignis & terra: hæc eſt patiens, ille agens.
(ut ait Dionyſius) in omnibus & per omnia clarè venit,
movetur, omnibus lucidus eſt, ſimul & occultus incog
q́ue: ipſe quando per ſeipſum eſt, non accedente mat
qua propriam manifeſtet actionem, immenſus eſt, & i
bilis, per ſeipſum potens ad actionem propriam, mobilis
dens ſeipſum omnibus quodammodo proximantibus,
vativus, naturæ cuſtodia, illuminativus, circumvelatis
doribus incomprehenſus, clarus, diſcretus, reſiliens, ſ
ferens, acutè means, excelſus, non receptus contumeli
norationis, ſemper motus movens, alterum comprehe
incomprehenſus, non indigus alterius, latenter creſcen
ipſo, & ad ſuſceptas materias manifeſtans ſuimet mag
dinem, activus, potens, ſimul omnibus præſens inviſib
neglectus eſſe non patitur: ad certa autem ſicut quædam
dicta generaliter & propriè ſubitò reducens in rationem
comprehenſibilis, impalbabilis; non minutus, in omnib
tiſſimus ſuimet traditionibus. Immenſa & improba
naturæ portio ignis eſt, (ut ait Plinius) & in quo dubiu



plura abſumat an pariat. Ignis ipſe unus eſt, & per omnia penetrans, ut ajunt Pythagorici: ſed in cœlo dilatatus, colluſtrans, in inferno verò coarctatus, tenebroſus & crucians, in meditullio de utroque participans. Ignis itaque in ſe unus, in recipiente multiplex, & in diverſis diverſa nota diſtributis, ut apud Ciceronem teſtatur Cleanthes. Eſt itaque ignis hic adventitius, quo utimur: eſt in lapidibus, qui ictu chalybis excutitur: eſt in terra, quæ ex refoſſione fumat: eſt in aquis, qui fontes & puteos calefacit: eſt in profundo mari, quod ventis agitatum tepeſcit: eſt in aëre, quem ſæpeferveſcere videmus: & animalia quæq́ue & viventia omnia, & vegetantia calore nutriuntur: & omne quod vivit, propter incluſum ignem vivit. Superni ignis propria ſunt calor omnia fœcundans, & lux omnibus vitam tribuens. Inferni ignis propria ſunt ardor omnia conſumens, & obſcuritas cuncta ſterilitate complens. Fugat itaque cœleſtis & lucidus ignis tenebroſos dæmones: fugat & hic noſter ligneus eoſdem, quatenus habet ſimulachrum, & vehiculum lucis illius ſuperioris. Quin & illius, qui ait, Ego ſum lux mundi; qui verus ignis eſt pater luminum, à quo omne datum optimum venit, ſplendorem ignis ſui emittens & communicans primo ſoli, & cæteris cœleſtibus corporibus, & hęc tanquam per media inſtrumenta illum in hunc ignem noſtrum influens. Sicut ergò tenebrarum dæmones in tenebris ipſis robuſtiores ſunt. Sic boni dæmones, qui ſunt Angeli lucis, incrementa ſuſcipiunt à luce, non ſolum divina, ſolari & cœleſti, ſed etiam ejus qui apud nos eſt ignis. Hinc primi Religionum & ceremoniarum ſapientiſſimi inſtitutores, Orationes & Pſalmodias, & ſacra quæque non niſi accenſis luminibus fienda decreverunt. Hinc illud Pythagoræ Symbolum. Ne loquare de Deo abſque lumine: juſſeruntq́ue ad fugandos malos dęmones, apud cadavera mortuorum lumina accendi, & ignes: nec illa amoveri, quouſque perfectis ſacro ritu expiationibus terra condantur: ipſeque omnipotens in veteri lege exquirebat omnia ſua ſacrificia igne offerri, atque ut in altari ſemper ignis arderet, quem etiam apud Romanos Veſtæ ſacræ Sacerdotes perpetuum ſervabant cuſtodiebantque. Omnium autem elementorum baſis & fundamentum terra eſt: ipſa enim eſt objectum, ſubjectum & receptaculum omnium radiorum influxuumque cœleſtium: ipſa in ſe continet omnium rerum ſemina ſeminaleſque virtutes: ideò ipſa dicitur animalis, vegetalis & mineralis: quę ab omnibus reliquis elementis ac cœlis fœcundata, omnium ex ſeipſa



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

eſt gignitiva. Ipſa eſt receptiva omnium fœcunditatum, &
luti prima parens, etiam omnium pullulativa, centrum & fu
damentum & mater omnium. Tolle de illa quantumcunq
ſecreta, lota, depurata, ſubtiliata: ſi demi eris aliquandiu
divo, mox cœleſtibus viribus fœcundata & prægnans, ex
pſa producet plantas, producet vermiculos & animalia, p
ducet lapillos, lucidaſque metallorum ſcintillas. In ea ſunt
creta maxima, ſi quando fuerit per artificium ignis purga
ad ſimplicitatem ſuam congrua lotione reducta. Ipſa eſt p
ma creationis noſtræ materia & reſtaurationis ac conſer
tionis noſtræ veriſſima medicina.

*De admirandis aquæ, & aëris atq; ventorum naturis.*

## CAP. VI.

NOn minoris potentiæ ſunt reliqua duo elementa, aqu
delicet & aër: nec in illis natura ceſſat mirabilia ope
Aquæ enim tanta neceſſitas eſt, ut abſque illa nullum an
degere poſſit: nulla herba, nec planta quævis, citra aquæ
mectationem poſſit progerminare. In ipſa eſt ſeminaria om
um rerum virtus animalium primo, quorum ſemen aqu
eſſe manifeſtum eſt: ſed & fruticum, & herbarum ſemina
terrea ſint, tabefieri tamen aqua neceſſe eſt, ſi fœcunda eſſ
beant: ſive id fiat humore terræ imbibito, aut rore vel plu
vel de induſtria adjecta aqua. Sola ſiquidem terra & aqu
Moyſe deſcribuntur producere animam viventem. Sed a
duplicem productionem tribuit, natantium videlicet in aq
& volantium in aëre ſupra terram. Terrenarum etiam pro
ctionem ipſi aquæ partim deberi, eadem Scriptura teſta
inquiens, quod poſt creationem virgulta & plantæ non g
minaverant, quia Deus non pluerat ſuper terram. Tanta
elementi poteſtas eſt, ut ne ſpiritualis regeneratio fiat ſin
qua, ſicut ipſe Chriſtus ad Nicodemum teſtatus eſt. Ma
quoque ejus Religione vis eſt, in expiationibus & purifica
nibus, nec minor quam ignis neceſſitas. Infinitæ ejus utilit
ſunt, & uſus multiplex, reſque omnes ex ejus poteſtate co
ſtunt: ut quæ generandi, alendi, augmentandi vim poſſi
Inde Thales Mileſius atque Heſiodus aquam omnium re
principium ſtatuerunt, omniumque elementorum antiq
mum eſſe dixerunt atque potentiſſimum, quippe quod cæ
omnibus imperat. Nam ut ait Plinius, terras devorant aq
flammas necant, ſcãdunt in ſublime, & nubiũ obtentu cœ



ſibi vendicant: eædem cadentes omnium terra naſcentium cauſa fiunt. Innumera ſunt aquarum miracula à Plinio, Solino, multisque hiſtoricis deſcripta, de quarum mirabili virtute meminit Ovidius in his verſibus.

*- - - - - Medio tua corniger Hammon*
*Vnde die gelida eſt, ortuq; obituq; caleſcit.*
*Admotis Athamantis aquis accendere lignum*
*Narratur minimos cum luna receſſit in orbes*
*Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit*
*Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.*
*Crathis & hinc Sybaris veſtris conterminus oris.*
*Electro ſimiles faciunt auroq; capillos:*
*Quodq; magis mirum, ſunt qui non corpora tantùm,*
*Verùm animos etiam valeant mutare liquores.*
*Cui non audita eſt obſcenæ Salmacis unda?*
*Æthiopeſq; lacus? quos ſi quis faucibus hauſit,*
*Aut furit, aut patitur mirum gravitate ſoporem.*
*Clitorio quicunq; ſitim de fonte levavit,*
*Vina fugit gaudetq; meris abſtemius undis.*
*Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis.*
*Quem quicunq; parum moderato gutture traxit,*
*Haud aliter titubat, quàm ſi mera vina bibiſſet.*
*Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixêre priores*
*Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto.*
*Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.*

Refert præterea Joſephus fluminis cujuſdam inter Arceam & Raphaneam Syriæ urbes admirabilem naturam: quod cum pleno deferatur alveo, per integrum ſabbathum, mox ceu obturatis fontibus deficiens, per ſex integros dies ſiccum alvei ſui præbet tranſitum: rurſuſque ſeptimo die ignotis naturæ cauſis ad priorem redit aquarum abundantiam: quamobrem incolæ illum ſabbatheum nuncupârunt, ob ſacrum Iudæis ſeptimum diem. Teſtaturque nobis Evangelium de piſcina probatica, in quam poſt commotam ab Angelo aquam, qui prior in illam deſcendiſſet, à quacunque ægritudine liberabatur. Eadem vis atque poteſtas fuiſſe legitur fonti Ionidum Nympharum, qui in Eliorum agro apud Heracleam pagum juxta Cytheron fluvium extabat: in quem qui ægroto corpore deſcendiſſet, abacto omnis corporis vitio ſanus & integer inde exiret. Narrat Pauſanius, eſſe in Lyceo Arcadiæ monte fontem, qui Agriæ vocabatur, ad quem quoties regionis ſiccitas frugum interitum minaretur, ingreſſus Jovis Lycæi ſacerdos,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

poſt immolatas hoſtias ſacris precibus ſacros veneratu
ces,quercus ramum manu tenens,ad ſacrati fontis ſumm
tices demittebat: tunc commotis aquis vapor exinde i
ſurſum latus in nubes conflabatur, concurrentibuſque
lis cœlum omne obducebatur nubibus: quibus paulò p
pluviam reſolutis omnem regionem ſalubriter irriga
Verùm de aquarum miraculis præter cæteros autores m
ſcripſit Ruffus Epheſius medicus miranda, & apud null
lium, quod ſciam, authorem reperta. Supereſt de aere d
Hic ſpiritus eſt vitalis, cuncta permeans entia, omnib
tam & conſiſtentiam præbens, ligans, movens, & imple
mnia. Hinc Hebræorum doctores illum non inter elen
numerant, ſed velut medium & glutinum, diverſa in
conjungens, & tanquam ſpiritum mundani inſtrumen
borantem habens. Ipſe enim proxime cœleſtium om
influxus in ſe concipit,aliiſque cùm elementis tum mix
gulis communicat, non minus etiam rerum omnium cu
turalium,tum artificialium, & ſermonum quorumcunq
cies, velut deificium quoddam ſpeculum in ſe ſuſcipit
net: illaſque ſecum ferens, corpora hominum & anim
per poros ingrediens, tam in ſomno, quàm in vigilia il
primens, variorum mirabilium ſomniorum, præſagior
auſpiciorum materiam præbet. Hinc etiam fieri dicun
tranſiens locum, in quo homo occiſus fuerit, vel cad
cens abſconditum, timore atque pavore concitatur: q
ibidem plenus horribilibus homicidij ſpeciebus, ſpiritu
minis, dùm unà inſpiratur, ſimilibus ſpeciebus afficit
perturbat:unde contingit ſequi pavorem. Omne namq
tò imprimens,naturam ſtupefacit. Hinc multi Philoſop
bitrati ſunt, aerem cauſam eſſe ſomniorum, pluriumqu
rum animæ impreſſionum, per dilationem idolorum,
militudinem,ſeu ſpecierum,quæ deciduntur à rebus & ſ
nibus, in ipſo aere multiplicatis, quouſque perveniat a
ſus, & tandem ad phantaſiam, & animam recipientis,
cet,quæ ſoluta curis nec impedita, ſpecies hujuſmodi ob
expectans,ab illis informatur. Ipſæ namque rerum ſpec
cet ex propria natura deferantur ad ſenſus hominum &
malium,poſſunt tamen à cœlo, dum ſunt in aere, acqui
liquam impreſſionem, ex qua unà cum aptitudine, a d
tione recipientis magis ferantur ad ſenſum unius, quàm
rius. Atque hinc poſſibile eſt naturaliter, & procul om
perſtitione, nullo alio ſpiritu mediante, hominem hom
qua



quamcunque, longiſſimam etiam vel incognitam diſtantiam & manſionem, breviſſimo tempore poſſe nunciare mentis ſuæ conceptum: etſi tempus, in quo iſtud fit, non poſſit præciſè menſurari, tamen intra viginti quatuor horas id fieri omnino neceſſe eſt: & ego id facere novi, & ſæpius feci. Novit idem etiam, fecitque quondam Abbas Trithemius. Quomodo etiam idola quædam, non modò ſpiritualia, ſed etiam naturalia à rebus effluant, utputa per influxum quendam corporum à corporibus: atque in ipſo aere convaleſcant, tum per lumen, tum per motum, tum ad viſum, tum ad alios etiam ſenſus, ſeſe nobis offerant & oſtendant, & in nos mirabilia quandoque agant, probat docetque Plotinus. Et nos videmus, quomodo auſtro flante aer denſatur in tenues nubes, in quibus veluti in ſpeculo reflectuntur imagines valde diſtantes caſtrorum, montium, equorum & hominum, & aliarum rerum, quæ decedentibus nubibus mox evaneſcunt. Et in Meteoris prodit Ariſtoteles, quomodo in nube aeris concipiatur iris, quadam ſpeculi ſimilitudine. Et Albertus. Effigies corporum, inquit, naturæ vi in aere humecto facile effingi poſſunt eodem modo, quo imagines rerum ſunt in rebus. Et narrat Ariſtoteles, cuidam ex viſus debilitate contigiſſe, ut ſpeculum illi fieret propinquus aer, & radius viſivus ad ipſum repercuteretur, nec poſſet penetrare, unde quorſum ibat idolum ſuum adverſa facie ſeſe præcedere arbitrabatur. Similiter ſpeculorum quorũdam artificio, quas volumus imagines in aere, etiam remote, extra ſpecula producuntur: quæ tunc imperiti homines videntes, dæmonum aut animarum umbras ſe videre putant: cum tamen non ſint, niſi ſimulachra quædam ſibiipſis cognata, ac vitæ omnis expertia. Et notum eſt, ſi quis in loco obſcuro, & omnis luminis experte, niſi quod per minimum foramen, ſolis radius alicubi ingrediatur, ſuppoſita illi papyro alba, aut ſpeculo plano, videri in ea quæcunq; foris à ſole illuſtrata agantur. Et eſt aliud præſtigium admirandum magis ubi pictis certo artificio imaginibus ſcriptiſve literis, quis nocte ſerena plenæ lunæ radiis opponat, quarum ſimulacris in aere multiplicatis, ſurſumq; raptis, & unà cum lunæ radiis reflexis alius quiſpiam rei conſcius per longam diſtantiam videt, legit & agnoſcit, in ipſo diſco, ſeu circulo lunæ: quod equidẽ nunciandorum ſecretorum obſeſſis villis, & civitatibus utiliſſimum artificium eſt olim à Pythagora factitatum, & hodie aliquibus adhuc, pariter & mihi incognitum. Atque omnia hæc &
multò

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

multò plura, majoraque in ipſa aëris natura fundata ſu
mathematica, atque optica, ſuas rationes habent. E
hęc ſimulachra reflectuntur ad viſum, ita nonnunquam
ad auditum, quod in echo manifeſtum eſt. Sed ſint illis
tiora artificia, quo quis etiam per remotam diſtantiam,
re & intelligere queat, quid alius loquatur, vel ſuſurre
culto. Ex aëre elemento ſunt etiam venti: ipſi enim nihi
ſunt, quàm motus aër & concitatus. Horum quatuo
principales, à quatuor cœli cardinibus flantes, videlic
tus ab auſtro, Boreas ab Aquilone, Zephyrus ab occide
ab oriente Apeleotes ſive Eurus; quos Pontanus his
verſiculis complexus ait;

*A ſummo Boreas, Notus imo ſpirat olympo,*
*Occaſum inſedit Zephyrus, venit Eurus ab ortu.*

Notus ventus meridionalis, eſt nebuloſus & humectu
lidus, & morboſus, quem Hieronymus vocat pincern
viarum. Ovidius ſic deſcribit:

*----- madidus Notus evolat alis,*
*Terribilem picea tectus caligine vultum,*
*Barba gravis nymbis, canis fluit unda capillis,*
*Fronte ſedent nebulæ, rorant pennæq; ſinusq;.*

Boreas autem Noto contrarius, ſeptentrionalis ven
violentus & ſonorus, qui nubes diſcutiens, aërem ſe
reddit, aquam gelu conſtringit: hunc Ovidius de ſe ſic
loquentem,

*Apta mihi vis eſt, qua triſtia nubila pello,*
*Et freta concutio, nodoſaq; robora verto,*
*Induro nubes, & terras grandine pulſo:*
*Idem ego, quum fratres cœlo ſum nactus aperto,*
*(Nam mihi campus is eſt) tanto molimine luctor,*
*Vt medius noſtris concuſſibus inſonet æther,*
*Exilianta; cavis eliſi nubibus ignes.*
*Idem ego, cùm ſubij convexa foramina terræ,*
*Suppoſuiq; ferox imis mea terga cavernis,*
*Sollicito manes, totumq; tremoribus orbem*
*Concutio. -----*

Zephyrus verò, qui & Favonius, ventus leviſſimus a
dente flans, & placidè ſpirans, frigidus eſt & humidus
vens hyemes germina floresque producens; huic con
Eurus, qui & Subſolanus, & Apeleotes, ab oriente, ve
quoſus & nubificus, & rapidæ voracitatis: de iſtis can

*Eurus ad auroram, Nabathæaq; regna receſſit,*



*Perſidaq; & radiis iuga ſubdita matutinis,*
*Veſper, & occiduo quæ littora ſole tepeſcunt,*
*Proxima ſunt Zephyro: Scythiam Septemq; triones,*
*Horrifer invaſit Boreas: contraria tellus*
*Nubibus aſſiduis, pluvioq; madeſcit ab Auſtro.*

## *e generibus compoſitorum, quomodo ſe habeant ad elementa, atq; quid elementis ipſis conveniat cum anima, & ſenſibus, & moribus.* CAP. VII.

POſt quatuor ſimplicia elementa, proximè ſequuntur ex il-
lis compoſita perfectorum quatuor genera, quæ ſunt lapi-
es, metalla, plantæ, & animalia: & licet ad ſingulorum gene-
tionem omnia elementa in compoſitionē conveniant, ſin-
la tamen unum præcipuum elementum ſequuntur, imitan-
rque. Nam lapides omnes terrei ſunt, natura ſiquidem gra-
es ſunt, & deſcendunt, & ita concreti ſiccitate, ut liquefieri
equeant. Metalla autem aquea ſunt & liquabilia, & quod
onfitentur phyſici, experiuntur alchimici, ex aqua viſcoſa, ſi-
e ex aqueo argento vivo generata ſunt. Plantæ ſic cum aëre
onveniunt, ut niſi ſub divo non pullulent, neque coaleſcant,
ic animalibus omnibus.

*Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo.*

deoque cognatus illis ignis eſt, ut eo extincto mox tota vita
eficiant. Rurſus unumquodque illorum generum in ſe di-
inctum eſt per elementorum gradus. Nam inter lapides præ-
puè terrei dicuntur, qui opaci ſunt, & graviores: aquei au-
m, quia tranſparentes ſunt: & qui ex aqua concreti ſunt, ut
ryſtallus, berillus, & margaritæ in conchis: & ſunt aerei, qui
quæ ſupernatant: & ſpongioſi ſunt, ut lapis, ſpongiæ, & pu-
ex, & tophus: ſunt & ignei, ex quibus ignis extrahitur, & in
ſum aliquando reſolvitur: aut ex ipſo geniti ſunt, ſicut lapis
lminis, & lapis pyrites atq; asbeſtus. Similiter inter metalla,
rrea ſunt plumbum & argentum: aquea, argentum vivum:
erea, cuprum & ſtannum: ignea verò, aurum atq; ferrum. In
antis quoque terram imitantur radices, propter denſitatem:
lia autem aquam propter ſuccum: flores aerem, propter ſub-
litatem: ſemina ignem, propter ſpiritum gignitivum. Præ-
rea aliæ dicuntur calidæ, aliæ frigidæ, aliæ humidæ, aliæ ſic-
æ, elementorumque nomina ab eorum qualitatibus ſibi mu-
antes. Inter animalia etiam quædam præ cæteris terrea ſunt,
terræ viſcera inhabitant, ut vermes & lumbrici, & talpæ, &
ulta reptilia: alia aquea ſunt, ut piſces: alia aerea, quæ extra
rem vivere nequeunt: ſunt & ignea ignem habitantes, ut ſa-
lamandræ,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

lamandræ, & quædam cicadæ, pirauſtas vocant: & quæ ig quodam calore fervent, ut columbæ, ſtruthiones, leones, quas vocat Sapiens beſtias vaporem igneum ſpirantes. Pr terea in animalibus terram referunt oſſa, caro aerem, & ſpi tus vitalis ignem, aquam vero humores. Et hi etiam eleme partiti ſunt. nam rubra cholera cedit igni, ſanguis aeri, pitu aquæ, nigra bilis terræ. In ipſa denique anima, teſte Augu no, refert ignem intellectus, aerem ratio, aquam imagina terram vero ſenſus. Atque hi etiam inter ſe elementis diſp tiuntur. Nam viſus igneus eſt, nec enim ſine igne & luce p cipit: auditus aereus eſt, nam aere percuſſo ſonus efficitur factus autem & guſtus ad aquam referuntur, ſine cujus hum re, nec ſapor, nec odor fit: denique tactus totus terreus eſt craſſiora corpora ſibi addiſcens. Actus quoque & operatio hominis ab elementis moderantur: tardus enim motus & ſ dus, à terra ſignatur: pavorem, & inertiam, & remiſſum op aqua ſignat: alacritatem, amicabiles mores, aer impetum tum & iracundum, ignis. Elementa itaque omnium pr ſunt, & omnia ex illis & ſecundum illa ſunt, atque ipſa in o nibus, & per omnia vires ſuas diffundunt.

### *Quomodo elementa ſunt in cœlis, in ſtellis, in dæmonibus, in An gelis, in ipſo deniq; Deo.* CAP. VIII.

EST Platonicorum omnium unanimis ſententia, quem modum in Archetypo mundo omnia ſunt in omnibus, etiam in hoc corporeo mundo, omnia in omnibus eſſe, mo tamen diverſis, pro natura videlicet ſuſcipientium: ſic & e menta non ſolum non ſunt in iſtis inferioribus, ſed & in c lis, in ſtellis, in dæmonibus, in Angelis, in ipſo denique o nium opifice & archetypo. Sed in iſtis inferioribus eleme ſunt craſſæ quædam formæ, immenſæ materiæ & materi elementa: in cœlis autem ſunt elementa per eorum natura vires: modo videlicet cœleſti & excellentiori, quàm infra nam. Nam cœleſtis terræ ſoliditas illic eſt abſque craſſitud aquæ & aeris agilitas procul ab effluxu: ignis calor ibi non rens, ſed lucens, omniaq; ſuo calore vivificans. Ex ſtellis p terea ignei ſunt Mars, atque Sol: aerei, Jupiter & Venus: quei, Saturnus & Mercurius: terrei, qui incolunt orbem o vum, atque Luna (quæ tamen à plerisq; aquea putatur) qu do videlicet terræ inſtar cœleſtes aquas attrahit, quibus im bita vicinitate ſua illas nobis influit & communicat. Sunt e ia



iam inter ſigna quædam ignea, quædam terrea, quædam aerea, quædam aquea: reguntque in cœlis elementa: quatuor illas triplicitates diſtribuentes illis cujuſq; elementi principium, medium & finem: ſic & principium ignis aries, progreſſum & augmentum Leo, finem Sagittarius habent: principium terræ Taurus, progreſſum Virgo, extremũ Capricornus: aeris principium Gemini, proceſſum Libra, terminum Aquarius: aquæ principium Cancer, mediũ Scorpius, finem Piſces poſſident. Ex horum itaque planetarum & ſignorum mixtionibus ſimul cum elementis conficiuntur omnia corpora. Iam vero etiam & dæmones hac ratione à ſe diſtincti ſunt: ut alii dicantur ignei, alij terreſtres, alij aerei, alij aquei. Hinc illi apud inferos quatuor fluvij, igneus Phlegeton, aereus Cocitus. Styx aqueus, terreus Acheron. Quin & in Evangeliis legimus ignem gehennæ & in ignem æternum, in quem ire jubentur maledicti: & in Apocalypſi legitur, ſtagnum ignis: & Eſaias de damnatis ait, Percutiet eos Dominus aere corrupto. & apud Job, Ad nimium calorem tranſilient ab aquis nivium. Et apud eundem legimus, terram tenebroſam & opertam mortis caligine, terram miſeriæ tenebrarum. Proinde etiam in ſupramundanis Angelis & beatis intelligentiis hæc elementa ponuntur: eſt enim in ipſis eſſentiæ ſtabilitas, terrea vis, qua ſunt firma Dei ſedilia: eſt & clementia pietaſque, aquea virtus mundans. Hinc à Pſalmiſta vocantur aquæ, ubi de cœlo ait: Qui regis aquas ſuperiora eis. Sunt etiam in illis aer ſubtilis ſpiritus & amor ignis relucens: hinc vocantur à ſacris literis, pennæ ventorum: & alibi de illis ait Pſalmiſta, Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem. Ex ordinibus quoque Angelicis ignei ſunt Seraphim, & Virtutes & Poteſtates: terrei Cherubim: aquei Throni, & Archangeli: aerei Dominationes & Principatus. De ipſo etiam archetypo omnium rerum opifice nonne legitur, Aperiatur terra, & germinet Salvatorem? nonne de eodem dicitur, Fons aquæ vivæ mundificans & regenerans? nonne idem ſpiraculum vitæ: idemque etiam Moſe & Paulo teſtibus, ignis conſumens eſt? Elementa igitur ubique & in omnibus reperiri ſuo modo, nemo negare poteſt: Primum in iſtis inferioribus, ſed fæculenta & craſſa, in cœleſtibus autem puriora & nitida: in ſupracœleſtibus vero viventia, & ex omni parte beata. Sunt igitur elementa, in archetypo ideæ producendorum, in intelligentiis diſtributæ poteſtates, in cœlis virtutes, in inferioribus craſſiores formæ.

De vir-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*De virtutibus rerum naturalium ab elementis proxim[è]*
*dependentibus.* CAP. IX.

VIrtutes rerum naturales quædam ſunt elementales, c
lefacere, frigefacere, humefacere, exſiccare: & voca
operationes ſeu qualitates primæ & ſecundum actum. H
nim qualitates ſolæ totam omnino tranſmutant ſubſtan
quod aliarum qualitatum nulla facit: quædam verò inſu
bus ab elementis componentibus: tales etiam ultra qual
primas, ut ſunt maturativæ, digeſtivæ, reſolutivæ, moll
tivæ, indurativæ, ſtypticæ, abſterſivæ, corroſivæ, cauſtic
pertivæ, evaporativæ, confortativæ, mitigativæ, congl
tivæ, oppilativæ, expulſivæ, retentivæ, attractivæ, reperc
væ, ſtupefactivæ, elargitivæ, lubrificativæ & aliæ plures.
ta enim habet agere qualitas elementalis in mixto, qua
non operatur. Et hę operationes dicuntur qualitates ſec
riæ, quia ſequuntur naturam & menſuram mixtionis pr
virtutum, quemadmodum de his in medicorum libris c
ſe tractatur; Sicut maturatio, quæ eſt operatio caloris na
lis ſecundum certam menſuram in ſubſtantia materiæ:
ratio operatio eſt frigoris: ſimiliter congelatio, & ſic de
bus. Et hæ operationes quandoque agunt in membru
terminatum, ut provocantes urinam, vel lac, vel menſtr
dicuntur qualitates tertiæ, quæ ſequuntur ſecundas &
qualitates, multæ ægritudines & curantur & induc
Multa etiam artificialiter fiunt, quæ homines valde adm
tur: ſicut eſt ignis aquam comburens, quem vocant i
Græcum: cujus plures compoſitiones docet Ariſtoteles i
ctatu de hoc ſingulari. Simili modo fit etiam ignis, qu
extinguitur, & aqua accenditur frigida, quando roratur
per: & ignis qui pluvia, vel vento, vel ſole accenditur, &
nis qui vocatur aqua ardens, cujus confectio notiſſima e
nihil conſumit præter ſeipſum: & fiunt ignes inextingu
& oleo incōbuſtibiles, & lampades perpetuæ, quæ nec v
nec aqua, nec ullo modo extingui poſsūt: quod penitùs in
dibile videtur, niſi fuiſſet famoſiſſima illa lampas, quæ in
plo Veneris quondā lucebat, in qua ardebat lapis asbeſt
ſemel accenſus revera, nunquam extinguitur. Contra e
paratur lignum, vel aliud quoddam combuſtibile, ut ab
lædi non poſſit, & fiunt confectiones, quibus inunctis m
bus poſſumus portare ferrum ignitum, aut mittere m
in metallum liquefactum, ſeu toto corpore ire in ignem

*Artificioſa multa admiranda.*



ullo malo, & horum ſimilia. Et eſt genus lini, quod Plinius asbeſtum vocat, Græci ἄσβεστον dicunt, quòd ignibus non abſumitur, de quo Anaxilaus ait, circundatam eo arborem ſurdis, & qui non exaudiantur ictibus cœdi.

*De virtutibus rerum occultis.* CAP. X.

INſunt præterea rebus virtutes aliæ, quæ non ſunt alicujus elementi, ſicut fugare venenum, pellere anthraces, attrahere ferrum, vel quid aliud: & hæc virtus eſt ſequela ſpeciei, & formæ rei hujus, vel iſtius. Vnde etiam exigua quantitate non exiguum habet in agendo effectum: quod non eſt elementali qualitati conceſſum. Nam hæ virtutes, quia multum formales ſunt, ideo cum minima materia plurimum poſſunt: elementalis autem virtus, quia materialis eſt, ut multum agat, multum etiam deſiderat materiam. Vocantur autem proprietates occultæ, quia cauſæ earum latentes ſunt, ita quod humanus intellectus non poteſt eas uſq; quaq; inveſtigare: quare philoſophi maximam earum partem longa experiētia plus quàm rationis indagine adepti ſunt, nam ut in ſtomacho cibus digeritur per calorem, quem cognoſcimus, ſic transformatur per virtutem quandam occultam, quam ignoramus: non quidem per calorem, quia ſic in foco potius apud ignem, quàm in ſtomacho transformaretur. Sic ſunt rebus ultra elementales qualitates quas cognoſcimus, innatæ quædam aliæ virtutes, & ita à natura concreatæ, quas admiramur, ac ſæpè ſtupeſcimus nobis ignotas, vel raro, vel nuſquam conſpectas: ut de phœnice ave unica ſeipſam renovāte legitur apud Ovid.

*Proprietates occultæ cur dictæ.*

*Vna eſt quæ reparat, ſeſe ipſa reſeminat ales,*
*Aſſyrii phœnica vocant.* Et alibi:
*Convenit Ægyptus tanti ad miracula viſus,*
*Et raram volucrem turba ſalutat ovans.*

Admirationem grandem tum Græcis, tum Romanis, olim de ſe Matreas peperit. Is dicebat feram à ſe nutriri, quę ipſa ſemet voraret. Vnde & hodie adhuc anxie multi ſcrutantur, quænam ſit Matreæ fera. Quis non miretur foſſiles ex terra piſces, de quibus Ariſtoteles, Theophraſtus & Polybius hiſtoricus prodiderunt? Et quæ de canentibus lapidibus tradidit Pauſanias, omnia ſunt occultarum virtutum opera. Sic avis ſtruthio ferrum frigidum atque duriſſimum coquit, & digerit, in corporis ſuis nutrimentum: cujus ſtomachus traditur etiam ferro ignito non lædi. Sic piſciculus ille echines ita frenat ventorum impetus, & domat æquoris rabiem, ut quantumcunque etiam imperent & ſæviant procellæ, infinitis etiam velis per

*Matreæ fera*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ventum tenſis, tamen uſque adeò ſolo tactu compeſcit
git ſtare navigia, ut moveri nullo modo poſſint : ſic ſalan-
dræ & pyrauſtæ beſtiolæ vivunt in igne : licet quandoq-
dere videantur, tamen non læduntur. Simile eſt de qu-
bitumine, quo oblita dicuntur fuiſſe arma Amazonum, q-
nec ferro, nec igne ſolvitur : cum quo etiam & portæ C-
ex ære fabricatæ illitæ fabulantur ab Alexandro magno
li etiam bitumine legitur arcam Noe conglutinatam fu-
pſa à tot millibus annorum ſuper montibus Armeniæ
durante. Sunt horum mirabilium alia multa vix credi-
quæ tamen experientia ipſa cognita ſunt : cujuſmodi de-
ris prodit antiquitas, quæ animalia ſemihumana ac ſemi-
figura conſtant, ſermonis tamen & rationis capacia : qu-
unum quempiam beato Antonino Eremitæ quondam
tum, & gentilem errorem in ſe animalibus colendis dam-
communemque Deum pro ſe precandum oraſſe, ipſe
ſacer Hieronymus, eorumque viventem unum olim in
cum productum affirmat, & mox ad Conſtantinum
pem deſtinatum.

*Quomodo virtutes occultæ infunduntur rerum ſpeciebus a- per rationes animæ mundi, ſtellarum q; radios: & quæ re- virtute magis abundant.* CAP. XI.

PLatonici omnia inferiora ferunt eſſe ideata à ſuper-
ideis: ideam autem definiunt eſſe formam ſupra corp-
nimas, mentes, unam, ſimplicem, puram, immutabilem,
viſibilem, incorpoream & æternam : atque eandem
omnium eſſe naturam. Ponunt autem ideas primò
quidem bono: hoc eſt, Deo, per cauſæ modum ſolum,
lativis quibuſdam rationibus inter ſe diſtinctas: ne, qu-
eſt in mundo, ſine ulla varietate ſit unicum : convenire-
inter ſe eſſentia, ne Deus ſit ſubſtantia multiplex. Pon-
cundò in ipſo intelligibili, hoc eſt, in anima mundi, per-
propriè, atque inſuper abſolutis formis invicem differe-
ta ut ideæ in Deo quidem omnes una forma ſint : in
mundi verò multæ : ponuntur in ſequentibus mentib-
corpori conjunctis, ſive à corpore ſeparatis, particip-
jam quadam, & gradatim jam magis magiſque diſtincta
nunc in natura tanquam ſemina quædam infima form-
ideis infuſa : ponunt in materia denique ut umbras. A-
ad hæc, quòd totidem ſunt in anima mundi rationes
ſeminales, quot ideæ ſunt in mente divina : quibus ipſa



nibus ædificavit ſibi in cœlis ultra ſtellas etiam figuras, impreſſitque his omnibus proprietates. Ab his itaque ſtellis, figuris ac proprietatibus omnes ſpecierum inferiorum virtutes & proprietates dependent, ita ut quælibet ſpecies habeat figuram cœleſtem ſibi convenientem, ex qua etiam provenit ſibi mirabilis poteſtas in operando, qualem per rationes animæ mundi ſeminales propriam ab idea ſua ſuſcipit dotem. Sunt enim ideæ non modò cauſſæ eſſendi alicujus ſpeciei, ſed etiam ſunt cauſæ cujuſque virtutis, quæ tali ſpeciei ineſt : & hoc eſt, quod multi dicunt philoſophorum, quòd virtutibus certis, ſcilicet certam & ſtabilem rationem habentibus, non fortuitis, nec caſualibus, ſed efficacibus, ſed potentibus & indeficientibus, nihil fruſtra, nihil incaſſum agentibus, moventur virtutes in natura rerum exiſtentes, quæ quidem virtutes ſunt idearum operationes : quæ non errant niſi per accidens, ex impuritate videlicet & inæqualitate materiæ ; hoc enim modo inveniuntur res etiam ejuſdem ſpeciei magis ac minus potentes, ſecundum puritatem vel confuſionem materiæ ; omnes enim influxus cœleſtes impediri poſſunt per confuſionem & inhabilitatem materiæ ; Unde Platonicis ipſis in proverbio fuit, ſecundùm merita materiæ infundi virtutes cœleſtes, de quo Virgilius meminit, ubi canit;

*Igneus eſt ollis vigor & cœleſtis origo*
*Seminibus, quantum non noxia corpora tardant.*

Quare hæ res, in quibus minus immergitur idea materiæ, hoc eſt, quæ ſeparatorum majorem accipiunt ſimilitudinem, virtutes habent potentiores in operatione, ſimiles operationi ideæ ſeparatæ. Scimus itaque ſitum ac figuram cœleſtium cauſam eſſe omnis mobilis virtutis, quæ eſt in ſpeciebus inferioribus.

*Quomodo diverſis individuis, etiam eiuſdem ſpeciei, diverſæ virtutes inſluant.* CAP. XII.

INdividuorum ſingulares etiam dotes plurimis inſunt, tam mirabiles, quàm in ſpeciebus, etiam à figura cœleſtium, ſituque ſtellarum. Omne enim individuum quando incipit eſſe ſub determinato horoſcopo & conſtellatione cœleſti, contrahit eum eſſe mirabilem quandam virtutem operandi & patiendi, rem mirabilem, etiam præter eam quam habet à ſua ſpecie, cùm per influxum cœleſtium, tum per obedientiam materiæ generabilium ad animam mundi; quæ quidem talis eſt, qualis eſt obedientia noſtri corporis ad noſtras ani-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

mas. Nos enim ſentimus in nobis id, quòd ad quam
formam concipimus. Movetur corpus noſtrum delect
ter, vel horrendo, vel fugiendo: ſic frequenter anima
ſtes, quando diverſæ concipiunt, tunc materia movet
obedientiam ad illud: ſic in natura multa apparent pro
ex imaginatione ſuperiorum motuum, ſic etiam virtu
verſas, non modò res naturales, ſed etiam quandoque
tificiales concipiunt, & hoc maxime ſi anima operant
dem nititur. Vnde inquit Avicenna: Quæcunque hic fi
portet præexiſtere in motibus & conceptionibus ſtella
& orbium. Sic fiunt in rebus varii effectus, inclinatio
mores, non tantummodo à materia varie diſpoſita, ut
opinantur, ſed ab influxu vario, & forma diverſa: non q
diverſitate ſpecifica, ſed particulari & propria. Et horum
dus varie diſtribuuntur ab ipſa omnium prima cauſa D
idem manens diſtribuit ſingulis ut vult: cui tamen coop
tur ſecundæ cauſæ, Angelicæ & cœleſtes, corpoream
riam, & alia illis commiſſa diſponentes. Infunduntur
virtutes omnes à Deo per mundi animam, particulari
virtute imaginum & intelligentiarum præſidentium,
curſu radiorum & aſpectuum ſtellarum peculiari quo
harmonico concentu.

*Vnde proveniant virtutes rerum occultæ.* CAP. XI.

OMnibus notum eſt, virtutem quandam magneti
qua ferrum attrahit: & quòd adamas ſua præſentia
tem magnetis tollit: ſic electrum & balagius confrica
lefacti paleam deducunt, lapis aſbeſtus accenſus, nu
aut vix extinguitur: carbunculus in tenebris lucet: aeti
tus mulierum & plantarum, ſuperpoſitus corroborat, ſu
rus trahit: lapſis ſanguinem comprimit: echines nave
rhebarbaram choleram depellit: Chameleontis jecur
rogulis exuſtum, imbres & tonitrua excitat. Heliotro
pis viſum perſtringit, & geſtantem inviſibilem reddit:
rius lapis præſtigia ab oculis aufert: lipparis ſuffitus om
ſtias evocat: Synochitides umbras inferorum educit: A
tides divorum imagines apparere facit: Ennectis ſom
bus ſuppoſitus oracula reddit. Eſt herba Æthiopica,
runt ſiccari ſtagna, & clauſa omnia aperiri: & Latace
bam legimus à Perſarum regibus dari legatis, ut quo
veniſſent, rerum copia abundarent. Eſt & herba Spart



ſive Scythica, qua guſtata, vel ſaltem in ore detenta, ferunt Scythias duodecim dies fame & ſiti durare, & dicit Apuleius, ſe à numine edoctum multa herbarum & lapidum genera eſſe, quibus homines etiam perpetuam vitam ſibi contribuere poſſunt, ſed fas non eſſe, ſcientiam eorum homines cognoſcere, qui cum parvum tempus viventes, malis avide ſtudeant, & nullum non ſcelus audeant, ſi prolixitatẽ temporis accipiant, neque diis ipſis perſuros. Verum undenam ſint hæ virtutes, nemo ex his prodidit, qui de rerum proprietatibus ingentia volumina ediderunt, non Hermes, non Bochus, non Aron, non Orpheus, non Theophraſtus, non Thebith, non Zenothemis, non Zoroaſter, non Evax, non Dioſcorides, non Jſaac Judæus, non Zacharias Babylonius, non Albertus, non Arnoldus: & tamen omnes hi faſſi ſunt, quod Zacharias ad Mithridatem ſcribit, magnam vim, & humana fata lapidum herbarumque virtutibus ineſſe. Unde igitur hæc veniant, altior ſpeculatio requiritur. Opinatur Alexander Peripateticus à ſuis ſenſibus & qualitatibus non diſcedens, hæc ab elementis, earundemque qualitatibus provenire: quod forte verum putari poſſet, niſi qualitates illæ ſint ejuſdem ſpeciei, operationes autem lapidum multæ, nec in ſpecie, nec in genere convenientes. Idem Academici cum ſuo Platone ideis rerum formatricibus has virtutes attribuunt: Avicenna autem ad intelligentias, Hermes ad ſtellas, Albertus ad formas rerum ſpecificas hujuſmodi operationes reducunt. Et quamvis hi autores ſibi invicem adverſari videantur, nullus tamen eorum, ſi recte intelligatur, à veritate diſcedit: cum omnia eorum dicta ad eundem effectum in pluribus conveniant. Deus enim in primis omnium virtutum finis & origo, ſigillum idearum miniſtris ſuis præſtat intelligentiis: qui tanquam fideles executores, res quaſque ſibi creditas ideali virtute conſignant cœlis atq; ſtellis, tanquam inſtrumenta, materiam, interim diſponentibus ad ſuſcipiendum formas illas, quæ in majeſtate divina, ut ait Plato in Timæo, per aſtra deducenda reſident: eaſque dator formarum diſtribuit per miniſterium intelligentiarum, quas ſuper opera ſua conſtituit rectrices & cuſtodes, quibus ea facultas in rebus ſibi commiſſis credita eſt, ut omnis virtus lapidum, herbarum, metallorum & cæterorum omnium ſit ab ipſis intelligentiis præſidentibus. Provenit itaque forma & virtus primo ab ideis: deinde ab intelligentiis præſidentibus & regentibus, poſtea à cœlorum aſpectibus diſponentibus, porrò ab elementorum diſpoſitis complexionibus correſponden-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tibus cœlorum influxibus, à quibus ipſa elementa diſpo
tur. Habent igitur operationes ejuſmodi in rebus iſtis
rioribus per expreſſas formas, in cœlis autem per virtute
ponentes, in intelligentiis per rationes mediantes, in arc
po per ideas & formas exemplares, quas omnes in cuju
effectu, & virtutis executione convenire neceſſe eſt. Vi
gitur & mirabilis operatio eſt in unaquaq; herba & lapi
major in ſtella, ultra quam etiam ab intelligentiis præſi
bus unaquæque res multa ſibi comparat: potiſſimè au
ſuprema cauſa, cui omnia mutua & conſummata corre
dent, conſonantia ſuo harmonico concentu, veluti h
quibuſdam, ſemper ſummum illum opificem collaud
quemadmodum in fornace Chaldaica à ſanctis illis pu
vitantur cantantibus: Benedicite Dominum univerſa g
nantia in terra, & omnia quæ moventur in aquis, om
lucres cœli, beſtiæ & pecora ſimul cum filiis hominum.
itaque eſt cauſa neceſſitatis effectuum, quàm rerum om
connexio cum prima cauſa, & correſpondentia ad illa
exemplaria & ideas æternas, unaquæque res determi
habet in archetypo particularem locum, unde vivit &
nem trahit: omniſque virtus herbarum, lapidum, m
rum, animalium, verborum & orationum, & omnium
ſunt à Deo, inſita eſt. Qui licet per intelligentias, & c
hæc inferiora operatur, nonnunquam tamen omiſſis
diis, aut ſuſpenſo eorum miniſterio, immediatè ex ſeip
facit Deus, quæ opera tunc miracula vocantur, nam cu
mæ cauſæ imperio & ordine, ſecundariæ cauſæ, quas
ſtras Plato & alii vocant, neceſſario agant, & effectus ſu
ceſſario producant: nonnunquam tamen pro libitu ſuo
abſolvit aut ſuſpendit Deus, ut ab illius imperii & ordi
ceſſitate penitus deſiſtant. Et hæc maxima Dei ſunt mi
Sic ignis in fornace Chaldaica non combuſſit pueros: ſic
imperium Joſuę à curſu ſuo unius diei ſpacio retroceſſit
Ezechiæ petitionem, per decem lineas ſive horas regreſſ
ſic patiente Chriſto in plenilunio defectum ſol ſuſtin
harum operationum rationes nullo rationis diſcurſu,
magia, nulla quantumcunque occulta ſeu profunda ſo
inveſtigari aut attingi poſſunt, ſed ſolis divinis or
culis addiſcenda ſunt & ex-
quirenda.



## *De ſpiritu mundi quis ſit, & quod ſit vinculum occultarum virtutum.* CAP. XIV.

DEmocritus autem & Orpheus, & multi Pythagoricorum, cœleſtium vires, inferorumq; naturas diligentiſſimè perſcrutati, omnia plena diis eſſe dixerunt, nec abs re: ſiquidem nulla res eſt tam præſtantibus viribus, quæ viduata divino auxilio ſui natura contenta ſit. Deos autem vocabant virtutes divinas in rebus diffuſas: quas Zoroaſter divinas illices, Syneſius ſymbolicas illecebras, alii vitas, alii etiam animas nominabant: & ab his virtutes rerum dependere dicebant: quia ſolius animæ ſit, ab una materia extendi in res alias, circa quas operatur, ſicut homo, qui extendit intellectum ad intelligibilia, & imaginationem ad imaginabilia: & hoc eſt quod intelligebant dicentes, videlicet unius entis animam egredi, & in aliud ingredi, & faſcinare ipſum, & ſuas operationes impedire: quemadmodum adamas impedit magnetem, ne ferrum attrahat. Cum verò anima primũ mobile ſit, & ut dicunt, ſpontè & per ſe mobile: corpus verò vel materia per ſe ad motum inefficax, & ab ipſa anima longè degenerans: idcirco ferunt opus eſſe excellẽtiori medio, ſcilicet, quod ſit quaſi non corpus, ſed quaſi jam anima, ſive quaſi non anima, & quaſi jam corpus, quò videlicet anima corpori connectatur. Medium autem tale fingunt eſſe ſpiritum mundi, ſcil. quem dicimus eſſentiam quintam: quia non ex quatuor elementis, ſed quoddam quintum ſuper illa aut præter illa ſubſiſtens. Talis igitur ſpiritus neceſſariò requiritur tanquam medium, quo animæ cœleſtes inſint corpori craſſiori, & mirificas dotes largiantur. Hic quidẽ ſpiritus talis formæ eſt in corpore mundi, qualis in humano corpore noſter: ſicut n. animæ noſtræ vires per ſpiritum adhibẽtur membris, ſic virtus animæ mundi per quintam eſſentiam dilatatur per omnia. Nihil n. reperitur in toto mundo, quod ſuæ virtutis ſcintilla careat, magis tamen ac maximè infunditur his, qui hujuſmodi ſpiritus plurimũ hauſerint: hauritur autem per radios ſtellarũ, quatenus res his ſe reddunt conformes. Per hunc itaque ſpiritum omnis occulta proprietas propagatur, in herbas, lapides & metalla, & in animantia, per ſolem, per lunam, per planetas, perq; ſtellas planetis ſublimiores. Poteſt aũt hic ſpiritus nobis prodeſſe magis, ſi quis illum ſciverit ab aliis elementis plurimum ſegregare: aut ſaltem his rebus plurimum uti, quæ hoc ſpiritu plurimum abundant. Hæ ſiquidẽm res, in quibus ſpiritus ille minus immergi-

tur corpori, ac minus cohibetur materia, potentia perfe
que agunt, tum etiam promptius generant ſibi ſimile.
nim omnis generativa & ſeminaria virtus in eo: quare A
miſtæ nituntur eum ſpiritum ex auroque ſecernere: quem
ſegregatum & extractum ſi poſtea illum cuivis ejuſdem g
ris materiæ, hoc eſt, cuivis metallorum adhibuerint, a
ſtatim argentumve conficiant. Et nos illud facere novim
aliquando vidimus: ſed non plus auri fabricare potuimus
quantum erat illud auri pondus, de quo ſpiritum extrax
Nam cum ſit ille ſpiritus forma extenſa, & non intenſa
poteſt ultra ſuam menſuram imperfectum corpus in per
permutare: quod tamen fieri poſſe alio artificio non infic

*Quomodo debemus inveſtigare & experiri virtutes rerum viam ſumptam à ſimilitudine.* CAP. XV.

PAtet ergo, in rebus proprietates occultas non ab ele tali natura, ſed cœlitus inſitas, ſenſibus noſtris occ rationi vix denique notas: quæ quidem à vita ſpirituq di per ipſos ſtellarum radios proficiſcuntur, quæ à nob aliter quàm experientia & conjecturis indagari poſſun de ô cupiens, qui in hoc ſtudio operari affectas, conſid debes, quòd unaquæque res movet & convertit ad ſu mile, & inclinat ad ſeipſum, ſecundum totum poſſe ſuu in proprietate, ſcilicet in virtute occulta, quam in qua ſcilicet virtute elementali. Quandoque etiam in ipſa ſu tia, ſicut in ſale videmus. nam quicquid diu ſteterit cum fit ſal: omne enim agens cùm agere cœperit, non ad in ſeipſo movet: ſed quodammodo quoad fieri poteſt, ad ſ & conſentaneum: quod etiam manifeſte videmus in an tibus ſenſibilibus, in quibus cibum non in herbam, vel tam, nutritiva virtus transmutat, ſed in carnem tran ſenſibilem. Quibus igitur in rebus ineſt alicujus qualitat proprietatis exceſſus, ut calor, frigus, audacia, timor, tri iracundia, amor, odium, vel quævis alia paſſio, aut virtus inſit ipſis per naturam, ſive quandoque etiam per arte caſum, ut audacia in meretrice: hæ res ad talem qualita paſſionem, virtutem, maxime movent & provocant: Sic movet ad ignem, & aqua movet ad aquam, & audax mov audaciam. Et eſt notum apud medicos, quòd cerebrum ad cerebrum, & pulmo juvat ad pulmonem: ſic ferunt, ranæ dexter oculus dextro, ſiniſter ſiniſtro, ſuſpenſi è coll tivi coloris panno, lippitudines ſanant: ſimile etiam de o



culis ferunt: ſic pedes teſtudinis conferunt Podagricis, adalgati ita, ut pes pedi, manus manui, dextro dexter, ſiniſtro læus ſuſpendatur. Hoc modo dicunt, quòd omne animal ſteri provocat ad ſterilitatem; & ex eo maximè teſticuli, & maix vel urina. Sic ferunt mulierem non concipere, quæ accipit mni menſe de urina mulæ, vel aliquid infuſum in ea. Si igiur volumus operari ad aliquam proprietatem vel virtutem, uæramus animantia, vel alias res, quibus talis proprietas exellentius ineſt, & ex his aſſumamus nobis partem, in qua talis roprietas vel virtus maximè viget: ut ſi quando velimus promovere amorem, quæramus aliquod animal, quod maximè ligit, cujuſmodi ſunt, columba, turtur, paſſer, hirundo, motacilla: & ex his aſſumamus membra, vel partes, in quibus maimè viget Venereus appetitus, quæ ſunt, cor, teſticuli, maix, Priapus, ſperma, menſtruum. Atque id fiat eo tempore, uando hæc animal a tali affectu maximè capiuntur, & intenunt: tunc enim valde provocant amorem, & inferunt. Simili modo ad augendam audaciam, quæramus leonem, vel galum, & ex his capiamus cor, vel oculos, vel frontem. Et ſic inlligendum eſt, quod dicit Pſellus Platonicus, quòd canes, & orvi, & galli conferunt ad vigiliam: etiam philomela, & veertilio, & noctua, atque ex his maximè caput, cor, & oculi. deò dicunt, ſi quis cor corvi vel veſpertilionis ſuper ſe portaverit, non dormitabit donec deponatur. Idem facit caput veſpertilionis aridum alligatum in dextro brachio vigilantis. am ſi ponatur ſuper dormientem, fertur non excitari, donec epoſitum fuerit. Eodem modo rana & bubo efficiunt loquaem, & ex his maximè lingua & cor; ſic lingua ranæ aquaticæ ppoſita capiti, facit loqui in ſomnis: & cor bubonis impoſim mammæ mulieris dormientis ſiniſtræ, fertur efficere, ut mnia ſecreta pronunciet: idem fertur efficere cor noctuæ, & bum leporis poſitum ſuper pectus dormientis. Eodem moo omnia animalia longæva ad vitam conferunt longævam: quæcunque habentia in ſe virtutem renovativam, confeunt ad noſtri corporis renovationem & juventutis reſtitutioem, quod Medici ſe noſſe multoties oſtenderunt: ſicut maniſtum eſt de vipera & ſerpentibus. Et notum eſt, quòd cervi novant ſenectutem ſuam comeſtione ſerpentum: eodem odo phœnix renovatur per rogum, quem ſibi conſtituit, & milis virtus eſt in pellicano: cujus dexter pes ſi ſub fimo caldo ponatur poſt tres menſes regeneratur ex eo pellicanus. circo Medici quidam quibuſdam confectionibus ex vipera



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

& elleboro, & ex quorundam ejuſmodi animalium carni
confectis, promittunt reſtituere juventutem, & reſtit
quandoque nonnunquam etiam talem, qualem Medea P
ſeni promiſſam reſtituit. Creditum quoque eſt, urſi ſang
nem applicato ore recenti vulnere hauſtum, hoc potion
nere corporei roboris incrementa præſtari: quia id anima
buſtiſſimum ſit.

*Qualiter diverſarum virtutum operationes transfundantur una re in aliam, & ſibi mutuo communicantur.*

## CAP. XVI.

SCire debes, tantam eſſe rerum naturalium potentiam, q
non modò cunctas res ſibi propinquantes ſua virtute
ciant: verum etiam præter hoc infundant ipſis conſim
potentiam, per quam hac eadem virtute ipſæ etiam cæte
ficiant, quemadmodum in Magnete videmus: qui quide
pis non ſolum annulos ferreos trahit, ſed vim etiam annu
pſis infundit, qua hoc idem efficere poſſunt: qualem vi
referunt Auguſt. & Albertus. Hoc modò fertur, quòd m
trix publica in qua eſt audacia & impudentia exterminata
ipſa proprietate cuncta ſibi propinqua afficit, quæ deinde
dunt eam aliis. Ideò dicunt, quod ſi quis induat veſtem v
miſiam meretricis, vel ſecum habuerit ſpeculum in quo i
quotidiè ſpeculaverit, reddetur audax, intimidus, imp
& luxurioſus: ſimili modo dicunt pannum, qui fuerit in
re, concipere ex hoc proprietatem aliquam triſtitiæ, & ſ
lem: & laqueum ſuſpendioſi ſimiliter aliquas mirabiles h
re proprietates. Simile eſt quod narrat Plinius, ſi quis te
ſubſternat lacertæ viridi excæcatæ, & una in vitreo va
nulos includat ferro ſolido vel auro, cum recepiſſe viſum
certam apparuerit, per vitrum emiſſa annulos contra lipp
dinem valere. Idem quoque in muſtela & annulis valere
jus oculis punctim erutis, conſtat etiam viſum reverti: ſi
modo ponuntur annuli per certum tempus in nido paſſ
ſive hirundinum, quibus poſtea ad amorem vel benev
tiam utimur.

*Qualiter per litem & amicitiam, virtutes rerum inveſtiga & experiundæ ſunt.* CAP. XVII.

REſtat nunc videre, quòd omnes res habent inter ſe a
tiam & inimicitiam: & omnis res habet aliquid ti
dum & horribile, inimicum & deſtructivum: contrà, ali



exultās, lætificans & confortans, ſic in elementis, ignis adverſatur aquæ, & aër terræ: cæterùm inter ſe conveniunt. Rurſus in cœleſtibus Saturno amici ſunt, Mercurius, Jupiter, Sol & Luna: inimici ejus Mars & Venus: Jovis amici ſunt omnes Planetæ præter Martem: ſic & Martem omnes odio habent, præter Venerem: Solem amant Jupiter & Venus, inimicantur Mars, Mercurius & Luna: Venerem diligunt omnes præter Saturnum: Mercurii amici ſunt, Jupiter, Venus & Saturnus: inimici, Sol, Luna, Mars: Lunæ autem amici ſunt, Jupiter, Venus, Saturnus: inimici, Mars & Mercurius. Eſt alia ſtellarum inimicitia, quando videl. habent domus oppoſitas: ſicut Saturnus ad luminaria, Jupiter ad Mercurium, Mars ad Venerem. Et fortior inimicitia eſt eorum, quorum exaltationes oppoſitæ ſunt: ut Saturni & Solis, Jovis & Martis, Veneris & Mercurii. Fortiſſima autem eſt amicitia eorum qui concordant in natura, qualitate, ſubſtantia, poteſtate, ſicut Mars cum Sole, Venus cum Luna, ſimiliter Jupiter cum Venere: & eſt amicitia eorum quorum exaltatio eſt in domo alterius: ut Saturni cum Venere, Jovis cum Luna, Martis cum Saturno, Solis cum Marte, Veneris cum Jove, Lunæ cum Venere. Et cujuſmodi ſunt amicitiæ & inimicitiæ ſuperiorum tales ſunt inclinationes rerum illis ſubditarum in iſtis inferioribus. Habitudines ergò iſtæ amicitię & inimicitię, nihil aliud ſunt, quàm inclinationes quædam rerum in ſe invicem, appetendo talem vel talem rem, ſi abſit: & moveri ad illam, niſi impediatur, & requieſcere in adepto, fugiendo contrarium, & horrendo proximationem ejus, nec quieſcere in illo. Hac itaque ſententia ductus Heraclitus, profeſſus eſt omnia fieri per litem, & amicitiam. Inclinationes verò amicitiæ in vegetabilibus, & mineralibus ſunt, qualem habet magnes in attractivum ferrum: & ſmaragdus in divitias, & gratiam, jaſpis in partum: achates in facundiam. Simili modo naphta trahit ignem, proſilitque in eam undecunque viſam: ſimiliter aproxis herbæ radix, à longinquo attrahit ignem, ut naptha: & ſimilis inclinatio eſt inter palmam maſculinam & fœmininam: quarum cum ramum unius ramus alterius tetigerit, complicant ſe in mutuum amplexum, nec fructum fert fœmina abſque maſculo: & amygdala ſolitaria minùs fœcunda eſt. Amant vites ulmum & opium: & oliva myrtum mutuò diligit: ſimiliter oliva & ficus. In animalibus verò amicitia eſt inter merulam & turdum, cornicem & ardeolam, inter pavones & columbas, turtures & pſittacos. Unde ſcribit Sappho ad Phaonem.

Et va-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Et varijs albæ iunguntur ſæpè columbæ,*
*Et niger à viridi turtur amatur ave.*

Rurſus amici ſunt muſculus & balena. Nec ſolum an lium inter ſe amicitia eſt, ſed etiam cum aliis rebus, ut cum tallis, & lapidibus, & cum vegetabilibus: ſic feles ſive gaudet nepta herba, ad cuius affricationem conciperen tur, & defectum maſculi ſupplere: & equæ in Cappado flatui venti exponunt, atque ex ejus afflatu & attractu c piunt: ſic ranæ, bufones, ſerpentes, & quæcunque vene reptilia, gaudent in planta quæ apium riſus dicitur, de q runt Medici, ſi quis comederit ridendo moritur; rurſus t do quando venatur à ſerpente, comedit origanum, & co tatur per illud: & ciconia in ſerpentum paſtu origano ſ lutem quærit: & muſtela pugnatura contra regulum co rutam; unde cognoſcimus origanum & rutam virtutem ſidere contra venena. Sic in quibuſdam animalibus eſt ralis peritia, & ars innata medicinalis. Nam buffo qua lieno morſu & veneno vulneratur, ſolet adire rut ſalviam, & locum vulneris affricare, & ſic à pericu neni liberare. Sic homines à brutis multa admodum borum remedia, & rerum virtutes edocti ſunt: ſic chelido viſui ſalubrem herbam hirundines monſtravêre, quæ pullorum ſuorum oculis medentur; & pica cum ægrota folium in nidum immittit, & ita convaleſcit. Similiter p bi, graculi, perdices, merulę lauri foliis annuum faſtidium gant, quo etiam corvi chamæleontis venenum extingu leo ſi febricitat, voratâ ſimiâ convaleſcit: upupa uva pa ſa, adianto ſibi medetur; ſic dictamnum herbam ad ext das ſagittas utilem cervi docuerunt: ſiquidem percuſſ hoc ejus herbæ paſtu ejiciunt: idem faciunt capræ Cret ſed cervæ paulò ante partum, purgant ſe quadam herba ſeſelli dicitur: ſimiliter phalangio tacti, cancros edend ſalutem quærunt. Sues etiam à ſerpentibus læſæ, eod paſtu medentur: & corvi cùm venenatos ſe ſentiunt Gallico, quercum, vel, ut alii dicunt, corvativam quærun medela. Elephantes chamæleonte devorato, ſibi ſuccu oleaſtro. Urſi à mandragora læſi devoratis formicis eva medentur ſibi anſeres, anates, cæteræque aquaticæ av ba ſideritide: Columbæ, turtures, gallinæ, herba helxine es junco: Pantheræ contra aconitum ſibi humanis ſt coribus medentur: Apri hedera; Cervæ herba cinnate.





## *De inimicitiarum inclinationibus.* CAP. XVIII.

E Converſo ſe habent inimicitiarum inclinationes: ſunt autem ſicut odiũ naturę inclinationes ejuſmodi, & tanquam ira, indignatio & contrarietas quędam imperioſa, ut res fugiat ſuum contrarium, ut propellat tanquam fugientia à facie ejus. Ejuſmodi inclinationes habet rheubarbarum in choleram, theriaca in venenum, ſaphirus in anthracem, & ardores febriles, & ægritudines oculorum: amethyſtus in ebrietatem: jaſpis in fluxum ſanguinis, & noxia phantaſmata: ſmaragdus, & agnus caſtus in libidinem: achates in venena: Pæonia in morbum caducum: corallus in atræ bilis illuſiones, & dolores ſtomachi: topazius in ardores ſpirituales, ut ſunt avaritiæ, luxuriæ, & omnes exceſſus amoris. Similis eſt inclinatio formicarum ad origanum herbam, & ad alam veſpertilionis, & ad cor upupæ, à quorum præſentia fugiunt: eſtque etiam origanum ſolifugis contrarium, & ſalamandris reſiſtit: & cum braſſica tam pertinaci odio diſſentit, ut alternatim ſeſe conficiant: ſic oleum oderunt cucumeres, ut in hamum ſeſe curvent, ne attingant: & dicitur quòd fel corvi fugat & deterret homines à loco ubi abſconditum fuerit cum quibuſdam aliis rebus: ſic adamas diſſidet cum magnete, ut juxta poſitus non ſinat ferrum attrahi: & apium raninum fugiunt oves tanquam mortiferum: & quod mirabilius eſt ſignũ hujus mortis natura pinxit in hepatibus ovium, in quibus figura apii ranini deſcripta naturaliter apparet: ſimiliter capræ ſic odiunt ocimum, ut nihil ſibi ducant peſtilentius. Rurſus inter animalia diſſentiunt mures & muſtelæ: unde caſeos, ſi cerebrum muſtelæ coagulo addatur, negant à muribus attingi, nec corrumpi præterea vetuſtate: ſic ſcorpionibus contrarius eſt ſtellio in tantum, ut viſu quoque pavorem eis afferat, & torporem frigidi ſudoris: itaque in oleo putrefaciunt: & interficiunt cum eo ictus inunguentes ſcorpionum. Eſt etiam inimicitia inter ſcorpiones & mures: quare etiam mus ſuppoſitus puncturæ ſcorpionis curare eam traditur. Inimicantur etiam ſcorpius & ſtalabores, aſpides & ichneumones. Fertur quoque ſerpentibus nihil æquè adverſari quàm cancros, ſueſque percuſſos hoc pabulo ſibi mederi. Sol etiam cum ſit in cancro torqueri ſerpentes, etiam ſcorpius & crocodilus ſe mutuò perimunt. & ſi quis crocodilum ibidis penna tangat, immobilem reddet: otidis avis evolat viſo equo, & cervus fugit viſa vipera: elephas audito grunnitu ſuis, & leones viſo gallo timent: & pantheræ non attingunt perunctos jure gallinarum, præcipuè ſi allium fuerit ei in-

*Animalium antipathia atque diſſidium.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ei incoctum. Eſt etiam inimicitia inter vulpes, cygnos & cornices. Inter aves quoque perpetuum bellum ger nices & noctuę, milvus & corvus, pitalles & turtures, & pagrus, clorius & turtur, ęgepii & aquilę, cervi & dr Inter aquatilia etiam inimici ſunt, delphines & balenæ, & lupus, muræna & congrus. Item polypum in tantum ſta pavet, ut ſi juxta videat, omninò moriatur. Locuſta gri, rurſus polypum congri lacerant: pantheris quoque metu hyęna dicitur, ut ne conetur quidem reſiſtere, & de corio earum attingere: & ſi pelles utriuſque contr ſpendantur, ferunt decidere pilos pantherę, dicitque O pollo in hieroglyphicis, ſi quis hyenæ pelle ſuccinctus feratur in hoſtes, à nullo lęditur, & intrepidè prætererit. ter habet agnus inimicitias & noxietatem lupi contr horret & fugit ipſum atque timet. Et dicunt quòd ſi ſu tur cauda, vel pellis, vel caput lupi ſupra præſepe, triſta ves, nec comedunt aliquid prę nimio timore. Et refert quòd eſalom parva avis ova corvi frangens, cujus pu ſtantur à vulpibus, invicem hæc catulos ipſius, ipſamq lit: quod ubi viderint corvi, contra auxiliantur, velut ad communem hoſtem. Achantis avicula in ſpinis vivens, aſinos odit flores ſpinæ devorantes. Egithus verò avis in tantum cum aſino diſſentire fertur, ut ſanguinem conſtet non coire, quo etiam rudente egithi ova & pu unt. Oliva quoque cum meretrice in tantum diſſentire quod ſi ab eadem plātata fuerit, vel infructuoſa perpe nere, vel omninò areſcere dicitur. Nihil magis timet leo faces ardentes, neque ulla alia re atque his domari cre lupus neque ferrum timet, neque haſtam, ſed lapidem projectu vulnere facto gignuntur lupo vermes. Refo cameium equus, adeò ut nec quidem ſpeciem ejus intu ſentire ſuſtineat. Elephas furens viſo ariete miteſcit. C nudum hominem timet, quem veſtibus perſequitur, ta rociens ſi ficu alligetur, conflaceſcit impetus ejus. E omnia trahi præter ocymum, & quæ oleo perlita ſunt quibus naturali quadam antipathia diſſidet.

*Quomodo inveſtigandæ & experiundæ ſint rerum virtute lis à tota ſpecie inſunt, aut particulari ipſius individu alicui rei ſunt agnatæ.* CAP. XIX.

INſuper conſiderare debes, virtutes rerum ineſſe quib ſecundùm ſpeciem: ut audacia & animoſitas in leone



, timiditas in lepore & agno, rapacitas ſeu voracitas in lupo, ſidioſitas & fraudulentia in vulpe, adulatio in cane, avaritia corvo & cornice, ſuperbia in equo, ira in tygride & apro, tri itia & melancholia in cato, libido in paſſere, & ſic de ſimili us. Maxima enim pars naturalium virtutum ſpecies comita ur. Quędam verò inſunt rebus ſecundum individuum, quem dmodum ſunt quidam homines, qui vehementer abhorrent ſpectum cati, ita ut ſine horrore graviſſimo aſpicere non poſ nt, qui quidem horror non ineſt ipſis ſecundum ſpeciem hu anam, quod manifeſtum eſt. Et narrat Avicenna, tempeſta ſua vixiſſe hominem, quem fugerent venenata omnia, mo entibus omnibus, quæ fortè mordicus illum apprehendiſ nt, ipſo omninò illæſo: & refert Albertus ſe in Agrippina Co nia vidiſſe puellam, quæ araneas in eſcam venabatur, eoque bi genere oblectata inſigniter aleretur, ſic ſunt audacia in eretrice, timiditas in fure. Et hoc modo dicunt Philoſophi, uod individuum aliquod quod nunquam paſſum ſit ægritu nem confert omni ægritudini, ideò dicunt quòd os homi is ortui, qui nunquam habuerit febres, ſuſpenſum ſuprà pa entem liberat à quartana. Inſunt etiam individuis ſingulares ulæ virtutes, à corporibus cœleſtibus infuſæ, quod ſuperius onſtravimus.

*uod virtutes naturales quibuſdam inſunt per totam ſuam ſubſtantiam, quibuſdam verò in certis ſuis particulis aut membris* CAP. XX.

Urſus conſiderare debes virtutes rerum quibuſdam ineſſe ſecundùm totum, hoc eſt, ſecundùm totam ſuam ſubſtan m, vel ejus omnes partes: ſicut piſciculus ille echeneis, qui lo tactu fertur navem ſiſtere, hoc non agit ſecundùm ali am præcipuam ſuam partem, ſed ſecundùm ſuam totam bſtantiam: ſic hyena habet ſecundùm ſuam totam ſubſtan m, quod umbræ ejus contactu canes obmuteſcant: ſic che onia confert viſui, non ſecundùm aliquam, ſed ſecundùm nes ſuas partes non minùs radice, quàm foliis & ſemine: ſic de ſimilibus. Quædam autem virtutes inſunt rebus, ſe ndùm aliquas ejus partes, puta ſolum in lingua, vel oculis, l aliis quibuſdam membris, ſive partibus: ſic in oculis baſi i & cadaplepæ eſt virtus violentiſſima occidendi homines, i ipſos viderit: ſimilis virtus eſt in oculis hyenæ, quæ quod que animal luſtraverit, è veſtigio hæret, ſtupeſcit, & mo eſe non poteſt. Similis virtus eſt in oculis luporum quo dam, qui ſi quem prius viderint, ſtupeſcit, & rauceſcit adeò,

adeò, ut ſi clamare voluerit, non habeat vocis miniſt
hoc Virgilius meminit. Ubi canit:

*------Vox quoq; Mœrim*
*Iam fugit ipſa lupi, Mœrim videre priores.*

*Cur oculis & non alijs partibus potiſſimum utantur faſcinationes.*

Sic & fœminæ quædam erant in Scythia, & apud
& Triballos, quæ quoties quem iratæ aſpexerant, int
feruntur. Similiter & Telchines Rhodi populi leguntu
qui omnia aſpectu ſuo in pejus commutaverant, pro
Jove ſubmerſi: Iccircò faſcinatores hujuſmodi anim
culis in collyriis utuntur ad ſimiles paſſiones, per faſcin
operaturi. Simili modo formicæ fugiunt ex corde upu
ex capite, pede vel oculis. ſic fel ſtellionum in aqua trit
tur congregare muſtelas, non cauda vel caput: & fel ca
vaſe æneo in terram concluſum, ranas congregat: & je
prinum papillionibus & tineis omnibus contrarium e
canis habentem fugiunt canes: & vulpes gallinaceos
tingunt qui vulpinum jecur comederint. Sic habent re
mę diverſas virtutes per diverſas partes diverſimodè di
prout ipſis ſecundùm receptibilium diverſitatem cœ
funduntur: quemadmodum in corpore humano oſſa
cipiunt niſi vitam, oculi verò viſum, & aures auditum.
humano corpore os quoddam minimum, quod Heb
appellant, magnitudine ciceris mundati, quod nulli
obnoxium, nec igne quidem vincitur, ſed ſemper con
illæſum: ex quo (ut dicunt) vel ut planta ex ſemine, in
ctione mortuorum corpus noſtrum animale repullula
hæc virtutes non declarantur ratione, ſed experientia.

*De virtutibus rerum quæ inſunt ipſis in vita tantum, &*
*remanent in illis etiam poſt interitum.*

## CAP. XXI.

SCire præterea oportebit, quaſdam proprietates ineſ
tantummodo in vita, quaſdam etiam permanere po
tem: ſic echeneis ſiſtit navigia: & regulus, & catablep
munt viſu, quādo vivunt: poſt mortem verò nihil tale
ſic tradunt in torminibus anate viva appoſita ventri
morbum, anatemque emori: ſimile eſt quod dicit Ar
Si accipiatur cor recenter extractum ex animali, & ad
lens, atque vivens ſuſpendatur ſupra patientem febre
tanam, tollit eam. Sic ſi quis transglutit cor upupæ, vel
dinis, vel muſtelæ, vel alpę, eo adhuc vivente & palpita
fert ei ad memoriam, reminiſcentiam, intellectum &



onem. Hinc totum eſt generale præceptum, quòd ſcil. quæ-
unque colligenda ſunt ex animalibus ſive lapides, ſive mem-
ra, ſive excrementa, ut pili, ſtercus, ungulæ, hæc ab animali-
us, illis adhuc viventibus, auferri debent: atque etiam, ſi fieri
oteſt, ipſis poſtea adhuc vivis remanentibus. Unde præcipi-
ut, quando colligis linguam ranæ, eam vivam remittas in a-
uam: ſi colligas dentem vel oculum lupi, non interficias lu-
um: & ſic de ſimilibus. Sic tradit Democritus. Si quis extra-
at ranæ marinę viventi linguam, nulla alia parte corporis ad-
ærente, ipſaque demiſſa in mare, imponat ſupra cordis palpi-
ationem mulieri dormienti, quæcunque interrogaverit, vera
eſponſuram. Simili modo oculos ranarum ante ſolis ortum
dalligatas ægro, ita ut cæcas dimittant in aquam, tertianas
bigi promittunt: eoſdemque cum carnibus luſciniæ in pelle
ervina adalligatos præſtare vigiliam ſomno fugato, tradunt.
imiliter paſtinacæ radius adalligatus umbilico fertur faciles
artus facere, ſi viventi ablatus ſit, ipſaque denuò in mare de-
niſſa. Sic ferunt ſerpentis oculum dextrum adalligatum con-
ra epiphoras prodeſſe, ſi ſerpens vivus dimittatur. Et eſt qui-
am piſcis, ſive ſerpens maximus nomine myrus, cui ſi eruatur
culus, & alligetur fronti patientis, ophtalmiam ſanare dici-
ur, piſci verò oculum renaſci: ſed altero illum capi lumine,
ui viventem non dimiſerit. Item dentes omnium ſerpentum,
uando vivis exempti ſunt, ſuſpenſi ſupra patientem, quarta-
am ſanare dicuntur: ſimiliter dentes talpæ vivæ exempto ea
imiſſa, ſanari dentium dolores, nec adlatrare canes, caudam
nuſtelæ; quæ dimiſſa ſit, habentes. Et narrat Democritus, lin-
uam chameleontis, ſi viventi erepta ſit, ad judiciorum even-
um pollere, eādemq; ſalutarem eſſe parturientibus circa do-
num: cavendum autem ne domo inferatur, quia eſſet precio-
iſſimum. Sunt adhuc proprietates poſt mortem remanentes:

*Quæ poſt mortem vires ſuas retineant.*

e de his dicunt Platonici, quod res in quibuſdam minus mer-
itur idea materiæ in his adhuc poſtquam mortuæ ſunt, & de-
unctæ fuerint, id quod immortale eſt, mirabilia operari non
eſſat. Sic in herbis & plantis, avulſis & arefactis adhuc viget
c operatur ipſa virtus ab idea quondam infuſa. Inde eſt, quòd
cut aquila in vita ſua omnes aves ſuperat & vincit: ſic etiam
a defuncta, pennæ ejus omnes aliarum avium pennas & plu-
nas deſtruunt & corrodunt: eadem ratione pellis leonis o-
nnes alias pelles conſumit: & pellis hyænę deſtruit pelles pan-
heræ: & pellis lupi corrodit pellem agni. Et quædam hæc non
gunt ſolum in contactu corporeo, ſed etiam quandoque in

*Tympanorum ex diverſis pellib. diverſi effectus.*

harmonia vocali: ſic tympanum factum de pelle adib...
lupi, obmuteſcere facit tympanum de pelle agni. Simili...
tympanum factum de pelle ericii marini, procul fugat...
reptilia, per quamcunque diſtantiam ſonus ejuſmodi a...
fuerit: & fides factæ ex inteſtinis lupi, ſi cum ovinis fidi...
lyra, aut cythara tenſæ fuerint, nullam inde fieri conſo...
tiam, manifeſtum eſt.

*Quomodo res inferiores ſubſunt corporibus cœleſtibus, & qu... humanum corpus ipſaq; hominum exercitia & mores, ſi... atq; ſignis diſtribuuntur.* CAP. XXII.

MAnifeſtum eſt quod omnia inferiora ſubſunt ſup...
bus, & quodammodo (ut inquit Proclus) ſibi in...
inſunt, ſcilicet in infimis ſuprema, & ſupremis infima:...
cœlo ſunt terrena, ſed ſicut in cauſa modoq; cœleſti: &...
ſunt cœleſtia, ſed modo terreſtri, ſcilicet ſecundum eff...
ſic dicimus eſſe hic entia quædam ſolaria, quædam luna...
quibus Sol & Luna cauſant aliquid ſuæ virtutis. Unde...
juſmodi recipiunt plures operationes & proprietates...
miles operationibus ſtellarum ac figurarum, quibus ſ...
ſi cognoſcimus ſolaria eſſe reſpectiva cordis & capitis, p...
leonem ſolis domum, & arietem ſolis exaltationem:...
tialia conferunt capiti & teſticulis, propter arietem & ſc...
nem: hinc quibus vino inebriatis ſenſus titubant, &...
let, miſſis in aquam frigidam teſtibus, aceto ve dilutis,...
tantum remedium eſt. Sed circa iſta neceſſariū eſt ſci...
modo corpus humanū diſtribuitur planetis atq; ſignis...
itaque juxta Arabum traditionem, ſolem præeſſe cer...
cordi, femori, medullis, oculo dextro & ſpiritibus vita...
verò & ori, & cæteris inſtrumentis ſive organis ſenſuu...
interiorum quàm exteriorum: inſuper manib., pedib...
ribus, nervis, & virtuti phantaſticæ præeſſe: Mercuriu...
ni, lieni, ſtomacho, veſicæ, matrici ac auri dextræ, ipſi...
privæ virtuti: Saturnum hepati & carnoſiori parti ſto...
ventri quoque & umbilico Jovem: unde in Jovis Am...
templo effigiem umbilici repoſitam tradit antiquita...
præterea qui illi et coſtas, pecten, inteſtina, ſanguinem...
chia & dextram manum, ac ſiniſtram aurem, ac virtut...
turalem attribuunt: ſanguinis autem & venis, & reni...
chyſti fellis, natibus & dorſo, & decurſui ſpermatis, & vi...
bili, præficiant Martem. Iterum renibus & teſticulis, v...
matrici, & genitali ſemini, & vi concupiſcibili Venere...

*Umbilici effigies cur in templo Iovis Ammonij.*



*Humani corporis partes quibus planetis atq; zodiaci ſignis ſubſint.*

...et & carni, & pinguedini, ventri, pectini, & umbilico, & ejuſ-
...modi omnibus quæ operi Venereo inſerviunt, ut oſſi ſacro, &
...pinæ dorſi, & lumbis: præterea, capiti & ori, quo oſculum a-
...moris pignus donatur, præeſſe dicitur. Luna verò etſi totum
...orpus, & ſingula membra pro varietate ſignorum ſibi vendi-
...et, tamen peculiariter ſibi adſcribuntur cerebrum, pulmo,
...edulla ſpinæ dorſi, ſtomachus, & menſtrua, & omnia excre-
...enta, atque oculus ſiniſter cum creſcendi vigore. Ipſe verò
...ermes in animalis capite ſeptem dicit eſſe foramina ſeptem
...lanetis diſtributa, videlic. aurem dextram Saturno: ſiniſtram
...ovi: narem dextram, Marti: Veneri, ſiniſtram: oculum dex-
...um, Soli: ſiniſtrum, Lunæ: os autem Mercurio. Singula per-
...de ſigna zodiaci ſua membra curant: ſic aries caput atq; fa-
...em regit: Taurus, collum: Gemini, brachia atq; humeros:
...ancer præeſt pectori, pulmoni, ſtomacho & lacertis: Leo præ-
...t cordi & ſtomacho, & jecori, atq; dorſo: Virgo reſpicit inte-
...na, & fundum ſtomachi: Libra gubernat renes, & femur, at-
...ue nates: Scorpius genitalia, & vulvam & matricem: Sagitta-
...us dominatur femori, atq; ſubinguinibus: Capricornus re-
...it genua: Aquarius crura & tibias: Piſces regunt pedes. Et ſi-
...at horum ſignorum triplicitates ſibi correſpondent, & con-
...eniunt in cœleſtibus, ſic etiam conveniunt in membris, quòd
...experientia ſatis conſtat: quoniam ex frigore pedum dolet
...enter & pectus, quæ membra eidem triplicitati reſpondent.
...nde & medela uni appoſita, alteri prodeſt: ut calefactis pedi-
...us ceſſat dolor ventris: Hujus itaque ordinis memor, ſcias
...uod res quæ alicui planetarum ſubſunt, ſingularē quendam
...abent aſpectum, ſive inclinationem ad membra eidem pla-
...etæ, & ſuis præcipue domiciliis & exaltationi attributa: reli-
...uæ enim dignitates, & triplicitates & termini, & facies in hac
...trum habent. Hac igitur ratione Pæonia citraria, gariophyl-
...n, cortices citri, amaracus, dorycnium, cynnamomum, cro-
...is lignum aloes, thus, ambra, muſcus & partim myrrha, me-
...ntur capiti & cordi: propter Solem, Arietem & Leonem:
...arnogloſſa herba Martis, medetur capiti & teſtibus pro-
...er Arietem & Scorpionem: & ſic de reliquis. Præterea con-
...unt Saturnalia ad triſtitiam & melancholiam: Jovialia ad
...titiam & dignitatem: Martialia ad audaciam, rixam & iram:
...laria ad gloriam & victoriam & animoſitatem: Venerea ad
...orem, libidinem & concupiſcentiam: Mercurialia ad fa-
...ndiam: Lunaria ad vulgarem vitam. Ipſaq; hominum exer-
...tia & mores ſecundum planetas diſtributa ſunt. Nam Sa-

*Hominum mores & exercitia Planetis ſubiacent.*

turnus regit ſenes & Monachos & melancholias, & the
abſconditos, & quæ longis itineribus & cum difficult
quiruntur: Jupiter verò habet Religioſos, Prælatos, Re
Duces, & lucra licitè acquiſit.: Mars tonſores, ch rurgo
dicos, lictores, carnifices, macellarios, furnarios, piſtore
lites, qui paſſim Mavortii dicuntur. Similiter & reliqu
ſua exercitia ſignificant, prout hæc in Aſtrologorum lib
ſcripta ſunt.

*Quomodo cognoſcendum, quibus ſtellis res naturales ſubj atq; quæ res ſunt ſolares.* CAP. XXIII.

QUæ verò res cui ſtellæ vel ſigno ſubſint, cognoſcen
cile eſt valdè: cognoſcuntur tamen per imitation
diorum vel motus, vel figuræ ſuperiorum: quædam eti
lores & odores, quædam etiam per ſuarum operation
ctus quibuſdam ſtellis conſonantes. Sic ſolaria ſunt in
menta ignis, & lucida flamma: in humoribus ſanguis
& ſpiritus vitæ: inter ſapores, qui eſt acutus dulcedini
Inter metalla aurum propter ſplendorem, habetq; à ſo
ſit cordis confortativum. Inter lapides verò qui aure
ſolares radios imitantur: ſicut lapis aëtites aureis gutt
imitans, virtutem habet contra morbum caducum, &
venena: ſic lapis, qui dicitur Solis oculus, figuram ha
milem pupillæ oculi, ex cujus medio radius emicat, co
cerebrũ, confert viſui: ſic carbunculus nocte lucens, v
habet contra omne venenum aëreum & vaporoſum: ſi
ſolitus lapis habens in colore tenuem & lucidam viridi
in qua quando ſoli opponitur, ſtella autem emicat, co
ſpiritualia, confert aſthmaticis: & quando perforatur
aſini in foramen repletus, ſiniſtro brachio alligatur, fug
taſmata, & terrores melã-holicos ſtultitiamq; repellit
iris ſimilis in colore cryſtallo, qui ut frequẽte:, reperitu
gonus, quando ſub tecto pars ejus radiis ſolis oppon
pars altera in umbra tenetur, colligit radios in ſe ſolare
projiciens reflectendo facit apparere Irim in oppoſito p
Item heliotropius lapis viridis admodum jaſpidis vel ſ
di, guttis rubeis ſtellatus facit conſtantem, glorioſum &
famæ, confert ad vitæ longitudinem: & eſt virtus ejus m
lis, quam habet in radios ſolares, quos in ſanguinem co
tere dicitur, hoc eſt, apparere ſanguineos quaſi ſol pa
eclipſin, quando videlicet inungitur ſucco herbæ ej
nominis, & in vas plenum aquæ ponitur: & eſt alia virt

*Chryſolitus lapis.*

*Iris lapis.*



mirabilior in oculos hominum, quorum aciem ita præſtrin-
git, atq; ita obcæcat viſum hominum, ut videri non permittat
geſtantem ſe: quod tamen non facit ſine adjutorio herbæ ejuſ-
dem nominis, quæ & heliotropium vocatur, hoc eſt ſolſequiũ.
as virtutes & Albertus Magnus, & Guilhelmus Pariſienſis in
ſcripturis ſuis confirmant. Hyacinthus etiam habet virtutem
ſole contra venena & peſtiferos vapores, reddit geſtantem
tum & gratum, confert ad divitias & ingenium, confortat
or: retentus in ore, vehementer animum exhilarat. Item py-
ophilos lapis rubicundus permixtus de hoc teſte Alberto re-
ert Æſculapius in uno epiſtolarum ſuarum ad Octavium Au-
uſtum, quod aliquod venenum eſt tantæ frigiditatis, quòd
or hominis interempti conſervat ab uſtione, ita quod ſi ali-
uamdiu ponatur in igne, convertitur in lapidem: & hic eſt il-
qui vocatur pyrophilos, ab igne. Habet mirabilem virtutem
contra venena, & reddit geſtantem glorioſum & formidolo-
m adverſariis. Præ omnibus autem ſolaris eſt lapis, quem in-
eniſſe fertur Apollonius, nomine pantaura, qui alios lapides
d ſe trahit, quemadmodum magnes ferrum, contra omnia
enena efficaciſſimus ab aliis pantherus, dictus, quia panthe-
e animali, maculoſo adſimilatur: ideò etiam Pantochras di-
tur, quia omnes colores continet. Aaron illum Evanthum
ncupat. Solares præterea ſunt, topazius, chryſopaſſus, rubi-
us, balagius. Item ſolaria ſunt auripigmentum, aureique co-
ris, & luminis plurimi. Ex plantis verò & arboribus, ſunt ſo-
res, quæ vertuntur ad ſolem, ut heliotropium, & quæ impli-
ant in ſe folia recedente ſole: oriente verò, explicant paula-
m: ut lotos quam quidem arbuſculam ſolarem eſſe, & fru-
uum & foliorum figura teſtatur. Sic Pæonia, chelidonia, ci-
aria, Zinziber, gentiana, dictamus, verbena quoque pręſtans
ticinium & expiationem, fuganſque cacodæmones. Laurus
iam Phœbo ſacer, ac cedrus, palma, & fraxinus & hedera, &
is: & quæcunque venena, & fulgura repellunt, & perpetuò
rentes hyemis algores non verentur. Item ſolaria ſunt men-
maſtix, zedoarea, crocus, balſamus, ambra, muſcus, mel fla-
um, lignum, aloes, gariophylum, cinnamomum, calamus a-
maticus, piper, thus, amaracus, & Libanotis: quod Orpheus
cat ſolis thymiana. Inter animalia verò ſolaria ſunt magna-
ma, animoſa, ſtudioſa victorię & gloriæ: ut leo ferarum rex,
ocodilus, lynx, aries, caper, taurus, armentorum Rex, ab Æ-
ptiis apud Heliopolim ſoli ſacratus, quem Veritem nomi-
nt: & bos Apis in Memphi, & in Herminthio taurus nomine

*Hyacinthi virtutes.*

*Pyrophilus.*

Pathim. Lupus etiam Apollini & Latonæ ſacer eſt. ſolaris eſt cynocephalus: qui per ſingulas horas duo die latrat, & æquinoctii tempore duodecies per ſing git: idem & in nocte, unde illum in hygrologiis ſculp gyptii, item ſolares ſunt inter aves, phœnix avis un quila avium regina: item vultur, olor ſive cygnus: & q quibuſdam hymnis applaudunt ſurgenti ſoli, & qu çant, ut gallus & corvus, accipiter etiam, quia in Æg theologia ſpiritus & lucis Symbolum eſt, à Porph ſolares numeratur. Præterea ſolaria ſunt quæcun gunt ſolis operum ſimilitudinem, ut vermiculi noc tes, ſcarabeus quoque quem felem vocant, forma luc etiam cantharum dicunt, qui pilulas volvit, ac deſu bat, aliuſque Appionis interpretatione hoc ipſo ſol ſimilitudinem colligens, cujus oculos etiam juxta ſum variari conſtat, ſolaris eſſe indicatur: & quæ et Ex piſciculis autem maxime ſolaris eſt vitulus mari guri reſiſtens, item dactylus & pulmo nocte lucentes ob adurentem fervorem, ſtrombi regem ſecuti, ſi margari regem habentes excicatique in lapidem a ris dureſcunt.

*Cynocephalum in hydrologijs Ægyptij cur pinxerant.*

### *Quæ res ſubſint Lunæ.* CAP. XXIV.

Lunaria verò ſunt inter elementa terra, deinde a maris quàm fluviorum, & omnia humida, humo rum, & animalium, maxime albi, ut albumina ovo guedines, ſudores, pituitæ & ſuperfluitates corpor poribus ſalſus & inſipidus. Inter metalla verò argent lapides illius eſt cryſtallus, argentea marcaſita, & o & viridia. Item lapis ſelenites, id eſt lunaris, ex candi lucens, melleo fulgore, motum imitans lunarem, ram in ſe habens, reddenſque eam in dies ſingulos c minuentiſve numero. Item margaritæ quæ ex aqu diis in conchis generantur, ſimiliter & cryſtallus, & Inter plantas & arbores lunares ſunt ſelenotropion q tur ad lunam, quemadmodum heliotropion ad ſole ma arbor ad ſingulum lunæ ortum, ſingulum ram tens: hyſſopus etiam ſpecies roris marini minima arb jor plantarum, de utriſque partic pans: eſt etiam lun caſtus, ſive caſta arbor, & oliva. Similiter & herba c res, quæ creſcit & decreſcit cum luna, ſcilicet in ſub numero foliorum, non ſolum in humore & virtute, gulæ plantæ quodammodo commune habent præ

*Arbores & plantæ lunares.*



Martias, quæ ſolæ contra lunæ augmenta & decrementa minuendi & augendi vires contrarias habēt: quemadmodum inter volatilia origis Saturnia avis lunæ ſimul ac ſoli inimiciſſima eſt. Animalia lunaria ſunt, quæ humana conſuetudine gaudent, & quæ vario naturæ amore & odio pariter excellunt, ut canis omnis generis. Lunaris etiam eſt chameleon, qui pro varietate coloris objecti ſimilē ſemper induit, quemadmodum luna pro varietate ſigni, in quo reperitur, naturam variat. Item lunares ſunt, porcæ, cervæ, capræ & animalia quæcunque quæ lunarem motum obſervant & imitantur, ut cynocephalus & panthera, fertur enim hæc in armo habere ſimilem lunæ maculam creſcentem in orbes & cornua pari modo curvantem. Lunares ſunt & feles, quorum oculi ad lunæ vices ampliores aut minores fiunt: & quæ hujuſmodi ſunt, ut ſanguis, menſtruus, cū quo multa mira & monſtrifica fiunt apud magos. Hyena etiam ſexum mutans, variiſque obnoxia veneficiis, & animalia omnia, quæ amphibia dicuntur, ut quæ terram ſimul cum aqua incolunt, ut caſtores & lutres: & quæ venantur piſces. præterea omnia animalia monſtroſa, & quæ abſque manifeſtis ſeminibus aut æquivoce generantur, ut mures ex coitu & ex terræ computreſcentia. Inter aves lunares ſunt anſeres, anates merguli: & omnes aquatiles, & piſciū venatrices, ut ardeæ & quæ æquivoce producuntur, ut veſpæ ex cadaveribus equorum, apes ex putrefactione vaccarum, muſciliones ex vino corrupto, & ſcarabei ex carnibus aſinorum. Maximè verò lunaris eſt ſcarabeus bicornis, quem tauriformem vocant: qui pilulam defodiens, relinquit octo & viginti diebus, quibus luna totum zodiacum metitur: nono autem & vigeſimo die, quibus luminarium conjunctionem futuram putat, adaperiens in aquam proiicit, unde tunc prodeunt ſcarabei. Inter piſces lunares ſunt ælurus, cujus oculi ad vices lunæ variantur: & quicunque lunæ motum obſervant, ut torpedo, echeneis, cancer, oſtrea, conchylia & ranæ.

*Animalia lunaria.*

*Aves lunares.*

*Piſces lunares.*

### *Quæ ſunt ſub Saturno.* CAP. XXV.

SAturnalia ſunt inter elementa terra, & ēt aqua: inter humores atra bilis humectans, tàm nativa, quàm adventitia præter aduſtam. Ex ſaporibus acetoſi, acriores, & graves. Inter metalla plumbum, & propter pondus aurum, aureaque marcaſita. Inter lapides onychinus, ziazaa, camoinus, ſapphirus, fuſcus, jaſpis, chalcedonius, magnes, & omnia terrea fuſca,

&ponderoſa. Inter plantas & arbores, aſphodelus, ſerpe
ruta, cyminum, helleborus, ſilphium, mandragora, opi
quæ ſtupefaciunt, & quæ neque feruntur unquam, ne
ctus ferunt, & quæ nigrantes baccas, nigróſve fructus
cunt: ut ficus atra, pinus & cupreſſus, arbor feralis, &
germinans baccis, torva, ſapore amara, odore violenta
nigrata, pice acerrima, fructu ſupervacua, duratione in
pta, funeſta, & Diti ſacra, ſicut apium, quo antiquitus
rum thecas, antequam in illis mortuorum imponerent
ra, ſternere conſueverunt: quamobrem in conviviorum
namentis ex omnibus paſſim herbis & floribus ſerta
fas erat præterquam ex apio: quoniam lugubre ſit, & hi
non conveniat. Animalia reptilia ſegregata, ſolitaria,
na, triſtia, contemplativa, vel penitus bruta, avara, timid
lancholica, multi laboris, tardi motus, immundi victus,
fœtus ſuos devorant. Ex iſtis ergò ſunt, talpa, aſinus, lu
pus, mulus, catus, camelus, urſus, ſus, ſimia, draco, ba
bufo: ſerpentia omnia & reptantia, ſcorpiones, formicæ
ex putrefactione naſcuntur in terra, in aquis, in ædium
ut mures vermeſq; multiplices. Inter aves verò Saturni
quæ ſunt longi colli & groſſæ vocis, ut grues, ſtruthio
pavones, Saturno & Junoni ſacræ. Item bubo, noctua
tilio, upupa, corvus, & origis avis invidioſiſſima. Ex p
verò anguilla, ſeorſum ab aliis piſcibus degens, mu
cunicula fœtus ſuos deglutientes. Item teſtudines, oſtre
chylia, & ſpongiæ marinæ, & quæ ex eis ſunt.

*Cupreſſus feralis arbor.*

*Apium corona mentis olim interdictum.*

## *Quæ ſunt Iovialia.* CAP. XXVI.

IOvialia ſunt inter elementa aër: inter humores ſang
ſpiritus vitæ, cuncta quoq; ad vitæ augmentum nu
tumq; & vegetationem ſpectantia. Ex ſaporibus, qui ſu
ces & ſuaves. Ex metallis, ſtannum, argentum & auru
pter temperantiam. Inter lapides, hyacinthus, berillus
rus, tuthia, ſmaragdus, jaſpis viridis, & perpetuò virides
que colores. Inter plantas & arbores, barba Jovis, ocym
gloſſa, macis, ſpica, menta, maſtyche, inula, viola, lolium
ſciamus, populus: & quæ felices arbores traduntur, ut
cus, æſculus, ilex, fagus, corilus, populus, ſorbus, ficus al
rus, malus, vitis, prunus, fraxinus, & cornus, atque oliv
leum. Inſuper frumentum, hordeum, triticum, paſſulæ
ricia, zacharum, & omnia quorum dulcedo eſt manif
ſubtilis, participans aliquid ſtyptici & acuti ſaporis,



uces, amygdalæ, pineæ, avellanæ, piſtaceæ, radices pæoniæ,
mirobalani, & rheubarbarum, & manna. Orpheus quoque illi
tribuit ſtyracem. Inter animalia ſunt, quæ præferunt ali-
uam dignitatem & ſapientiam: & quæ ſunt mitia & bonæ
iſciplinæ, ac bonorum morum, ut cervus, taurus, elephas: &
manſueta quæque animantia, ut ovis & agnus. Ex avibus au-
tem, quæ ſunt complexionis temperatæ, ut gallinæ, & vitella
vorum. Item perdix, phaſianus, hirundo, pellicanus. Item
ucupha ciconia, aves piiſſimæ & gratitudinis ſignacula: eſtq;
ſacrata aquila, Imperatorum inſigne, ac juſtitiæ cum cle-
mentia ſymbolum. Inter piſces autem delphinus, anchia, ſi-
lurus, propter pietatem.

*Aquila Imperatorum inſigne, & iuſtitiæ ſymbolum.*

## *Quæ referunt Martem.* CAP. XXVII.

MArtialia ſunt inter elementa, ignis: pari modo aduſta, & acuta omnia, inter humores, cholera. Sapores autem amari, acres, & linguam perurentes, & qui dicuntur lachrymo-
: inter metalla, ferrum, æs rubeum, & omnia ignea, rubea &
ſulphurea: inter lapides, adamas, magnes, lapis ſanguinaris, ja-
ſpis, multigenus amethyſtus: inter plantas & arbores, ellebo-
rus, allium, euphorbium, cattabana, armoniacum, raphanus,
laureola, napellus, ſcammonia, & omnia venenoſa ex caloris
ſuperabundantia: & quæ pungentibus ſpinis munitæ ſunt, vel
contactu ſuo cutem urunt, pungunt vel ampullant, ut cardo,
urtica, flammula: & quæ comeſta lachrymas excutiunt, ut ce-
pæ, aſcolonia, porrum, ſinapium, caſtoreum: & arbores omnes
ſpinoſæ, atque cornus Marti ſacer. Animalia autem quæ ſunt
bellicoſa, rapacia, audacia, & perſpicuæ imaginationis, ut e-
quus, mulus, hircus, hœdus, lupus, pardus, onager: ſerpentes
quoque & dracones veneno infenſi: & quæcunq; hominibus
infeſta, ut pulices & muſcæ, cynocephalus, propter iracundiã.
Aves omnes rapaces, carnivoræ, oſſifragæ, ut aquila, falco, ac-
cipiter, vultur: & quæ diræ & ferales aves dicuntur, noctuæ,
ululæ, tinnunculi, milvij: & quæ ſemper famelicæ ac rapaciſſi-
mæ ſunt: & quæ gluriunt, & quaſi vocem ſtrangulantis emit-
tunt, ut corvi & cornices, & picus præ cæteris Marti ſacer eſt.
Ex piſcibus habet lucium, mullum, paſtinacam, arietem, hir-
um, lupum, glaucũ, qui voraciſſimi ſimul ac rapaciſſimi ſunt.

## *Quæ ſunt Venerea.* CAP. XXVIII.

VEnerea ſunt inter elementa, aer atq; aqua: inter humores pituita cum ſanguine, ſpiritu ac ſemine genitali: inter ſapores habet dulcem, unctuoſum, & delectabilẽ: inter metalla

habet argentum, & æs croceum atque rubeum: inter
conveniunt illi berillus, chryſolithus, ſmaragdus, ſaph
ſpis viridis, corneola, lapis aëtites, lapis lazuli, corall
neſq; pulchri, varii, albi vel viridis coloris. Inter plant
bores, verbena, viola, capillus Veneris, herba lucia, ſ
riana, quæ Arabicè dicitur phu. Item thymus, ladanu
bra, muſcus, ſandalum, coriandrum, & omnia thymiam
fructus delectabiles, & ſuaves, ut pyra dulcia, ficus & m
nica, quæ poëtæ dicunt in Cypro à Venere primò ſata
ea dedicata illi ſunt. Luciferi roſa, Heſperi etiam myrt
malia habet luxurioſa, delicioſa, fortis amoris, ut catu
culi, fœtoſæ oves, capræ & hircus, cæteris animantib
*Hirci ſalacitas.* generans, quem etiam poſt ſeptimum diem ab ortu c
cunt. Item taurus propter faſtum, & vitulus propter l
etiam Venerei ſunt. Ex avibus verò cignus, motacilla
do, pellicanus, & chenalopex, pullorum maximè ama
tem corvus & columba Veneri ſacra, & turtur, quarum
alterutra offerri jubebatur in purificationem partus; pa
iam Veneri ſacer, qui jubente lege dabatur in purifica
lepræ Martii mali, quo nil æquè proficuum reſiſtit: a
etiam Ægyptii Venerem vocant, quòd ſit in Venerem
ter, decies enim in die oppreſſa, ſi mas vocet, denuò a
Ex piſcibus verò Venerei ſunt, grues libidinoſi, ſemi
mi, merulæ ob fœtus amorem & cancharus pro conj
gnans, & tithymallus ob odoris fragrantiam & ſuavit

## *Quæ ſequuntur Mercurium.* CAP. XXIX.

MErcurialia ſunt inter elementa aqua, licet indiſtinc
nia moveat: ſimiliter & humores, præcipuè tam
mixtos: ſed & ſpiritum animalem regulat, ſaporeſque
& peregrinos permixtoſque: ex metallis illius ſunt, arg
vivum, ſtannum, marcaſita argentea. Inter lapides: ſm
lapis, achates, porphyrites, topazius, & qui ſunt dive
colorum, & quibus figuræ variæ à natura inſitæ: aut qu
te factitii ſunt, ut vitrum, & quæ croceum cum viridi
Inter plantas & arbores, corilus, pentaphillon, merc
fumus terræ, pinpinella, majoriana, petroſelinum, & qu
viores & minores in foliis ſunt mixtiſque naturis & va
lore compoſitæ. Animalia ſagacia, ingenioſa, ſtrenua,
lis ingenii, velocis curſus, & facilem conſuetudinem cu
minibus habentia, ut canes, ſimiæ, vulpes, muſtelæ, cer
mula: & animalia Hermaphroditica, & quæ utrumq;
vi



viciſſim mutant, ut lepus, & hyena & ſimilia. Inter aves quæ à natura ingenioſæ, canoræ & muſicæ ſunt & verſatiles, ut cardueles, ficedulæ, merula, turdus, alauda, philomela, calandris, pſittacus, pica, ibis, porphyrio, & ſcarabeus, unicornis. Inter piſces verò trochus qui ſeipſum init, quocirca maſculo-fœminam vocant. Item polybus fraudulentus, & colore verſatilis, & paſtinaca ob ſolertiam: ſimiliter & mugil cauda cibum hamo excutiens.

## *Quòd totus ſublunaris mundus, & quæ in eo ſunt, planetis diſtribuitur.* CAP. XXX.

PRæterea quicquid in toto mundo reperitur, juxta planetarum dominia efficitur, virtutemq; ſortitur: ſic in igne vivificum lumen Soli, calor Marti, in terra, ſuperficies varia Lunæ & Mercurio & ſtellato cœlo, moles autem tota Saturno. At in mediis elementis, ubi regit, humor aereus ſubjacet Jovi, aqueus verò Lunæ mixtus autem obtemperat Mercurio & Veneri. Simili ratione à natura cauſæ agentes ſequuntur Solem, materia verò Lunam: fecunditas cauſarum agentium Jovem, fœcunditas materiæ Venerem, expeditio velox ad effectum Martem & Mercurium, illum propter vehementiam, hunc propter dexteritatem multiformemq; virtutem: cunctorum autem continuatio permanens Saturno dedicatur. Sed & in vegetabilium numero omne fructum ferens à Jove eſt, & omne flores ferens à Venere, & omne ſemen & cortex à Mercurio: omnis autem radix à Saturno, & lignum omne à Marte, & folia à Luna, Hinc omnia quæ fructum ferunt, & non floreſcunt, Saturni & Jovis ſunt: quæ verò floreſcunt, & ſemina, non autem fructum producunt, hæc Veneris ſunt, atque Mercurii: quæ autem ſine ſemine ſpontè producuntur, a Luna & Saturno, ſunt: pulchritudo omnis à Venere eſt, & rubor à Marte: & unuſquiſque planetarum regit & diſponit id, quod ei aſſimilatur. Similiter in lapidibus, pondus, glutimen & ſtypticitas eſt à Saturno, beneficium & temperamentum à Jove, durities à Marte, vita à Sole, gratia & pulchritudo à Venere, occulta virtus à Mercurio, commune beneficium à Luna.

## *Qualiter provinciæ, & regna planetis diſtribuuntur.*

## CAP. XXXI.

IPſe etiam terrarum orbis per ſua regna & provincias, planetis atque ſignis diſtributus eſt. Nam Saturno cum Capricorno ſub-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

no ſubjiciuntur Macedonia, Thracia, Illyria, India, A
Gordiana, quarum regionum multæ ſunt in Aſia mino
Aquario autem ſubſunt illi, Sauromatica regio, Oxia
diana, Arabia, Phazania, Media, Æthiopia, & hę regio
majori parte ad Aſiam interiorem pertinent. Iovi aute
jiciuntur cum Sagittario, Tuſcia, Celtica, Hiſpania, &
rabia. Cum piſcibus Lycia, Lydia, Cilicia, Pamphylia,
lagonia, Naſamonia, & Garamantica. Mars regit cum
Britanniam, Galliam, Germaniam, Parſtaniam, conca
riæ, Idumæam & Judæam. Cum Scorpione autem S
Comagenam, Cappadociam, Metagonitidem, Mauri
& Getuliam. Soli cum ſuo Leone ſubjectæ ſunt Italia,
lia, Sicilia, Phœnices, Chaldæi, Orſenij ſive Orchenij
cum Tauro habet Cyclades, maritima parvæ Aſiæ, Cy
Parthiam, Mediam & Perſidem. Cum Libra autem im
Bactrianis, Caſpis, Sericæ, Thebaidi, Oaſidi, & Troglo
Mercurius cum Geminis tenet Hyrcaniam, Armeniam
tániam, Cyrenaicam, Marmaricam, & inferiorem Ægy
Cum Virgine verò, Græciam, Achaiam, Cretam, Baby
Meſopotamiam, Aſſyriam, & Elam, unde Elamitæ in Sc
rą dicti ſunt. Lunam cum Cancro ſequuntur, Bithynia,
gia, Colchica, Numidia, Aphrica, Carthago, & tota Ca
donia. Hæc ita ex Ptolomæi ſententia collegimus: qui
xta aliorum aſtrologorum ſcripta alia multa addi poſſe
rùm qui has provinciarum partitiones ſupra ſideralem
diſtributionem cum regentium intelligentiarum mini
ac Jſraeliticorum tribuum benedictionibus, Apoſto
ſortitionibus, ac ſacrarum literarum typicis ſignaculis
re noverit, grandia, quin & prophetica ſuper unamqua
regionem elicere poterit futurorum oracula.

*Quæ ſubſunt ſignis, ac ſtellis fixis, earumq; imaginibus.*

## CAP. XXXII.

SImilis eſt per omnia ratio de figuris ſtellarum fixaru
benda: ſic Arieti cœleſti volunt ſubjici arietem terre
& Tauro cœleſti, taurum atq; bovem terreſtrem: ſic Ca
cancros, Leoni leones, Virgini virgines, & Scorpionem
ſidere ſcorpionibus, & Capricornum capricornis, & Sa
rium equis, & ſigno Piſcium ſubeſſe piſces. Similiter Vrſa
leſtis præſidet urſis: Hydra ſerpentibus: & Cani ſubſunt c
& ſic de ſingulis. Ipſe verò Apulejus ſignis atque planetis
çipuas veluti proprias quaſdam herbas diſtribuit, videlic



eti elelifphacon, Tauro periſtereona orthion, Geminis peri-
ereona hyption, Cancro ſymphyton, Leoni cyclaminum,
irgini calamynthum, Librę ſcorpiuron, Scorpioni arthemi-
am, Sagittario anagallidem, Capricorno lapathum, Aquario
rachonteam, Piſcibus ariſtolochiam. Planetis verò, Saturno
empervivum, Jovi eupatorium, Marti peudanum, Soli helio-
opium, Veneri panacem, ſive callitrichum, Mercurio phlo-
mum, Lunæ agloophotim. Verum Hermes, quem ſequitur
bertus, Planetis dat Saturno aſphodelum, Iovi hyoſcya-
mum, Marti arnogloſſem, Soli polygoniam, Veneri verbenā
ercurio pentaphyllon, Lunæ chenoſtacen. Iamque etiam
perientia cognoſcimus, aſparagos ſubeſſe Arieti, & baſili-
on Scorpioni. Nam ſeminata raſura cornu arietis, naſcuntur
paragi, & baſilicon cōtritum inter duos lapides gignit ſcor-
ones. Præterea ex ſtellis inſignioribus, juxta Hermetis &
hebith doctrinam, hic aliquot enumerabo, quarum prima
icitur caput Algol, & præeſt ex lapidibus adamanti; ex plan-
s elleboro nigro & Arthemiſiæ. Sequuntur Pleiades, præſi-
entes ex lapidibus cryſtallo & diodoco; ex plantis herbę dia-
don, & thuri, & fœniculo; præterea ſubeſſe ſibi volunt ex
etallis argentum vivum. Tertia Aldeboran habet ſub ſe ex
pidibus, carbunculum & rubinum; ex plantis tithymallum,
matriſylvam. Quarta dicitur Hircus, hic tenet ex lapidibus
pphyrum, ex plantis marrubium ſive praſium, mentam, ar-
emiſiam & mandragoram. Quinta canis major, hic habet
x lapidibus ſub ſe berilium, ex plantis ſavinam, arthemiſiam,
draconteam; ex animalibus linguam colubri. Sexta canis
inor, habet ex lapidibus achatem; ex plantis florem helio-
opij & pulegij. Septima cor Leonis, habet ex lapidibus gra-
atum; ex plantis chelidoniam cum arthemiſia, & maſtyche.
ctava cauda Vrſæ majoris, habet ex lapidibus magnetem; ex
antis cichorium, cujus folia & flores volvuntur ad ſepten-
ionem, & Arthemiſiam cum flore pervincæ; ex animantibus
entem lupi. Nona dicitur Ala corvi: huic ſubeſt ex lapidibus
nychinus niger; ex plantis lapacium, quadraginum, hyoſcy-
mus, & conſolida; ex animantibus verò, lingua ranæ. Deci-
a ſpica, habet ſub ſe ex lapidibus, ſmaragdum; ex plantis ſal-
am, trifolium, pervinciam, ſeu promarullam, arthemiſiam
mandragoram. Vndecima dicitur Alchamech, præeſt ex la-
dibus, jaſpidi; ex plantis, plantagini. Duodecima Elpheia,
ic ſubeſt ex lapidibus, topazius; ex plantis præeſt rorimari-
o, trifolio & hederæ. Decimatertia dicitur cor Scorpionis,
huic

*Aſparagoriſatio mira.*

*Scorpionum productio.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

huic ſubeſt ex lapidibus ſardonius, & amethiſtus: ex pla riſtolochia longa, & crocus. Decima quarta, vultur c huic ſubeſt ex lapidibus chryſolithus: ex plantis ſature mus terræ. Decimaquinta, cauda capricorni dicitur, h net ex lapidibus chalcedonium: ex plantis majorianam miſiam, nepetam, & quam calamintham dicunt, pulegio lem, & radicem mandragoræ. Illud præterea ſciendu non quamlibet, aut lapidem, aut plantam, aut animal, liud, uno ſolo ſidere regi: ſed multa etiam à pluribus influxum, & non tam ſeparatum, quàm conjunctum: ſic lapides chalcedonius ſubeſt Saturno & Mercurio, cum Scorpionis, & Capricorni: Sapphyrus autem Jovi & Sa & ſtellæ Alhayoth: Tuthia Jovi & luminaribus: Sma Jovi, Veneri & Mercurio, ac ſpicæ: Amethyſtus autor mete, ſubeſt Marti cum Jove, & corde Scorpionis: Jaſpi tigenus Marti, & Jovi, ac ſtellæ Alchamech: Chryſolith li, Veneri & Mercurio, & ſtellæ quæ dicitur Vultur c Topazius Soli, & Elpheiæ: Adamas Marti & capiti Algo mili modo ex vegetabilibus herba ſerpentaria ſubeſt Sa & Serpentario cœleſti: maſtyche & menta Jovi atq; So maſtiche etiam cordi Leonis, & menta hirco adhærent: leborus Marti & capiti Algol: Muſcus & ſandali, Soli cu nere: coriandrum Veneri cum Saturno dicata ſunt. Ex a libus etiam vitulus marinus ſubeſt Soli ac Jovi. Vulpes miæ Saturni ſunt & Mercurii & canes domeſtici Me ſunt & Lunæ, & jam plura ex iſtis in ſuperioribus docui

*De ſignaculis & characteribus rerum naturalium.*

## CAP. XXXIII.

OMnes ſtellæ ſuas proprias habent naturas, proprie códitiones: quorum ſignacula & characteres per ſu dios ét in inferioribus producunt, in elementis, in lapi in plantis, in animalibus & eorum membris. Unde una res à diſpoſitione harmoniaca, & à ſua ſtella ipſam irra ſortitur ſpeciale aliquod ſignaculum, ſeu characterem ſi preſſum, illius ſtellæ ſive harmoniæ ſignificativum, ac ſpe in ſe continentem virtutē, ab aliis differentem, vel gene ſpecie, vel numero præjacentis materiæ. Habet itaq; qu res ſuum characterem ad aliquem peculiarem effectum ſua ſtella impreſſum, maximè ab illa quæ in ipſa præ ce obtinet principatum: & hi characteres has ſtellarum ſu

*Res quælibet ſuum habet characterē.*

pro



proprias naturas, virtutes & radices in ſe continent atq; retinent, earumq; conſimiles operationes in res alias, ſuper quas effectuntur, producunt, & ſtellarum ſuarum influxus provocant adjuvantq;, ſive planetarum, ſive etiam ſtellarū fixarum, et imaginum, & ſignorum cœleſtium, quoties videlic. in debita materia, ſuo tempore, debitiſq; ſolennitatibus fuerint fabricati. Quod conſiderantes antiqui ſapientes, qui ad inveſtigandas occultas rerum conditiones plurimum laboraverunt, ſtellarum imagines, figuras, ſignacula, ſigilla, characteres, adnotārunt, quos natura ipſa per ſtellarum radios in iſtis inferiorib. depinxit, alios in lapidibus, alios in plantis & ramuſculorum juncturis atq; nodis, alios in animalium membris diverſis. Nam laurus, lotus, heliotropium, plantæ ſolares in ſuis radicibus ac nodis præciſis. Solis characteres oſtendunt: ſic & in animalium oſſib. & ſpatulis: unde ſpatularia divinationis ſpecies proceſſit: atq; in lapidibus, & lapidicinis, characteres & imagines cœleſtium non raro inventæ ſunt. Sed cum in tanta rerum diverſitate non ſit tradibilis ſcientia, niſi in paucis, quæ humana prudentia percipi poſſunt: idcirco relinquentes nunc ea quæ in plantis & lapidibus, cæteriſque rebus, & multorum animalium membris inveſtigari poſſunt, in ſola humana natura gradum ſiſtamus: quæ cum ſit totius univerſi completiſſima imago, in ſeipſa omnem cœleſtem continens harmoniā, proculdubio in ea ipſa omnium ſtellarum, cœleſtiumq; influxuum ſignacula characteresq; abunde reperimus: & illa quidem eò efficaciora, quò ab cœleſti natura minus ſunt remota. Verum ſicut ſtellarum numerus ſoli Deo cognitus eſt, ſic etiam earū circa hæc inferiora effectus & ſignacula: quare nullus humanus intellectus ad ea cognoſcenda aſcendere poteſt. Inde valde pauca innotuerunt, quæ veteres Philoſophi & Chiromantici partim experientia ſunt adſecuti, & multa adhuc in naturæ theſauris deliteſcunt occluſa. Igitur pauca quædam planetarum ſignacula, ſive characteres hic adnotabimus, quos veteres Chiromantici in hominum manibus cognoverunt. Has Julianus ſacras, ſive divinas literas vocat, quum juxta verbum ſcripturæ ſacræ, per illas ſcripta ſit vita hominum in manibus eorum: ſuntque ubilibet nationum & linguarum ſemper eædem atq; ſibi conſimiles permanenteſque: quibus adinvenerunt poſtea multas alias, cum veteres, tum recentiores Chiromantici: quas qui noſſe velit, eorum volumina requirat. Satis hîc eſt oſtendiſſe undenam characteres naturæ ſuam ducant originem, atque in quibus rebus ſunt perquirendi.

*Spatularia unde proceſſerit.*

*In humana natura cœleſtium influxuum ſignacula abunde reperiuntur.*

SEQVVN-

## SEQVVNTVR FIGVRÆ LITErarum divinarum.

Literæ ſeu characteres Saturni.



Literæ ſeu characteres Jovis.



Literæ ſeu characteres Martis.



Literæ ſive characteres Solis.



Literæ ſive characteres Veneris.



Literæ ſive characteres Mercurij.



Literæ ſive characteres Lunæ.







### *Quomodo per res naturales earumq; virtutes, poſſumus allicere & attrahere influxus atq; virtutes corporum cæleſtium.* CAP. XXXIV.

Nunc ſi optas ex aliqua mundi parte ſtellave virtutem accipere, adhibitis quæ ad ſtellam hanc attinent, ejus proprium ſubis influxum, velut lignum per ſulphur, picem, & oleum, paratum ad ſuſcipiendum flammam. Nihilominus quando cuidam rerum ſpeciei vel individuo ritè adhibes multa, quæ ſparſa ſunt ejuſdem inter ſe ideæ ac ſtellæ cõformia, mox in materiam hanc ita opportunè paratam ſingulare munus ab idea infunditur per rationem animæ mundi. Dico autem opportunè paratam, ſcilicet ſub harmonia ſimili harmoniæ, quæ quandam virtutem inſuderat materiæ. Nam licet res virtutes aliquas, quales diximus, habeant: tamen illæ virtutes ita delitescentes ſunt, quòd raro opus aliquod ab illis tali virtute perfectum extat: ſed ſicut in grano ſinapis contuſo latentem excitat acuitatem: & ſicut calor ignis literas ſcriptas ſucco cepæ vel lacte, producit in aſpectum prius deliteſcentes. & literæ caprei adipe lapidi inſcriptæ, & prorſus occultæ, quando ſubmergitur lapis aceto, prodeunt, & quaſi ſculptæ eminentes extant: atque ſicut tactus ſcopo vel arbuti rabiem ſuſcitat consopitam, ſic ipſa harmonia cœleſtis latentem in materia virtutem prodit, excitat, corroborat, & manifeſtam efficit: atque ut ita loquar, de potentia producit in actum, quando res illi ſub cœleſti opportunitate ritè exponuntur. Exempli gratia: ſi cupis virtutem à Sole attrahere, quære quæ ſunt ſolaria: inter vegetabilia, plantas, metalla, lapides, & animantia, hæc ſunt adhibenda, hæc ſumenda: potiſſimè verò quæ in ordine ſolari ſunt ſuperiora, hæc enim magis conferunt, ſic ſingulare munus à Sole trahes per radios Solis ſimul opportunè ſuſceptos, perque ſpiritum mundi. Simile.

### *De commixtionibus rerum naturalium ad invicem, earumque utilitate.* CAP. XXXV.

Compertum habemus, in natura inferiori non inveniri in uno quodam comprehenſas cunctas ſuperiorum corporum dotes: ſed per plures apud nos ſpecies eſſe diſperſas, ſicut ſunt plures res ſolares, quarum tamen unaquæque non cunctas Solis complectitur virtutes, ſed alia alias habet à Sole proprietates. Quare aliquando neceſſe eſt, in operationibus fieri mixtiones, ut ſi centum, vel mille Solis virtutes per tot plãtas,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

animalia & ſimilia ſparſæ fuerint, poſſumus has ſimul c
&in unam redigere formam, in qua dictas virtutes jam
unitas videbimus contineri. Eſt autem in commixtion
duplex: una videl. quæ partibus ſuis prius inſita eſt, & c
alia per certam & artificioſam multarum rerum invicem
fuſarum, & ſecundũ certas proportiones commiſtionũ
cum cœlo conſentiant ſub certa conſtellatione acqu
hæc virtus deſcendit per ſimilitudinem & habitudinem
dam rerum ad invicem cum ſuperioribus, in quantum
tes virtutes antecedentib. gradatim correſpondent, e
ſertim patiens ad ſuum inſuper agens accommodatur
certa quadam herbarum, vaporũ & ſimilium compo
cùm phyſicè, tum aſtronomicè confecta, reſultat quæd
munis forma, plurib. ſiderum donata muneribus: ſicut
le apum, quod ex innumerabilib. florum ſuccis excep
in unam formam redactũ, omnium continet virtutem
prope & admirabili muſcarũ artificio. Quod tamen ha
nus mirandum eſt, quod Eudoxus Gnidius refert de m
ctitio, quod gigantum in Libya gens quædam ex florib
cere novit optimum, adeo ut ab apum melle minimum
videatur. Omnis autem commixtio quæ conſtat ex p
tunc eſt perfectiſſima, quando ita ex ſuis partibus con
tur, ut unum fiat, undiq; ſibi conſtet, neq; facile diſſip
ut videmus aliquando lapides & corpora diverſa, vi qu
turali ſic conglutinari & uniri, ut penitus unum vide
ut duæ arbores per inſitionem, & oſtreę cum lapidibu
dam naturæ occulta: viſaq; ſunt animalia in lapides ve
ſic cum lapidis ſubſtantia unita, ut jam unum corpus
homogeneũ efficere viderentur. Sic Hebenus in arbo
nere, modò lignum, modo lapis eſt. Quando itaq; ali
mixtionem fabricat ex multis materiis ſub cœleſtib.
bus, tunc varietas illinc quidẽ cœleſtium actionum, h
ro potentiarum naturalium congregata, facit quædã
lia, per unguẽta, per collyria, per ſuffumigationes, pe
qualia videl. leguntur in libris Chiramidis, Archytę, De
ti & Hermetis, qui Alchorat inſcribitur, & aliorum plu

*Duplex in commixtione virtus.*

### *De unione rerum commixtarum, atq; introductione nob riſ formæ, vitæq; ſenſibus.* CAP. XXXVI.

SCiendum verò, quò a icujus rei nobilior forma eſt, e
ipſa promptior eſt, & propenſior ad recipiendum, e
potentior ad agendum. Redduntur itaq; incomprehen
rerum mirabilia, quando ſc. materiis commixtis, oppo

qua



ue temporibus præparatis, ad vivificandum ponuntur, vitam
lis ex ſtellis, animamq; ſenſibilem, tãquam nobiliorem for-
nam conciliando. Tãta quippe eſt in materiis præparatis po-
entia, quas tunc vitam adipiſci videmus, quando qualitatum
erfecta commixtio priorem jam contrarietatem fregiſſe vi-
etur: perfectiorem vero adeptæ ſunt vitam, quatenus com-
lexio à contrarietate eſt remotior. Cœlum vero cauſa præ-
otens ab initio cujuſq; rei generandæ, concoctione materiæ
digeſtione perfecta, cœleſtes influxus doteſq; mirificas cum
ita ſimul largitur, quatenus in ipſa vita animaq; ſenſibili eſt
omprehenſio ad nobiliores virtutes ac ſublimiores concipi-
ndas. Virtus præterea cœleſtis alibi quidem ſopita jacet, ceu
lphur à flamma remotum: in viventibus autem corporibus
pe flagrat, ſicut ſulphur accenſum, tum vapore ſuo proxima
mnia complet: ſic miranda quædam opera procreantur, qua-
a leguntur in libris Nemith, qui & legum Plutonis inſcribi-
r, quia ejuſmodi generationes monſtroſæ ſunt, neq; ſecun-
um leges naturæ producuntur. Nos n. ſcimus, quod ex ver-
ibus generantur culices, ex equo veſpæ, ex vitulo & bove a-
s, ex cancro ablatis pedibus inhumato generatur ſcorpius,
anate toſta donec in pulverem teratur, illo in aquam proje-
o, generantur ranæ: ſi autem in paſtillo cocta, & per fruſta
ciſſa in loco humido & ſubterraneo dimittatur, generantur
fones: ex baſilicone herba inter duos lapides trita, generã-
r ſcorpiones: & ex capillis mulieris menſtruatæ ſub fimo lo-
tis, fiunt ſerpentes: & pilus ex cauda equi in aquã projectus,
tam concipit, & tranſit in vermem pernicioſum. Et eſt arti-
cium, quo in ovo excubante gallina generatur forma ſimilis
omini, qualem ego vidi, & componere novi, quam magi mi-
ndis virtutibus efficacem perhibent, & hanc veram mãdra-
oram dicunt. Oportet igitur cognoſcere, quæ & quales ma-
riæ, ſive natura, ſive arte inchoatæ, vel perfectæ, ſive ex plu-
b. aggregatæ, quales cœlitus influxus ſuſcipere poſſunt. Cõ-
uitas n. rerum naturalium ad cœleſtia ſufficit, ut ab illis hau-
amus influxum: quia cùm nihil prohibeat ad inferiora cœle-
ia lumen ſuum diffundere, materiam nullam permittunt ex-
rtem fore ſuæ virtutis. Quapropter quantumcunq; materię
rfectum ac purum eſt, ad cœleſtem influxum non ineptum
t. Ea enim eſt colligantia & continuitas materiæ ad animã
undi, quæ quotidie influit ſuper naturalia, & ſuper omnia,
æ natura præparavit, ut impoſſibile ſit præparata materia
on influi vitam aut nobiliorem quandam formam.

*Varia variorum animalium procreatio.*

*Materia ad animam mundi colligantia.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Quomodo certis quibuſdam præparamentis naturalibus & ſpecialibus cœleſtia quædam & vitalia dona deſuper trahimus.* CAP. XXXVII.

DIcunt Academici ſimul cũ Triſmegiſto, & Jarcha
manus, atque Hebræorum Mecubales fatentur, o
quæ ſunt ſub lunari globo in hoc inferiori mundo ge
ni & corruptioni ſubjecta, eadem etiam eſſe in cœleſt
do, ſed modo quodam cœleſti: deinde etiam in mund
lectuali, ſed multò perfectiori & meliori nota, perfect
tandem in archetypo. Atq; hac ſerie unumquodq; in
ſuo ſuperiori & per hoc ſupremo, pro ſuo genere reſp
& ab eiſdem ſuſcipere, è cœlis quidem vim illam cœ
quam quintam eſſentiam, ſive ſpiritum mundi, ſive
naturam vocant: ab intellectuali autem mundo ſpiri
viventemq; vigorem, omnem qualitativam virtute
cendentem: ab archetypo deniq; per hæc intermedia
du ſuo originalem vim totius perfectionis. Hinc ab i
rioribus ad ſidera, ab illis ad eorundem intelligentias
ad archetypum unaquæq; res aptè reduci poteſt: ex
ſerie tota magia, & omnis occultior philoſophia
Trahitur enim quotidie aliquid naturale per artem,
quotidie divinum aliquod per naturam: quod intuen
ptii, naturam magam vocavêre, hoc eſt, vim ipſam m
in attractu ſimilium per ſimilia, & convenientium pe
nientia. Attractus autem hujuſmodi, per rerum mut
venientiam ad ſe invicem ſuperiorum cum inferiori
ci συμπάθειαν vocaverunt: ſic convenit cum terra aq
ditate, aqua cum aere humore, aer cum igne calore, ig
venit cum cœlo materia: nec miſcetur ignis cum aqu
aerem: nec aer cum terra, niſi per aquam. Sic nec ani
nima corpori, niſi per ſpiritum: nec intellectus ſpiriti
animam. Sic videmus, cum natura fœtus corpus hum
guraverit, hoc ipſo præparamento, ſpiritum ſtatim
verſo deducit, ſpiritus hic fomes eſt in ſpiritu corpo
intelligentiam, mentemq; divinitùs conſequendam:
ligno ſiccitas parata eſt ad penetraturum oleum: ole
imbibitum eſca eſt ad ignem, ignis ipſe luminis eſt veh
His exemplis videmus, quomodo certis quibuſdam p
mentis naturalibus & artificialibus, cœleſtia quæda
deſuper ſuſcipere poſſumus. Conveniunt enim lapid
talla cum herbis, & hæ cum animalibus: hæc verò cu
& hi cum intelligentiis, & iſtæ cum divinis propriet

*Magia unde emanet.*



ttributis, atq; cum ipſo Deo, ad cujus ſimilitudinem & ima-
inem omnia creata ſunt. Prima autem Dei imago mundus,
nundi homo, hominis animal, animalis zoophytum: illius
erò planta, plantæ autem metalla, & horum lapides ſimilitu-
ines imaginationeſque repræſentant. Rurſus in ſpiritualibus
onvenit planta cum bruto vegetatione, brutum cum homi-
e ſenſu: hic cum dæmone intellectu, illi cum Deo immorta-
tate junguntur: divinitas menti, mens intellectui: hic inten-
oni, hæc imagini: illa ſenſationi, ea ſenſibus: ipſi tandem re-
us. Ea enim eſt naturæ colligantia & continuitas, ut omnis
irtus ſuperior per ſingula inferiora longa & continua ſerie ra-
ios ſuos diſpertiendo uſque ad ultima fluat: & inferiora per
ngula ſua ſuperiora ad ſuprema perveniant. Sic inferiora ad
uperiora invicem connexa ſunt, ut influxus ab eorum capite
tima cauſa, tanquam chorda quædam tenſa, uſque ad infima
rocedat: cujus ſi unum extremum tangatur, tota ſubitò tre-
at, & tactus ejuſmodi uſque ad alterum extremum reſonet,
moto uno inferiori, moveatur & ſuperius, cui illud corre-
ondet, ſicut nervi in cythara bene concordata.

*Natura mira colligantia.*

*Quomodo dona, non ſolum cœleſtia & vitalia, verùm etiam intellectualia quædam & divina deſuper ſuſcipere poſſumus.* CAP. XXXVIII.

[T]Radunt Magi per inferiora ſuperioribus conformia poſſe
opportunis cœli influxibus cœleſtia dona trahi: atque ſic
quoque per hæc cœleſtia cœleſtes dæmones, quatenus ſtella-
um pediſſequos nobis conciliari & inſinuari. Quare certis
uibuſdam materiis naturalem vim divinitatis habentibus,
oc eſt, quæ naturaliter ſuperis conſentaneæ ſunt, ritè colle-
is, partim phyſicè, partim aſtronomicè, undique opportunè
onflatis, dona non ſolum cœleſtia aut vitalia, verum etiam
ntellectualia quædam dæmoniaca & divina deſuper ſuſcipi
oſſe Iamblichus, Proclus, atque Syneſius, cum tota Platoni-
orum ſchola confirmant: & Mercurius Triſmegiſtus ſcribit,
t propriis certiſq; rebus certo cuidam dæmoni congruenti-
us, compoſitam ritè ſtatuam, confeſtim per dæmonem con-
uum animari. Cujus etiam meminit Auguſt. de civit. Dei li.
Ea enim eſt mundi concordia, ut etiam ſuper cœleſtia tra-
antur à cœleſtibus, & ſupernaturalia à naturalibus conſpi-
ent ac trahantur. quia una virtus opifex & ſpecierum partici-
atio per omnia diffunditur: quæ quidem virtus opifex ſicut
t occultis rationibus manifeſta producit, ita magus aſſumit
anifeſta: occulta ut attrahat: puta, per ſtellarum radios, per

*Magus per manifeſta occulta attrahit.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſuffumigationes, per lumina, per ſonos, per res naturali
ſtibus congruas: quibus ultra corporeas qualitates in
iam rationes, & ſenſus, & numeri, & menſuræ incorp
que divinæ. Sic legimus antiquos certis rebus natura
pe divinum aliquod & mirandum ſuſcipere ſolitos:
qui naſcitur in pupilla oculorum hyenæ, ſub lingua
divinationem præſtare dicitur. Idem fertur ſelenites
naris efficere: ſic anchitide dicunt evocari imagines
ſynochitide umbras inferorum evocatas teneri. Sim
optis herba, quæ & marmoritides vocatur, in marmo
rabiæ naſcens Perſico latere efficit, ut narrat Plinius,
gos ea uti, cum velint deos evocare, eſſeque herbam
ſidam nomine, qua pota magi divinent. Præterea e
herbas quaſdam, quibus mortui revocentur ad vitam
Xanthus hiſtoricus narrat, herba quadam nomine
ſum draconis catulum, vitæ reſtitutum à parente, e
Tillonem quendam, quem draco occiderat, reſuſci
Juba refert, in Arabia herba quadam hominem revoc
vitam. Verum an poſſint talia reverà fieri vi herbarum
juſvis alterius rei naturalis in homine, in ſequenti
remus: poſſe autem fieri in cæteris animantib., certu
nifeſtum eſt. Sic muſcæ ſubmerſæ ſi ponantur in cine
pidis, reviviſcunt: & apes ſubmerſæ ſimiliter vitam re
in ſucco nepetæ, & anguillæ defectu aquæ mortuæ,
integro exiſtente ponantur ſub fimo in aceto, & ad
ſanguine vulturis, poſt paucos dies omnes recuperan
Echeneim ſi quis in fruſtra diſcerpſerit, & in mare pr
paulo poſt partes convenire & reviviſcere ajunt. Scim
que pelicanum necatos pullos ſuos revocare ad vitam
ſanguine.

*Tillo per herbam vitæ reſtitutus.*

*Animalia ad vitam revocari poſſunt, homo non ita.*

*Quòd certis quibuſdam mundi materiis mundana numin*
*rum numinum miniſtros dæmones allicere poſſum*

CAP. XXXIX.

NEmo ignorat malos dæmones malis ac prophanis
allici poſſe, quemadmodum narrat Pſellus Gnoſti
gos conſueviſſe, quos pene execrandæ & abominabil
tudines exequebantur, quales olim in ſacris Priapi, &
tio idoli quod vocabatur Panor, cui pudendis diſco o
crificabatur. Neq; iſtis diſſimile eſt, ſi modo veritas &
bula eſt, quod legitur de Templariorum deteſtanda h
ſimilia horum de maleficis mulieribus conſtant, qu
aniles dementia ſæpe in ejuſmodi flagitiis errare dep

*Dæmones mali, malis alliciuntur artibus.*



r. His igitur & horum ſimilibus mali dæmones alliciuntur,
que conſpirant: quemadmodum malignus dæmon de Cy-
ope mago ad Joannem: Omnis, inquit, poteſtas ſatanæ illic
habitat, & conjurationem init cum univerſis principatibus,
pariter noſipſi cum eo, & obedit nobis Cynops, & nos vi-
ſſim obedimus illi. Nemo rurſus ignorat è converſo bonis
peribus, pura mente, myſticis orationibus, devotis ſuppli-
is, & ſimilibus, ſupercœleſtes Angelos nobis conciliari. Ne-
o igitur dubitet ſimili modo certis quibuſdam mundi ma-
riis mundana numina quoq; allici poſſe, vel ſaltem dæmo-
es horum numinum miniſtros ſive pediſſequos, ut inquit
ercurius, dæmones aereos, non ſupercœleſtes, nedum ſub-
miores. Sic legimus veteres ſacerdotes feciſſe ſtatuas & ima-
ines futura prænunciantes, ſpiritusque ſtellarum ipſis infu-
iſſe, non tam materiis certis cohibitos, quam eiſdem gau-
entes: quatenus videlic. ejuſmodi materias ſibiipſi congruas
gnoſcentes, ſemper libenterque habitant in eiſdem, per quas
las loquuntur, efficiunt mirabilia, non ſecus atq; ſoleant dæ-
ones humana corpora occupantes.

*Angeli boni bonis conciliantur operibus.*

*De ligationibus, cuiuſmodi ſint, & quibus modis ſoleant fieri.*

CAP. XL.

Dictum eſt de virtutibus & mirabili efficacia rerum natura-
lium. Reſtat nunc videre rem magnæ mirabilitatis, & ipſa
eſt ligatio hominum in amorem vel in odium, in ægritudines
ſanitates, & ejuſmodi. Item ligatio furum & latronum, ut in
liquo loco furari non poſſint: ligatio mercatorum, ut in ali-
uo loco emere vel vendere nequeat: ligatio exercitus, ut me-
am aliquā tranſire non poſſit: ligatio navium, ut nulla vi ven-
orum, etiam infinitis velis per ventum tenſis portum egredi
inime valeant. Item ligatio molēdini, ut nullo impetu volvi
oſſit: ligatio ciſternę vel fontis ut aqua exinde hauriri neque-
t: ligatio agri, ut fruges in eo produci nequeant: ligatio loci
licuj', ut in eo ædificari nihil poſſit: ligatio ignis ut in aliquo
oco accendi non poſſit: & quod aliquod combuſtibile appoſi-
o fortiſſimo igne non ardeat. Item ligatio fulgurum & tem-
eſtatum, ut nocere nō poſſint. Item ligatio canum ut latrare
on poſſint: ligatio avium & ferarū, ut volare, vel fugere ne-
queant: & horū ſimilia vix credibilia, quæ tamen ſæpius expe-
ientia cognita ſunt. Fiunt aūt ligationes hujuſmodi per ve-
neficia, per collyria, unguenta, potiones ſive philtra, per alli-
gationes & ſuſpenſiones, per annulos, per faſcinationes, per
fortes imaginationes & animi exceſſus, per imagines & cha-

*Ligatio multiplex.*

*Ligationes per quæ fiant.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

racteres, per incantationes & imprecationes, per lum
ſonos, per numeros, per verba & nomina, invocation
ficia, adjurationes, exorciſmata, conſecrationes, dev
perq́; varias ſuperſtitiones & obſervationes, horumq́

*De veneficiis eorumque potentia.* CAP. XLI.

VEneficiorum tanta narratur eſſe potentia, ut cred
mnia inferiora ſubvertere, & tabeſcere & per mu
ſe, quemadmodum canit Virgilius:

*Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta venena*
*Ipſe dedit Mœris, naſcuntur plurima Ponto.*
*His ego ſæpè lupum fieri, & ſe condere ſylvis,*
*Mœrim, ſæpè animas imis exire ſepulchris,*
*Atq; ſatas aliò vidi traducere meſſes.*

Item alibi de ſociis Ulyſſis:

*Quos hominum ex facie dea ſæva potentibus herbis*
*Induerat Circe, in vultus ac terga ferarum.*

Et paulò pòſt:

*Picus equûm domitor, quem capta cupidine, conjux*
*Aurea percuſſum virga, verſamq́; venenis*
*Fecit autem Circe, ſparſitq; coloribus alas.*

Sunt autem hujuſmodi veneficiorum ſpecies, cujuſmo
tat Lucanus de venefica illa Theſſala, manes evoca
quiens:

*Huic quicquid fœtu genuit natura ſiniſtro*
*Miſcetur, non ſpuma canum, quibus unda timori eſt,*
*Viſcera non lyncis, non duræ nodus hyenæ*
*Defuit, & cervi paſti ſerpente medulla,*
*Non puppim retinens Euro tendente rudentes*
*In mediis echeneis aquis oculiq; draconum.*

Et qualia narrat Apulejus de Pamphila illa venefica a
rem operante; cui Fotis ancilla pilos caprinos ab in
tribus detonſos, pro Bœotii adoleſcentis capillis attul
philæ, inquiens: Iam vecors animi, tectum ſcandul
ſcendit, quòd altrinſecus ædium patore perflatili n
ad omnes orientales cæteroſque aſpectus pervium
mè his artibus ſuis commodatum in ſecretò colit,
que apparatu ſolito inſtruxit feralem officinam, om
nus aromatis, ignorabiliter laminis literatis, & inf
navium durantibus clavis defletorum, ſepultorum
cadaverum expoſitis multis admodum membris: hi
res & digiti, illic carnoſi clavi pendentium, alibi tr
ſorum ſervatus cruor, & extorta ferarum dentibus



lvaria, tunc decantantis ſpirantibus fibris litat vario latice,
nc rore fontano, nunc lacte vaccino, nunc melle montano
bat & mulſa; ſic illos capillos in mutuos nexus obditos atq;
odatos, cum multis odoribus dat vivis carbonibus adolen-
os, tunc protinus inexpugnabili magicæ diſciplinæ poteſta-
e, & cæca numinum coactorum violentia, illa corpora quo-
m fumabant ſtridentes capilli, ſpiritum mutuantur huma-
um, & ſentiunt & audiunt, & ambulant, & quo nidor ſuarum
ucebat exuviarum veniunt, & pro illo juvene Bœotio adi-
um geſtientes fores inſiliunt. Auguſtinus quoque perhibet
e in Italia audiviſſe mulieres quaſdam veneficas, artibus adeò *Homines*
mbutas, ut dato caſeo ſtatim homines converterent in ju- *ſubitò in*
menta, quæ neceſſaria portarent, & hos finito opere in homi- *iumenta*
es iterum reſtituerent. *verſi.*

*De quorundam veneficiorum admirandis virtutibus.*

CAP. XLII.

NOn verò narrabo quædam veneficia, & horum exemplo *Sanguinis*
ſit parata via ad totam hanc conſiderationem. Ex eis igi- *menſtrui*
ur ſunt ſanguis menſtruus, qui quantas in veneficio vires ha- *vires.*
eat, videamus. Nam ut dicunt, aceſcunt ejus ſuperventu mu-
ta novella, vitis ejus tactu in perpetuum læditur: ſterileſcunt
actæ fruges, moriuntur inſitæ, exuruntur hortorum germina,
& fructus arborum decidunt, ſpeculorum fulgor aſpectu ipſo
hebetatur, & acies ferri in cultris tonſoriis eboriſque nitor
præſtringuntur, etiam ferrum rubigine protinus corrumpitur:
es etiam contactum, grave virus diri odoris accipit & ærugi-
nem: in rabiem aguntur guſtato eo canes, atque inſanabili ve-
neno morſus infigitur, alvei apum emoriuntur, tactiſq; alvea-
riis fugiunt, linaque cum coquuntur, nigreſcunt; equæ ſi ſint
gradæ, contacto eo abortum patiuntur: abortum etiam facit
illitum prægnantibus: Aſinæ non concipiunt tot annis quot
grana hordei contacta comederint: ciniſque pannorum men-
ſtruoſorum ſi quis eum aſpergat lavandis veſtibus purpuram
mutat, floribus colorem adimit. Ferunt tertianas quartanaſq;
febres fugari menſtruo in lana arietis nigri in argento bra-
chiali incluſo. Prætereà tertianis quartaniſq; efficaciſſimum
dicitur, plantas ægri cum eo ſubterlini: multoq; efficacius ab
ipſa muliere etiam ignoranti: ſic & comitiales impetus mor-
boſque ſanari. Inter omnes autem convenit, ſi aqua potúſve
formidetur à morſu canis, ſuppoſita tãtum calici lacinia men-
ſtruo tincta ſtatim metum ejus diſcuti. Prætereà ferunt nuda-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tas in menſe, ſi ſegetem ambiant, erucas ac vermicul
beoſque ac cantharides & noxia quæq; decidere : ca
vero, ne in oriente ſole faciant, ſementem enim areſc
militer abigi grandines turbineſq; ac contra fulgura
ſe, horum plura Plinius ipſe recitat. Illud ſcias, maj
num eſſe, ſi decreſcente luna accidat : ſed vim ejus m
eſſe ſi in ſilente luna contingat, ſi verò in defectu luna
evenit, irremedicabile fieri, maximi vero ac potent
goris eſſe, quando purgatio illa primis annis evenit,
virginitate prima ſit, id quoq; convenit tunc ei. nam
mnino poſtibus domus, irritum in ea fit omne mal
Præterea ferunt, quòd fila veſtis contactæ, ne igne
vincuntur, atq; ſi in incendium proiiciantur, non dila
plius. Dicitur quoq; quod ſi radix pæoniæ cum caſto
tura pannorum menſtruoſorum detur patienti, ſanan
comitialem. Præterea ſi ſtomachum cervi cremaveris
ſaveris, adjungaſq; de pannis menſtruoſis ſuffitus, co
nihil proficere ad venationem, capillos et mulieris me
ſæ, ſi ſub fimo ponantur, generari ſerpentes, ac et ſi cre
fugari eorum odore ſerpentes, tanta vis ei veneficii eſt,
venenoſis ſit venenum. Eſt & Hippomanes carunc

*Hippomanes.*

veneficia haud parum famoſa, caricæ magnitudine, co
gro, quæ in fronte naſcentis pulli equini apparet : qu
ſtatim mater voraverit, animum à filio penitus aver
bet, & fœtum non alit: ob hoc maximam vim ejus ad a
concitandum ferunt, quando in pulvere verſa cum
ſangu. propinatur in poculis. Eſt & aliud veneficium
eodem nomine Hippomanes dicunt, virus ſcilicet illu
ex equarum inguinibus defluit, quo tempore ferunt
moris furorem, cujus meminit Virgilius ubi canit:

*Hinc demum Hippomanes, vero quod nomine dicunt*
*Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus.*
*Hippomanes quam ſæpe malæ legêre novercæ,*
*Miſcentes herbas & non innoxia verba.*

De hoc & Juvenalis Satyricus :

*Hippomanes carnemq; loquor, coctumq; venenum*
*Privignoq; datum.* -- -- --

Narrat Apollonius in ſuis argonauticis, Promethei he
quam natam ait ex ſanie & cruore in terram ſtillante, d
cur Promethei vultur in Cauſaco laceraret ac depaſce
Cujus flos, inquit, aſſimilis croco, colore corycto, caule
no, cubiti menſura prominens radix ſub terra velut ca



enter inciſa ſuccum nigricantem tanquã phagi emittit : quo ſi quis, proſerpinæ prius re divina peracta, corpus illinat, illum nec ferro nec igne oblædi poſſe tradit. Et Saxo Grammaticus ſcribit, Frontoni cuidam veſtem fuiſſe, qua indutus nullo telorum acumine lædi poterat. Hyæna et multis veneficiis inſignitur. Nam ut refert Plinius, ſanguine ejus tactis poſtibus, feruntur præſtigiorum infeſtari artes, nec poſſe elici deos, nec colloqui quocunq; modo tententur. Item tali ſiniſtri cinere decocto, cum ſanguine muſtelæ perunctos, omnibus odio evenire. Idem fieri oculo decocto. Rurſus extremam fiſtulam inteſtini contra ducum ac poteſtatum iniquitates adminiſtrari, & ad ſucceſſus petitionum, judiciorum ac litium eventus pollere, ſi omnino aliquantulum quis ſecum habeat: ejuſdẽ quoq; caverna ſiniſtro lacerto religata, ſi quis mulierem aſpiciat, amatorium eſſe tam præſens, ut ilico ſequatur: frontis vero corium faſcinatorib. reſiſtere. Baſiliſci quoq; ſanguinẽ, quem & Saturni ſanguinem vocant tantas in veneficio vires habere ferunt, ut gerenti ipſum, tribuat ſucceſſus petitionum à poteſtatibus, tum et à diis precum morborumque remedia & beneficiorum munera: dicunt quoq; ricinum, ſi evellatur ex aure læva canis, cui non inſit alius, quam niger color, in augurio vitæ vim magnam obtinere, nam ſi æger reſpondeat ei qui intulerit à pedib. ſtanti interrogantiq;, de morbo certam eſſe ſpem vitæ, moriturum vero, ſi nihil reſpondeat. Dicunt quoque lapidem à cane rabioſo morſum, habere vim diſcordiæ, ſi ponatur in potu, nec adlatrari à cane, lingua canina in calciamẽto ſubdita pollici, præſertim ſi jungatur cum herba ejuſdẽ nominis, ſcil. cynogloſſa. Idem fieri membranam ex ſecundis canis habentem: fugere autem canes cor caninum habentem. Et narrat Plinius, eſſe ranas rubetarum nomine, quæ in veprib. tantũ degunt, plenas veneficiorum miranda de his fieri. Nam oſſiculo, quod eſt in ſiniſtro latere, dejecto in aquam frigidam, ſtatim fervere, canum impetus eo cohiberi, amorem concitari, & jurgia, addito in potione. libidinem alligatum ſtimulare : contrà oſſiculo, quod eſt in dextro latere, refrigerari aquam ferventem, nec poſtea fervere niſi exempto, quartanas cum eo ſanari adligato in pellicula anguina recenti aliaſq; febres atq; amorem libidinemq; inhiberi. Lien vero atque cor ex his ranis contra veneficia, quæ fiunt ex ipſis, efficaciter auxiliari. hæc Plinius recitat. Dicitur etiam ferrum cum quo homo occiſus ſit, mirandam inter veneficia vim habere. nam ſi fiant ex eo morſus equi, & calcaria, ferunt cum eis omnem

equum

equum vel ferociſſimum facilè regi & ſuperari. Et ſi ci
rentur equi pedes, ferunt ipſum velociſſimum fieri, n
labore laſſeſcere. Volunt prætereà characteres & nomi
dam inſcribi debere. Dicunt etiam, ſi quis gladium q
decollantur homines, vino immergat, quicunque de
ger biberit, liberatur à febre quartana. Dicunt etiam p
ex urſino cerebro confectum, & ex ejuſdem craneo p
tum, urſinam rabiem induere, ita ut homo ille qui bi
in urſum transfiguratum putet, omniaque viſa ſub
ſpecie dijudicet, & ſic in illa rabie perſeverare, quouſ
culi vis fuerit reſoluta, nullo alio malo in complexi
inde percepta.

*De ſuffitibus, & earum ratione, & potentia.*

## CAP. XLIII.

SUffumigationes etiam quædam ad ſtellas accom
plurimum poſſunt, quatenus aërem ſpiritumque ve
ter afficiunt ad dotes cœleſtes opportunè ſub ſtellarum
capeſſendas, ſpiritus enim noſter ab hujuſmodi vapori
rimum tranſmutatur, ſiquidem uterque ſit vapor quid
rius ſimilis. Aër etiam per dictos vapores inferiorum &
ſtium qualitatibus facilimè affectus, in præcordia a
repentè penetrans, ad ſimiles nos mirabiliter redigit
tes: quare vaticinaturo adhiberi ſolent ſuffumigatio
phantaſiam afficiendam, quæ quidem certis numinib
ſentaneę ad divinam inſpirationem ſuſcipiendam noſ
modant: ſic dicunt quod ſuffitus ex ſemine lini, & ſemi
lii, & radicibus violæ & apii, facit videre res futuras, &
ad Prophetiam. Quantum verò ſuffumigationes in
poſſint, nemo miretur, qui ſentiat cum Porphyrio cer
buſdam vaporibus à propriis ſuffumigationibus exh
bus, aëreos dæmones ſtatim allici & inſinuari, tonitrua
mina induci, & ſimilia: quemadmodum jecur chamel
in ſummis tegulis uſtum, conſtat imbres & fulmina in
ſimiliter caput & guttur, ſi roboreis lignis accendatur,
& tonitruum concuſſus facere. Fiunt etiam ſuffumig
ſub opportunis ſtellarum influxibus, facientes dæmo
dola in aëre vel alibi protinus apparere. Sic inquiunt, ſi
riandro, & apio ſive hyoſcyamo cum cicuta fumigi
dæmones ſtatim congregari: hinc illas herbas ſpiritu
cant. Similiter dicunt, ſi ex radice cannæ ferulæ cum ſu
cutæ & hyoſcyami, & taſſi, barbaſſi, & ſcandalo rubeo

*Suffitus ad Prophetiã.*

*Spirituum herbæ.*



avere nigro, facta confectione fiat ſuffitus, facit apparere dæmones & figuras extraneas: & ſi iſtis aditum fuerit apium, fugat dæmones ex omni loco, & deſtruit idola illorum. Simili modo ſuffitus factus ex calamento, pæonia, menta & palma chriſti, omnes malos ſpiritus & noxia phantaſmata propellit. Prætereà certis ſuffumigiis, quædam animalia congregari vel fugari tradunt, ſicut de lipare ſuffito refert Plinius, omnes beſtias evocari: ſic è ſummo gutture cervi uſtis oſſibus congregari ſerpẽtes, cornu verò cervino ſuffito fugari. Idem faciunt pennæ pavonum ſuffitæ. Similiter accenſo pulmone aſini, venenata omnia fugere: ungula equi ſuffita in domo aliqua, effugari mures. Idem fieri ex ungula mulæ. Muſcas quoque ea fugari, ſi de ſiniſtro pede fuerit. & dicunt, quòd ſi ſuffumigetur domus aut locus aliquis cum felle ſæpiæ, confecto cum thymiamate, & roſis, & ligno aloes, ſi tunc proiiciatur in loco illo aliquid de aqua marina, aut de ſanguine, videbitur tota domus plena aqua aut ſanguine: & ſi proiiciatur ibi terra arata, videbitur terra tremere. Vapores autem ejuſmodi corpus aliquod efficere, & virtutem huic infundere: atque diutiſſimè perſeverare, non ſecus arbitrandum eſt, atque contagioſus aliquis aut venenoſus peſtilentiæ vapor etiam ultra biennium in pariete domus ſervatus, habitantes inficit, ac qualis ex epidemia vel lepra latens in veſte calamitas, diu poſtea inficit utentem. Ideo imaginibus & annulis, & ſimilibus magiæ inſtrumentis, & theſauris abſconditis ſuffumigationes certæ adhibentur, quas haud parum conferre Porphyrius teſtatur. Sic dicunt, ſi quis defoderit aurum vel argentum vel aliquod pretioſum, luna ſoli conjuncta in imo cœli, & ſuffumigaverit locum cum coriandro, & croco, & hyoſcyamo, & apio, & papavere nigro æquis ponderibus contuſis, & cum ſucco cicutis diſtemperatis, nunquam inveniri aut auferri poterit, quod ſic abſconditum eſt, ſemperque dæmones cuſtodient illud: & ſi quis nitatur inde aliquid auferre, infeſtabitur ab illis, & incidet in phreneſim. Et dicit Hermes, quòd ſperma ceti in ſuffitu non habet ſibi par ad alliciendos dæmones: quare ſi ex eo & ligno aloes, coſto, muſco, croco, thymiamate, cum ſanguine upupæ diſtemperatis fiat ſuffitus, valde cito congregat ſpiritus aëreos: & ſi ex eo ſuffumigetur circa ſepulchra mortuorũ, congregat manes & umbras mortuorum. Sic quoties ad ſolem opus aliquod dirigimus, ſuffumigamus cum ſolaribus: ſi ad lunam, cum lunaribus, & ſimiliter de cæteris faciebant. Et eſt ſciendum, quod ſicut contrarietas & inimicitia eſt in ſtellis & ſpiri-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſpiritibus, ita etiam in ſuffumigiis ad eoſdem: ſic con-
tur invicem lignum aloes & ſulphur, thus, & argen-
vum: & ſpiritus inducti per ſuffitum ligni aloes, acce-
phure fugiunt. Quemadmodum exemplificat Procl-
tum ſolitum apparere in forma leonis, objecto gall-
diſparuiſſe: quia gallus contrariatur leoni, & ſic de ſi-
conſiderandum & practicandum eſt.

*Compoſitio quorundam ſuffituum planetis accommodat-*

## CAP. XLIV.

SIc conficimus pro Sole ſuffumigationem ex croco,
muſco, ligno aloes, ligno balſami, & ex fructibus la-
gariophyllis, & myrrha, & thure, quæ omnia contuſa
proportione commixta, ea videlicet quæ ſuaviorem re-
dorem, incorporantur cum cerebro aquilæ, vel ſangu-
albi, in modum pilularum vel trochiſcorum.

Lunarem vero ſuffumigationem conficimus ex ca-
næ arefacto, & oculis tauri, & ſemine papaveris albi cu-
re & camphora, quæ incorporabuntur cum ſangui-
ſtruo, vel ſanguine anſeris.

Pro Saturno capitur ſemen papaveris nigri, ſem-
ſcyami, radix mandragoræ, lapis magnes & myrrha,
ficiuntur cum cerebro cati vel ſanguine veſpertilionis.

Pro Jove accipitur ſemen fraxini, lignum aloes,
gummi benzae, lapis lazuli, & de ſummitate pennarum
nis, & incorporantur cum ſanguine ciconiæ, vel hiru-
vel cerebro cervino.

Pro Marte capimus euphorbium, bdellium, armon-
radices utriuſq; ellebori, lapidem magnetis & parum
ris, & incorporantur omnia cum cerebro corvi, ſangu-
mano, & ſanguine cati nigri.

Pro Venere conficimus fumigium ex muſco, ambra
aloes, roſis rubeis, & corallo rubeo, & conficiuntur cum
bellis paſſerum & ſanguine columbarum.

Pro Mercurio fit ſuffumigium ex maſtice, thure, gar-
lis & herba pentaphyllo, ac lapide achate, & incorpora-
mnia cum cerebro vulpis vel muſtelæ, & cum ſanguin-
Sunt præterea ſuffitus Saturni, omnes odoriferæ radi-
coſti & herba thuris. Jovis ſuffitus, odoriferi quique fr-
ut nux muſcata, ut gariophylli, Martis, omne odoriferu-
num, ſandalorum, cupreſſi, balſami, & ligni aloes. Solis
gummi, thus, maſtiche, benzae, ſtorax, ladanum, atq-



& muſcus. Veneris ſunt flores, roſæ, violæ, crocus, & con-
iles. Mercurii omnes cortices lignorum & fructuum, ut
namomum, caſſia lignea, macis, cortices citri, & lauri gra-
, & quæque etiam odorifera ſemina. Luna habet pro ſuffitu
getalium omnium folia, ut folium Indum, & folia myrti, &
ri. Scias præterea juxta magorum ſententias, quòd in omni
ere bono, ut ſunt amor, benevolentia & ſimilia, ſuffumigiũ
bet eſſe bonum, redolens & precioſum: in malo autem ope-
ut ſunt odium, ira, calamitas & ſimilia, ſuffumigium debet
e fœtidum & vile. Habent etiam duodecim ſigna Zodiaci
s ſuffitus, ut Aries, myrrham: Taurus, coſtum: Gemini, ma-
chen: Cancer, camphoram: Leo, thus: Virgo, ſandalos: Li-
a, galbanum: Scorpius, opopanacem: Sagittarius, lignum a-
es: Capricornus, aſam: Aquarius, euphorbium: Piſces, thy-
ama. Potentiſſimum autem ſuffitum deſcribit Hermes ex
tem aromatibus, juxta ſeptem planetarum vires confla-
m. recipit namque à Saturno coſtum, à Jove nucem muſca-
n, à Marte lignum aloes, à Sole maſtychem, à Venere cro-
m, à Mercurio cinnamomum, à Luna myrtum.

*De Collyriis, unctionibus, philtris, eorumq; virtutibus.*

## CAP. XLV.

COllyria etiam & unguenta naturalium cœleſtiumq; vires
conſpirantia circa ſpiritum noſtrum, poſſunt eum multi-
care, tranſmutare, transfigurare, transformare, alias aliter:
n vero & tranſpoſitionem inducere potentiarum illarum,
æ ſibi inſunt, ut jam non ſolum poſſit in proprium corpus
ere, ſed etiam in propinquum, atque illud per radios viſua-
, per faſcinationes, perq; contactus quadam ſimili afficere
alitate. Spiritus autem noſter, quia vapor eſt ſanguinis ſub-
s, purus, lucidus, aereus, atque unctuoſus: iccirco conducit
llyria ex ſimilibus vaporibus conficere, qui cum ſpiritu no-
o magis conſonant in ſubſtantia, tum propter ſimilitudi-
m magis alliciunt, attrahunt, ſpiritumque transformant.
niles virtutes unguenta quædam & aliæ confectiones poſ-
ent: hinc per contactus quandoque ægritudines, veneficia,
amores inducuntur quibuſdam rebus manibus vel veſti-
s inunctis, ſimiliter per oſcula quibuſdam rebus in ore re-
tis amores inducuntur, ut apud Virgilium legimus Vene-
n cupidinem precatam eſſe:

*Vt cum te gremio accipiet lætiſſima Dido*
*Regales inter menſas, laticemq; Lyeum,*

Et dabit

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Et dabit amplexus, atq́; oſcula dulcia figet,*
*Occultum inſpires ignem fallasq́; veneno.*

*Viſus purior eſt quàm auditus.*

Viſus autem quia eſt purius, & reliquis ſenſibus cla
tiens, acutiusq; ac altius nobis rerum notas infigens,
ac plus aliis convenit cum ſpiritu phantaſtico, quod a
ſomniis, ubi ſæpius nobis viſa ſeſe offerunt, quàm au
reliquæ ſenſationes. Idcirco collyria quando viſuale
transformant, ſpiritus ille imaginationem facile affi
quidem diverſis ſpeciebus ac formis affecta, ipſas per
ſpiritum tranſmittit ad ſenſum exteriorē viſus, quo
ſatur in eo talium ſpecierum ac formarum ſenſatio
do, ac ſi ab exteris objectis moveretur, ut putet ſe vide
gines terribiles, dæmones & ſimilia: ſic fiunt collyri
tia nos dæmonum umbras in aere vel alibi protinus
quale ego novi ex felle hominis & oculis cati nigri, &
buſdam aliis rebus conficere Simile huic etiam ex ſan
pupæ, veſpertilionis & hirci conficitur: & dicunt, ſi in
ſpeculum chalybeum cum ſucco arthemiſiæ, & fumig
cit in eo videre invocatos ſpiritus. Sic fiunt etiam q
ſuffumigationes vel inunctiones, quæ faciunt dormi
qui, ambulare & exercere opera vigilantium, atq; etia
doq; quæ vigilantes vix poſſint & auſint. Quædam
unt audire ſonos horrēdos, vel delectabiles nuſquam
tes & ejuſmodi. Hæc eadem cauſa eſt cur maniaci
cholici credunt ſe ea videre vel audire extrinſecus,
niſi intrinſecus imaginatio phantaſticatur, hinc tim
timenda, & in ſuſpiciones mirabiles ac falſiſſimas inc
fugiunt nemine perſequente, iraſcuntur & luctantur
præſente, timēt ubi non eſt timor, cujuſmodi paſſion
magicæ confectiones inducere poſſunt, per ſuffumiga
per collyria, per unguēta, per potiones, per veneficia,
pades & lumina, per ſpecula, per imagines, incanta
carmina, per ſonos & concentus, ex certorū animali
vis, certa harmonia conſtantibus, etiam per varios rit
ſervationes, ceremonias, religiones & ſuperſtitiones,
ſuis locis tractabuntur. Neq; ſolum his artificiis ejuſ
ſiones, apparitiones & imaginationes inducuntur, ſe
res ipſæ atq; homines revera permutantur, & in varias
transfigurantur, ſicut de Proteo, Periclimeno, Acheloo
tra Eriſichthonis filia narrant poetæ, ſic Circe ſocios
Ulyſſis: & quondam in Jovis Lycæi ſacris guſtatis
extis, homines in lupos vertebantur, quod dicit Plin

*Maniacorum & melancholicorū affectiones unde.*



iſſe cuidam Demarcho, putat idem Auguſtinus. Narrat et-
m dum eſſet in Italia, accepiſſe quaſdam fœminas, dato via-
ribus veneficio in caſeo, eos in jumenta vertiſſe: rurſuſque
um portaſſent, quæ voluiſſent onera, in homines reſtituiſſe,
que patri cuidam Præſtantii nomine tunc accidiſſe: & ipſæ
acræ literæ teſtantur magos Pharaonis mutaſſe virgas ſuas
dracones, & aquam in ſanguinem, & alia quædam.

## *De alligationibus & ſuſpenſionibus phyſicis.* CAP. XLVI.

ANima mundi quando per ſuam virtutem omnia vel naturaliter generata, vel artificialiter facta fœcundat, infundendo ipſis proprietates cœleſtes, ad aliquos mirabiles effectus, quos operantur, tunc res ipſæ non ſolum applicatæ per ſuffumigationes, vel collyria, vel unguenta, vel potiones, vel aliquo ejuſmodi modorum: verum etiam quando convenienter involuta alligantur, vel è collo ſuſpenduntur, vel alio quovis modo ſupponuntur, vel leniſſimo contactu approximantur, ſuam nobis imprimunt virtutem: per has itaque alligationes, ſuſpenſiones, involutiones, ſuppoſitiones contactuſque, corporis & animæ accidentia mutantur, in ægritudines, in ſanitates, in audaciam, in timorem, in triſtitiam, in lætitiam, & ſimilia: reddunt geſtantes gratioſos vel terribiles, acceptos vel reprobatos, honoratos & dilectos, vel odioſos & abominabiles. Paſſiones autem ejuſmodi per ſupradicta infundi non ſecus arbitrantur, quàm in inſitionibus arborum manifeſtum eſt, ubi virtus vitalis transfunditur à trunco in ſurculum illi inſitum cum alia ligatura, qua contactus ſibi invicem non habent: ſic in palma fœminina quando appropinquat ad maſculinā, rami ejus declinant & ad maſculum incurvantur: quod videntes hortulani, ligant funes de maſculo ad fœminam, quę redit erecta ſuper ſeipſam, tanquam jam adepta ſit per continuationem funis maſculi virtutem. Simili modo videmus, quòd torpedo marina etiam longiſſimam virgam, procul tacta ſubitò manum ſtupefacit tangentis. Quod ſi quis etiam ſtuporem marinum attingat aut baculo, dum in morbo eſt, animi defectum incurrit. Similiter dicunt, quod ſtella marina vulpino ſanguine & clavo æreo januæ affixa mala medicamēta nocere non poſſe: dicitur etiam, quòd ſi mulier accipiat alum, inficiatque fimo, deinde involvat luto in quo cadaver humanum defoſſum fuerit, & ſecum portaverit in panniculo, qui fuerit in funere; non poterit vir quiſpiam cum ea coire

*Palma fœmina ad maſculinam inclinatio.*

*Torpedo ſtuporē inducit.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

quamdiu ſecum habuerit. Iam his exemplis videmus
do certis quarundam rerum alligationib. vel ſuſpen
& quodam ſimplici contactu, aut per alicujus fili con
nem quaſdam virtutes inde ſuſcipere poſſumus. Opor
*Alligationes & involutiones quomodo fieri debeant.* certam alligandi & ſuſpendendi legem & modum hu
cio congruentem, ſcilicet ut fiant ſub certa conſtella
conſona, fiantque dictæ alligationes & ſuſpenſiones
metallicis vel ſericeis, vel ex capillis, vel nervis, vel
ſetis certorum animalium factis: involutiones verò
foliis herbarum, vel pelliculis animalium, vel certis p
& ſimilibus, quatenus res inter ſe conſentiant: ut ſi ſo
licujus rei virtutem tibi conciliaturus fueris, hanc in
lauri folio, vel pelle leonis, filo aureo, vel ſericio croc
collo ſuſpendas, Sole in figura cœli regnante: ſic en
virtutis illius rei poteris evadere compos. Quòd ſi Sa
rei alicujus virtutem optas, hanc ſimili modo, Saturn
nante, involvas pelle aſini, vel panniculo funerali, p
ſi ad triſtitiam operaris, & filo nigro ſuſpendas. Simi
de reliquis exiſtimandum eſt.

*De annulis, & eorum compoſitionibus.* CAP. XLV

ANnuli etiam, quos ſemper magni fecit antiqui
do opportunè fabricantur, ſimili modo ſuam
promunt virtutem quatenus geſtantem, ejuſque ſpi
ciunt lætum vel triſtem, manſuetum vel terribilem,
vel timidum, amabilem vel odioſum: etiam quaten
unt nos contra ægritudines, venena, hoſtes, cacodæ
contra quævis alia noxia, vel nos obligant eiſdem. M
tem conſtruendi annulos ejuſmodi, talis eſt: quando
ſtella aliqua aſcendit fortunata, & a Luna feliciter aſ
ſibi conjuncta, debemus lapidem herbamque huic ſt
ditam accipere, atque annulum ex metallo huic ſtellæ
*Annulorum compoſitio.* mi fabricare, & in eo lapillum infigere, herba vel radic
cta: denique inſcriptiones imaginum, nominum, c
rum, præterea ſuffumigationes non prætermittere: ſe
libi diſcutiemus, ubi de imaginibus & characteribus
dum erit. Sic legimus apud Philoſtratum Iarcham ſa
Indorum principem, ſeptem annulos hac lege confec
ptem planetarum virtutibus ac nominibus inſignito
diſſe Apollonio, quos ille ſingulis diebus ſingulos geſ
juxta deorum nomina diſtinguens, quorum beneficio
pra annum centeſimum ac triceſimum vixerit: inſup
ventæ nitorem ſemper retinens. Simili modo Moſes H



um legislator ac princeps, in Ægypto magia imbutus, annu-
os amoris & oblivionis confeciſſe legitur apud Joſephum. E-
rat etiam narrante Ariſtotele, apud Cireneos annulus Batti,
gratitudinis atque honoris habens argumentum. Legimus
inſuper Eudamum quendam philoſophum annulos contra
ſerpentum morſus, faſcinationes atque dæmonia confeciſſe.
Idem de Salomone narrat Joſephus. Quin & apud Platonem
legimus Gygi Lydorum regi annulum fuiſſe mirandæ ac inu-
ſitatæ virtutis, cujus ſigillum cum ille in palmam convertiſ-
ſet, a nullo videbatur, ipſe omnia videns: quia annuli oppor-
tunitate fretus, reginæ ſtuprum intulit, regem dominum oc-
cidit, & quoſcunque ſibi obſtare arbitrabatur, interemit,
neque in his eum facinoribus nullus videre poterat, tandem
eo annuli beneficio rex Lydiæ factus eſt.

*De locorum virtutibus, & quæ loca cuiq; ſtellarum corre-
ſpondeant.* CAP. XLVIII.

SUnt & locorum mirandæ virtutes, aut à rebus locatis, aut
ab influxibus ſtellarum: illa comitantes, aut alio quovis
modo adventitiæ. Nam ut refert Plinius de cuculo, quo quis
loco primum audiat alitem illam, ſi dexter pes circumſcriba-
tur, ac veſtigium id effodiatur, non gigni pulices ubicunque
ſpargatur. Sic ferunt pulverem è veſtigio anguium collectum,
ſi cum eo reſpargantur apes, in alveare reverti ſimiliter pulve-
rem, in quo ſe mula volutaverit inſperſum corpori, mitigare
ardores amoris: pulverem autem in quo ſe accipiter voluta-
verit, ſi alligetur linteolo rutilo, ferunt ipſum quartanis reme-
dio eſſe: ſic & è nido hirundinum lapillus collectus recreare
infeſtim dicitur comitiales: & adalligatus, perpetuo tueri,
efficaciſſime ſi ſanguini vel cordi hirundinum fuerit involutus:
fertur, ſi quis inciſa vena, & jejunus tranſierit ſuper locum,
ubi recenter ceciderit corruens morbo comitiali, in eum
tranſire morbum, & narrat Plinius, quòd clavum ferreum de-
figere in quo loco primum caput defixerit corruens morbo
comitiali, abſolutorium ejus mali fore. Sic herbam in capite
ſtatuæ natam collectamque alicujus, in veſtis panno adalli-
gatam lino ruffo, capitis dolorem confeſtim ſedare tradunt:
herbam quamcunque è rivis, aut fluminibus collectam,
ante ſolis ortum, ut nemo colligentem videat, tertianam lævo
brachio, ita ut æger quid ſit illud, ignoret. Ex locis vero, quæ
ſtellis appropriata ſunt, Saturno correſpondent loca quævis *Loca planetis reſpondentia.*
fœtida, tenebroſa, ſubterranea, religioſa & funeſta, ut cœ-

miteria, buſta, & hominibus deſerta habitacula, & vetuſta
caduca, loca obſcura & horrenda, & ſolitaria antra, cavern[a]
putei. Præterea piſcinæ, ſtagna, paludes, & ejuſmodi. Jovi ad-
ſcribuntur loca quævis privilegiata, purpuratorum conſiſto-
ria, tribunalia, cathedræ, gymnaſia, ſcholæ, & omnia loca ni-
tida, munda, variis ſuavibus odoramentis reſperſa. Mars tenet
loca ignea & ſanguinolenta, fornaces, piſtrinas, macella, cu-
ces, patibula, & loca, in quibus bellorum ſtrages cædeſq; fa-
ctæ ſunt, & carnificinas & ejuſmodi. Ad Solem pertinent lu-
cida, aer ſerenus, palatia Regum, & Principum aulæ, pulpita,
theatra, throni, & omnia regia, & magnifica quæque. Venus
autem incolit fontes amœnos, viridantia prata, floridos hor-
tulos, ornata cubilia, & lupanaria, & (ut Orpheo placet) cæ-
lea, littora & balnea, chorearum palæſtras, & muliebria cu-
cta. Mercurius obtinet officinas, ſcholas, tabernas, mercato-
rum foros, & conſimilia. Luna habitat deſerta, ſylvas, rupes
& immania ſaxa, montes, nemora, fontes, aquas, flumina, ma-
ria, littora, naves: dicitur quoque varios lucos inerrans, po-
detque vias publicas, & reconditoria frugum, & ſimilia. Hi-
ratione ad amorem operaturi, ſolent ſuæ artis inſtrumenta, ſi-
ve annulos, ſive imagines, ſive ſpecula, ſeu alia per aliquo
certum tempus ſepelire, aut abſcondere in lupanari, quòd e
loco illo Venerea quadam facultate adficiantur: quod non
cus fieri putant, quàm res quæ ſtant in loco fœtido, effici-
tur fœtidæ: & quæ in loco aromatico, fiunt aromaticæ & re-
dolentes. Ipſi etiam mundi ſitus huc pertinent. Hinc colle-
ros herbam Saturnalem vel Martialem, vel Joviam, jubent a
orientem ſpectare, vel ad meridiem. Primum, quia gaude-
eſſe orientales à Sole: alterum, quia principalia eorum do-
cilia: ſcilicet, Aquarius, Scorpius, Sagittarius. ſigna ſunt me-
dionalia. Similiter Capricornus & Piſces. Collecturos ve-
rem Veneream, Mercurialem vel Lunarem, ſpectare jube-
verſus occidentem. quia gaudent eſſe occidentales: vel co-
tra ſeptentrionem, quia domicilia eorũ principalia, quæ ſu-
Taurus, Gemini, Cancer, Virgo, ſigna ſunt ſeptentrionalia. I-
in opere ſolari ſpectandum eſt contra orientem, vel meridi-
quin potius ſemper ad ipſum ſolare corpus atque lumen.

*Mundi plagæ planetis ſubiecta.*

*De lumine & coloribus, de lychnis & lampadibus, & qui colo-
quibus ſtellis, domibus & elementis diſtribuantur.*

CAP. XLIX.

LUmen etiam qualitas multum formalis & ſimplex, a-
intelligentiæ, & imago, primo à divina mente in om-
diffu-



diffuſa, ſed in ipſo Deo patre, qui eſt pater luminum: eſt prima
vera lux: deinde in Filio illuſtrans ſplendor exuberans: in Spi-
ritu ſancto ardens fulgor ſuperans omnem intelligentiam, et-
iam, ut inquit Dionyſius, ſeraphinorum. In Angelis itaq; dif-
fuſa fit ſplendens intelligentia, profuſumque gaudium ſupra
omnis rationis terminos, diverſis tamen gradibus ſecundum
ſuſcipientis intelligentiæ naturam ſuſcepta: deſcendit dein-
ceps in cœleſtia, ubi fit copia vitæ & efficax propagatio, etiam
viſibilis ſplendor: in igne verò naturalis quidam vigor à cœle-
ſtibus inſitus. In hominibus denique fit lucidus rationis diſ-
curſus, & rerum divinarum cognitio, totaque rationalis: ſed
& hæc multiplex, aut diſpoſitione corporis, ut volunt Peripa-
tetici, aut quod verius eſt, pro libito cauſæ largientis, qui di-
vidit ſingulis prout vult: tranſit inde ad phantaſiam, ſupra ſen-
ſum tamen: ſed ſolum imaginabilis tandem ad ſenſum, maxi-
mè verò oculorum: in eo fit viſibilis claritas, porrigiturq; al-
ternis perſpicuis corporibus, in quibus fit color & pulchritu-
do renitens: in opacis autem virtus quædam benefica & gene-
rans, penetratque uſque ad centrum, ubi radiis ejus in angu-
ſtum collectis, fit caliginoſus calor, crucians & exæſtuans. ad-
eo omnia lucis vigorem, pro eorum capacitate perſentiunt,
quæ cuncta ad ſe vivifico calore connectens, tum cuncta per-
means entia, earum qualitates virtuteſque conducit per om-
nia. Idcirco vetant magi umbra cujuſque infirmi aſpergi, vel
infirmi alicujus urinam contra ſolem lunamve nudari: quia
radii luminis penetrantes, ſubito morboſum corpus noxias
qualitates ſecum ferentes, traiiciunt in adverſum, atque illud
ejuſmodi qualitate male afficiunt. Hæc ratio eſt, cur faſcinan-
tes obſervant, ut umbra ſua faſcinatum contegant: ſic hyæna
umbræ ſuæ contactu facit obmuteſcere canes. Fiunt etiam ar-
tificialiter lumina quædam per lampades, lychnos, candelas,
& ejuſmodi ex certis quibuſdam rebus & liquoribus, ad ſtel-
larum normam opportune electis, & ad eorundem congrui-
tatem inter ſe compoſitis: quæ quando accenduntur, atque ſo-
læ lucent, ſolent nonnullos mirabiles & cœleſtes producere
effectus, quos ſæpe homines admirantur, quemadmodum ex
Anaxilao narrat Plinius, equarum virus à coitu in lychnis ac-
cenſum, equinorum capitum viſum, monſtrifice repræſenta-
re: ſimile fieri etiam ex aſinis: & muſcitiones cum cera diſtem-
peratæ & accenſæ, faciunt videre muſcas: & corium ſerpentis
accenſũ in lampade, facit apparere ſerpentes. Et dicunt, quan-
do uvæ ſunt in flore, ſi quis circumligarit illis phialam plenam



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

oleo, & dimiſerit ita, donec fuerint maturæ, illuminato il- poſtea in lampade, facit videre uvas. Idem valere etiam in cæteris fructibus. Quòd ſi centaurea permiſceatur cum melle & ſanguine upupæ, & ponatur in lucerna, circumſtantes apparebunt ſolito majores: & ſi per noctem illuminetur in ſereno, videtur quod ſtellæ diſcurrant ad invicem. Piſcis ſepiæ atramento etiam ea vis eſt, ut in lucernam addito, Æthiopes videre faciat. Fertur quoque, quod candela ex quibuſdam Saturnalibus rebus confecta, ſi accenſa extinguatur in ore hominis recenter mortui, poſtea quoties ſola luceat, inferre circumſtantibus triſtitiam maximam, atque timorem. Hujuſmodi plures conſimiles lychnos & lampades, narrat Hermes & Plato, & Chyrannides, & ex poſterioribus Albertus, in quodam tractatu de hoc ſingulari. Colores etiam lumina quædam ſunt, qui rebus immixti, ſolent eas ſtellis ac cœleſtibus corporibus quibus ipſi congruunt, exponere. Et nos in poſterioribus dicemus, quorum colorum ſint planetarum lumina: ſecundum quos etiam fixarum ſtellarum naturæ deprehendantur: quæ etiam ad lampadum & lucernarum flammas huc adhibere licebit.

*Planetarum colores.*

Sed hoc loco quomodo rerum inferiorum mixtorumque colores, variis planetis diſtribuantur, referemus. Sunt enim colores omnes nigri, lucidi, terrei, plumbei, fuſci, Saturnum referentes. Colores vero, ſapphirei, aerei, perpetuo virides, clari purpurei, obſcuriores, aureique argento mixti, pertinent ad Jovem. Colores autem rubei, ardentes, ignei, flammei, violacei, purpurei, ſanguinei & ferrei, referunt Martem. Colores autem aurei, crocei & purpurei, lucidiores referunt Solem. Colores vero omnes albi, pulchri, varii, virides, rubicundi, aliquantulum crocei ſive purpurei, referunt Venerem, Mercurium, atque Lunam.

*Domorum cœli colores.*

Quin etiam ex domibus cœli, prima & ſeptima, habent colorem album: ſecunda & duodecima, viridem: tertia & undecima, croceum: quarta & decima, rubeum: quinta & nona, mellinum: ſexta & octava nigrum.

*Humorum colores.*

Habent etiam elementa ſuos colores, per quos phyſici de complexione & proprietate naturæ judicant. terreus enim color, ex frigido ſiccoq; conductus, fuſcus & niger eſt, & atram bilem, Saturniamq; naturam pollicetur: cæruleus ad albedinem tendens, denotat pituitam. nam frigidus albefacit humidum, ſiccumque denigrat: ſubrubeus color ſanguinem indicat: ſed igneus, ſive flammeus excandeſcens, choleram: quæ cum propter ſubtilitatem ſuam omnibus facile eſt commiſcibilis, varios deinceps cauſat colores. nam ſi ſanguini miſcetur,



illo dominante rubore viget: ſi dominetur cholera, ſubruffum efficit: ſi æqua is mixtio eſt, ruffum facit: ſed ſi cum ſanguine eſt cholera aduſta, canabinum reddit: rubeum cum ſanguine dominante, aut ſubrubicundum, prævalente cholera: quod ſi cum humore melancholico miſceatur, nigredine tingit: ſed cum melancholia & phlegmate, æqua portione facit canabinum: ſi ſuperabundat phlegma, luteum: ſi melãcholia vincit, glaucum: ſi autem cum ſolo phlegmate miſceatur, æqua portione, facit citrinum: ſi per exceſſum alterius, pallidum aut ſuppallidum. Sunt autem colores omnes magis potentes, quando ſunt ſericei vel metallei, vel in ſubſtantiis perſpicuis: vel lapidibus precioſis, & in his quæ cœleſtem ſimilitudinem propinquius imitantur, maxime autem in vivẽtibus.

*De faſcinatione, atq; eius artificio.* CAP. L.

*Faſcinatio quid*

Faſcinatio eſt ligatio, quæ ex ſpiritu faſcinantis per oculos faſcinati ad cor ipſius ingreſſa pervenit. Faſcinationis autẽ inſtrumentum ſpiritus eſt, ſcil. vapor quidam purus, lucidus, ſubtilis, à cordis calore ex puriori ſanguine generatus, hic ſimiles ſibi radios per oculos ſemper emittit: radii iſti emiſſi vaporem ſpiritualem ſecum ferunt: vapor ille ſanguinem, ſicut apparet in lippis ac rubentib. oculis, cujus radius uſque ad obvios ſpectantis oculos emiſſus, vaporem una ſecum corrupti ſanguinis trahit, cujus cõtagione cogit ſpectãtis oculos morbo ſimili laborare.

*Faſcinationis inſtrumentum, ſpiritus.*

*Radij, vehicula ſpiritus.*

Sic patefactus, & in aliquem intentus oculus cum forti imaginatione pro ſuorum radiorum aculeis, qui ſpiritus vehicula ſunt, ipſos in adverſos oculos jaculatur: qui quidem lentus ſpiritus faſcinati diverberans oculos, cũ à percutientis corde incitatur, percuſſi præcordia, tanquam regionem propriam ſortitus, cor vulnerat, & ſpiritum inficit peregrinus hic ſpiritus.

*Faſcinatio quomodo fiat.*

Unde Apuleius: Iſti, inquit, oculi tui per meos oculos ad intima delapſi præcordia, acerrimum meis medulis commovent incendium. Scias itaque homines tum maxime faſcinari, quando frequentiſſimo intuitu aciem viſus ad aciem dirigentes, oculi oculis reciproce inhiant, radii radiis copulantur, & lumina luminibus junguntur, tunc ſpiritus ſpiritui jungitur, & ſcintillas defigit, ſic fortiſſimæ ligationes, ſic amores acerrimi ſolis oculorum radiis accenduntur etiam vel repentino quodam intuitu, veluti jaculo ſeu ictu totum corpus penetrante: unde tunc ſpiritus & ſanguis amatorius ſic vulnerati, non aliter in amantem & faſcinantem feruntur, quã ſanguis & ſpiritus vindictæ ab cujus cæſi prolabuntur in cædentem. unde Lucret. de his amatoriis faſcinationib. cecinit:



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Idq́ petit corpus mens unde eſt ſaucia amore,*
*Nanq́ omnes plerunq́ cadunt in vulnus, & illam*
*Emicat in partem ſanguis quaq́ lædimur ictu:*
*Et ſi cominus eſt, hoſtem ruber occupat humor.*

Tanta eſt faſcinationis potentia, præſertim quando affectui vapores oculorum ſubſerviunt. Idcirco utuntur faſcinantes collyriis, unctionibus, alligationibus & hujuſmodi, ad ſpiritum tali vel tali modo afficiendum & corroborandum. Ut ad inducendum amorem collyriis utuntur venereis, ex hyppomane, ſanguine columbarum vel paſſerum & ex ſimilibus: ad inducendum timorem, collyriis utuntur Martialibus, ut ex oculis luporum, hiænæ & ſimilibus. Ad calamitatem vel ægritudinem, utuntur Saturnalibus. Similis de ſingulis ratio eſt habenda.

## *De certis obſervationibus, admirandas virtutes producentibus.* CAP. LI.

Actus quoque certos & obſervationes, certam naturalium vim poſſidere tradunt, ut credant morbos quoſdam ſic vel ſic auferri poſſe aliquando, vel inferri: ſic ferunt quartanas abigi, ſi reſegmina unguium ægri ligentur ad collum anguillæ vivæ in linteolo, ipſa ſic in aquam remiſſa. Et narrat Plinius quòd ex ægro reſegmina unguium è pedibus manibuſque cera permixta, ita ut dicatur, quartanæ, tertianæ vel quotidianæ febri remedium quæri, atq; ſic ante ſolis ortum alienæ januæ affigantur, remedium fore in his morbis. Simili modo omnium reſegmina unguium, ſi ad cavernas formicarum adjiciantur, eam quæ primò cœperit trahere, correptam jubent collo ſubnecti, atque ita diſcuti morbum: è ligno fulgure icto, rejecto poſt terga manibus, aliquid demorbari ferunt: & in quartanis fragmentum clavi è cruce involutum lana, ſubnectunt collo, aut ſpartum è cruce, liberatoque condunt caverna, quam ſol non attingat. Item immatura morte raptorum manu, ſtrumas, parotidas gutture tacto, ſanari affirmant. Item dicunt difficiles partus ſtatim ſolvi, cùm quis lectum in quo ſit gravida transmiſerit, lapide vel miſſili, ex his quæ tria animalia ſingulis ictibus interfecerunt, ſcilicet, hominem, aprum, urſam. Idem quoque efficere haſtam militarem, evulſam à corpore hominis, ſi terram non attigerit: ſagittas etiam corpore eductas, ſi terram non attigerint, ſubjectas cubantibus, ferunt amatorium eſſe: dicunt etiam, comitiales morbos ſanari cibo carne feræ occiſæ eodem ferro, quo homo interfectus ſit: negantur oculorum vitia fieri, neç lippire eos, qui cùm pedes lavent

*Reſegminis unguium effectus.*



vent aqua, inde ter oculos tangant: inguinibus medentur aliqui licitum telæ detractum, novenis, ſeptenisve nodis adalligantes, ad ſingulos nodos viduam aliquam nominantes. Item pecudis lien ſuper dolentes lienem extenditur, dicente eo qui medetur lieni ſe remedium façere: poſt hæc jubent ipſum in pariete dormitorii, rectove includi, & obſignari annulo, ter novieſque carmen dici; liberat eodem vitio lacertæ viridis urina, in olla ante cubiculum dormitarii ejus cui medetur ſuſpenſa, ita quòd æger egrediens revertenſque attingat manu. Item in urina vituli lacerta necata, Venerem ejus qui fecerit cohiberi dicunt: qui verò in urinam canis ſuam ingeſſerit, dicitur ad Venerem pigrior fieri, aç lumborum torporem ſentire; ferunt contra omnia mala medicamenta auxiliari ſuam cuique urinam matutinis horis inſtillatam in pedem. Eſt rana parva arborem ſcandens, in ejus os ſi quis expuat, ipſamq; dimittat tuſſim liberare dicitur. Mirum quoque eſt, ſed experimento facile, quod narrat idem Plinius, ſi quem pœniteat ictus eminus cominuſve illati, & ſtatim expuat, mediam in manum qua percuſſit, levatus ilico percuſſus à pœna, hoc delumbata quadrupede approbari, ſtatim à tali remedio correcto animalis ingreſſu: quidam etiam aggravant ictus ante conatum. Simili modo ſaliva manu ingeſta, expuere ſimiliter in calceamentum dextri pedis antequam induatur, bonum eſt cum quis tranſit locum, in quo aliquod periculum aderit. Deſpuimus quoque comitiales morbos, contaga repercutiendo: veniam etiam à diis ſpei alicujus audacioris petunt aliqui in ſinum deſpuendo. Simili modo terna deſpuere deprecatione in omni medicina mos fuit, atque ex hoç effectus adjuvari. Tradunt lupos in agrum non accedere, ſi capti unius pedibus infractis, cultroque adacto paulatim ſanguis circa fines agri ſpargatur, atque ipſe fodiatur in eo loco, à quo cœperit primo trahi. Methanenſes Trezeniorum oppidani contra Noti injuriam ad præſervandas vites præſentaneum remedium certiſſimo ſemper experimento compertum habuerunt, ſi flante adhuc vento, gallum gallinaceum album duo viri diverſum trahentes diſcerperent medium, & uterque ſuam partem retinens vineta perluſtrarent, quouſque circuitu peracto ad eum ex quo moverant loco ambo ſibi obvii rediſſent, tuncque eo loci gallinacei fruſta defodiſſent. Tradunt etiam, ſi quis viperam in vaporem baculo ſuſtineat, eum futura pręcinere, baculum quoque quo angui rana excuſſa ſit, parturientibus auxiliari: hæc Plinius ipſe recitat. Iubent etiam in colligendis ra-

*Sputi vel ſaliva efficacia.*

*Lupi quomodo à finibus arcendi.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

dicibus & herbis trib. circulis ante gladio circunſcribere, poſtea effodere, cavere præterea contrarium ventum. Item dicitur, quòd ſi quis menſuraverit hominem mortuum cum fune primò à cubito ad majorem digitum, deinde ab humero ad eundem digitum, & poſtea à capite uſque ad pedes, faciendo ter omnes iſtas menſurationes, ſi alius quiſpiam poſtea cum eodem fune ſimili modo menſuretur, ferunt illum improſperari, & infortunari, ac cadere in calamitem & triſtitiam. Et narrat Albertus ex Chyrannide, quòd ſi qua mulier te ligavit maleficiis in amorem ſuum, accipe camiſiam ſuam & per caputium, & per manicam ejus dextram in igne foras, & diſſolvetur maleficium. Et narrat Plinius, quòd adſidere gravidis, vel cum remedium alicui adhibetur digitis pectinatim inter ſeſe complexis, veneficium eſſe, idque compertum Alcumena Herculem pariente: pejus autem fore, ſi circa unum ambove genua id fiat, Similiter poplites alternis gen bus imponere, veneficium eſt: ideoque hæc in conſili s ducum poteſtatumque fieri vetitum, velut omnes actus impedientia: & dicitur, ſi quis ante oſtium ſtans nomine vocet cum muliere jacentem, atque ille reſpondeat, ſi tunc aut cultrum, aut acum infigat oſtio, frangatque acie demiſſa, non poterit jacens coire cum illa, quàm diu hæc ibi fuerint.

*De vultu ac geſtu, corporisq; habitudine & figura, & quæ ex his quibus ſtellis reſpondeant, unde phyſiognomia & metopoſcopia, & chiromantia, divinationum artificia, ſua fundamenta habeant.* CAP LII.

VVltus verò ac geſtus, corporiſque motus & ſitus, & figuræ nobis inſuper adhibitæ, ad cœleſtia munera capienda conducunt, noſq; ſuperis exponunt, certos in nobis effectus producunt, non ſecus atq; in elleborio: quam quidẽ herbam colligens, ſive folium ſurſum trahat, vel deorſum, hoc ipſo motu cauſat, ut humores ſurſum trahat, vel deorſum. Quantum è vultus atq; guſtus viſum, imaginationem ſpiritumq; animalem afficiunt, nemo ignorat: ſic coeuntes ad prolem, plerumque vultus quos ipſi tunc vel agunt, vel imaginãtur, ſolent naſcituris filiis imprimere: ſic clemens ac lætus in urbe principis vultus lætificat populum: ferox vel triſtis repente perterret: ſic facile miſericordiam movet geſtus ac figura lugentis: ſic facile amorem excitat amabilis perſonæ figura. Scire autem debes, hujuſmodi geſtus ac figuras tanquam corporis harmonias ipſum non ſecus exponere cœleſtibus, quam odores medicinæ ſpiritum, atq; paſſiones interiores animam. Nam

*Vultus atq; geſtus quãtum imaginationem afficiant.*

quem-



quemadmodũ medicinæ & paſſiones animi certis cœli diſpoſitionib. coaleſcunt: ſic ẽt geſtus ac motus corporis certis cœleſtium influxib. efficaciam nanciſcuntur. Sunt autem geſtus Saturnum referentes, qui ſunt triſtes ac mœſti, ut ſunt planctus, capitis ictus: item religioſi, ut genuflexio, aſpectu deorſum fixo, veluti deprecantis: pectoris ictus vultuſq; conſimiles, & auſteri ac Saturnini hominis, qualẽ deſcribit Satyricus:

*Qui geſtus quoſnam referant planetas.*

*Obſtipo capite, & figentem lumina terra,*
*Murmura cùm ſecum, & rabioſa ſilentia rodit,*
*Atq; exporrecto trutinatur verba labello.*

Jovem verò referunt, vultus hilares & honeſti, geſtus honorifici, manuũ conjunctio, quaſi plaudentis, ſive laudantis: item genuflexio capite ſurſum elevato, tanquam adorãtis. Martem referunt, geſtus acres, feroces, crudeles, iracũdi, truces, vultuſque conſimiles, Solares ſunt animoſi, honorifici, vultuſq; cõſimiles: item deambulationes & genuflexio, unico genu tanquam honorantis regem. Venerei ſunt, ut choreæ, amplexus, riſus, vultus amabiles ac læti. Mercuriales ſunt inconſtabiles, ſtrenui, lubricoſi, & hujuſmodi, vultuſq; conſimiles. Lunares ſunt mobiles, venefici, pueriles & ejuſmodi. Et quẽadmodum de geſtib. loquuti ſumus, ſic etiam hominum figuræ diſcretæ ſunt. Saturnus n. hominem indicat, colore inter nigrum & croceum, macrum, recurvum, cute aſpera, eminentibus venis, corpore piloſum, parvis oculis, junctis ſuperciliis, rara barba, groſſis labris, aſpectu in terram demerſo, ponderoſo inceſſu, confricantem pedes ambulando, callidum, ingenioſum, ſeductorem, interfectorem. Jupiter vero hominem ſignificat colore album, rubore ſuffuſum, pulchri corporis, bonæ ſtaturæ, calvum, habentẽ oculos majuſculos, non prorſus nigros, pupillam latã, nares breves, non æquales, dẽtes anteriores, majuſculos, barbã criſpam, boni animi & bonorũ morũ. Mars hominẽ facit rubeũ, capillitio ruffo, facie rotũda, oculis croceis, horribilis & acuti proſpectus, audacem, feſtivum, ſuperbum, callidum. Sol hominem ſignificat colore fuſcum, inter croceũ & nigrum, cum rubore ſuperfuſum, ſtaturæ brevioris, pulchri tamen corporis, corpore calvum, & criſpum, oculis croceis, ſapientem, fidelem, laudis cupidum. Venus hominem ſignificat album, tendentem ad nigredinem, plus tamen album, & rubore adornatum, pulchro corpore, pulchra facie & rotunda, pulchro capillitio, pulchris oculis, quorum nigredo eſt intenſior, bonorum morum, boni amoris, benevolum, patientem & jocundum Mercurius ſignificat ex figuris hominem

*Figuræ quibus plantis reſpondeant.*

non

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

non multum album, neque nigrum, facie oblonga, fronte elevata, pulchris oculis non ex toto nigris, naſo recto & longiuſculo, rara barba, & longos habentem digitos, ingeniolum, ſubtilem inquiſitorem, verſipellem, & variis fortunis ſubjectum. Luna verò ſignificat hominem colore album, mixto rubore, pulchra ſtatura, facie rotunda, & ſæpe ſignata, oculis non ex toto nigris, junctiſque ſuperciliis, benevolum, facilem & ſociabilem. Habent etiam ſigna, & facies ſignorum ſuas figuras, quas qui ſcire velit, in Aſtrologorum libris eas requirat. Ex iſtis denique figuris & veſtibus, phyſiognomonia, & metopoſcopia, divinationum artes dependent: ipſaque etiam chiromantia, prædicentes futuros eventus, non ut cauſæ, ſed ut ſigna per effectus conſimiles, ab eadem cauſa cauſatos: & licet hæ divinationum ſpecies per inferiora & debiliora ſigna vaticinari videantur, non tamen aſpernanda nec damnanda ſunt eorum judicia, quando non ex ſuperſtitione, ſed ex partium omnium corporis harmonica correſpondentia prognoſticantur. Quicunque autem nunc natura, ſtudio, actione, motu, geſtu, vultu, animi affectibus temporiſque opportunitate cœleſtia melius imitatur, is tanquam ſuperis illis ſimilior, ampliores inde poteſt recipere dotes.

## *De divinatione auſpiciorum & auguriorum.* CAP. LIII.

SVnt quædam alia divinationum genera, à naturalibus cauſis dependentia, quæ ſua arte & experientia conſtant in variis rebus; quibus medici, agricolæ, paſtores, nautæ, unuſquiſque ex probabilibus ſignis prognoſticantur: quorum multa tradidit Ariſtoteles libro de temporibus. Inter quæ divinationum genera, auſpicia & auguria, principatum tenent: quę tanto olim apud Romanos in precio fuerunt, ut nihil eorum quæ ad publica vel privata negotia pertinerent, inauſpicate perfecerint: populum vero Hetruſcum hoc artificio maxime præſtitiſſe. Cicero in libro Divinationum, copioſe declarat. Sunt vero auſpiciorum plures ſpecies: nam quædam dicuntur pedeſtria, quæ videlicet ex quadrupedibus capiuntur: quædam auguria, quæ ex avibus: quædam cœleſtia, quæ ex tonitruis & fulmine: quædam caduca, ut cùm in templo vel alibi quid decidiſſet: quædam ſacra, quæ ex ſacrificiis capiebantur. Horum quædam dicebantur piacula & triſtia auſpicia, ut cùm hoſtia profugiſſet ab ara, vel percuſſa mugitum dediſſet, vel in aliam partem corporis, quàm oportet, concidiſſet. His ſuperadditur Exauguratio, quando videlicet è manu augurantis virga decidiſſet,

*Romani nil inauſpicatũ fecerunt*

*Auſpiciorũ ſpecies.*



cidiſſet, qua contemplari & auſpiciem capere mos fuit. Michael Scotus duodecim recitat auguriorum genera, ſex videlicet à dextris, quorum nomina dicit, fernova, fervetus, confert, emponentem, ſonnaſarnova, ſonnaſarvetus: & alia ſex à ſiniſtris, quorum nomina ſunt, confernova, confervetus, viaram, herrenam, ſcaſſarnova, ſcaſſarvetus: deinde exponens ea nomina inquit: Fernova eſt augurium, quando tu exiveris domum tuam cauſa faciendi aliquid, & eundo vides hominem, vel avem eundo vel volando, ita quòd ſe ponat ante te in ſiniſtra parte tui: iſtud eſt tibi ſignum bonæ ſignificationis ſuper negotium. Fervetus eſt augurium, quãdo tu exiveris domum tuam cauſa faciendi aliquid, & eundo prius invenis vel vides avem, vel hominem pauſantem ante te in ſiniſtra parte tui: iſtud eſt tibi malum ſignum ſuper negotio. Viaram eſt augurium, quando homo vel avis ſuo itinere vel volatu ante te tranſit, veniens à dextra parte tui, & tendens in ſiniſtram, evaneſcit: iſtud eſt tibi bonum ſignum ſuper negotio. Confernova eſt augurium, quando prius invenis hominem vel avem, euntem vel volantem, & pauſet ante te à dextris, te vidente: iſtud eſt tibi bonum ſignum ſuper negotio. Confervetus eſt augurium, quando invenis vel vides hominem vel avem retinatem à dextris tuis te vidente: eſt tibi ſignum malum ſuper negotio. Scimaſatnova augurium eſt, quando homo vel avis poſt terga conſequitur te, & tranſit te, ſed antequam perveniat ad te vel tu ad eam, alicubi pauſet te vidẽte a dextris tuis: eſt tibi ſignum bonum. Scimaſarvetus eſt augurium, quando vides poſt te hominem vel avem à dextro latere pauſantem: eſt tibi ſignum malum. Scaſſarnova eſt, ſi videris poſt te hominem vel avem, ſed antequam perveniat ad te, vel tu ad eam, pauſet in loco te vidente: ſignum eſt bonum. Scaſſarvetus eſt ſi videris hominem vel avem prætereuntem, & in loco pauſantem à ſiniſtro latere: ſignum eſt tibi malum. Emponentem, quando homo vel avis veniens à ſiniſtris, & tranſiens ad dextram, evaneſcit à conſpectu tuo abſque quod videas repauſantem, ſignum eſt tibi bonum. Herrenam augurium eſt, ſi homo vel avis à dextris veniens, poſt terga tua tranſiens in ſiniſtram, videriſque eam alicubi pauſantem: hoc ſignum eſt tibi malum. Hæc Scotus hactenus. Augurabantur etiam veteres ex ſternutamentis, quorum meminit etiam Homerus in Odyſſea libro decimo ſeptimo: quia putabant illa procedere ex loco ſacro, videlicet capite, in quo viget & operatur intellectus: unde & ſermo quicunque mane ſurgenti inopinato in buccam

*Auguriorũ genera duodecim.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

proviſo ſupervenit, ideo mortem prænunciare dicitur: noctua nunquam tamen quia noctis tenebris non cæcatur, hominis diligentiam & vigilantiam ſignificat, quod reſidens in Hieronis haſta comprobavit. Bubonem vero Dido, dum miſcetur Æneæ infauſtum ſenſit inde cecinit Poeta:

*Solaq; culminibus ferali carmine bubo*
*Sæpe queri & longas in fletus ducere voces.* & alibi:
*Ignavus bubo dirum mortalibus omen.*

Idem in Capitolio cecinit, quum res Romana apud Numantiam inferior fuit, atq; cum Fregellæ ob factam in Romanos conjurationem ſunt dirutæ inquit Almadel: Bubones & nycticoraces cum ad inſolitas regiones manſioneſq; divertunt, indicio eſſe earundem regionum & ædium homines morituros, propterea quod aves illæ delectantur cadaveribus, eaque præſentiunt: morituri autem homines, jam poteſtate cadavera ſunt. Sed & de accipitre litis prænuncio canit Naſo:

*Odimus accipitrem, quia ſemper vivit in armis.*

Lælius Pompeij legatus in Hiſpania inter pabulatores occiditur, id fatum accipiter ſupra caput volitans; ſibi prænunciaſſe dicitur. Et inquit Almadal, quod ejuſdem ſpeciei aves inter ſe pugnantes, regni mutationem ſignificant: ſi vero ſpeciei diverſæ contra ſe invicem bellum gerant, & quæ amplius non viſæ conveniant, novam regionis illius fortunam portendunt. Minutulæ etiam aves, adventu vel receſſu ſuo familiam augeri vel minui portendunt, earum vero volatus quanto ſerenior tanto laudabilior. Unde Melampus augur, ex avicularum volatu Græcorum ſtragem conjecit, quando ait: Vides ut nullus ſerenos ales agit curſus. Hirundines quoniam moribundæ pullis latebras parant, patrimonium amplum vel à mortuis legatum portendunt. Veſpertilio fugienti occurrẽs, evaſionem ſignificat, nam ipſa licet pennas non habeat, tamen evolat. Paſſer autem fugienti malum omen eſt. Ipſe enim accipitrem fugiens ad noctuam percurrit, apud quam æque periclitatur: tamen in amoribus boni auſpicii eſt, ſiquidem libidine concitus, ſepties in hora coit. Apes regibus bona omnia ſignant, populum obſequentem monſtrant, muſcæ vero importunitatem & impudentiam ſignificant, quia ſæpius abactæ continuo nihilominus redeunt. Aves etiam domeſticæ auguriorum non ſunt expertes: nam galli cantu ſuo ſpem & iter inchoantis promovent: Quin & Tiberio naſcituro prægnans Livia mater ovum gallinæ ſubductum euſque ſinu ſuo fovit, donec gallus inſigniter criſtatus excluſus eſt: unde augures in-

*Domeſticarum auguria.*

terpretati ſunt, naſciturum puerum fore regnaturum. Et ſcribit Cicero, apud Thebaidem gallos gallinaceos canendo totis noctib. Bœotiis adverſus Lacedæmones præſagiſſe victoriam: quod augures ita interpretati ſunt; quoniam avis illa victa ſilet, canit autem ſi vicerit. Simili ratione etiam ab animalib. & beſtiis evẽtuum omnia capiuntur: nam occurſus muſtelæ ominoſus eſt. Leporis occurſus itinerandi timendus eſt, niſi captum ceperit. Mulus quoque inſenſus eſt, quia ſterilis eſt. Porcus vero pernicioſus. talis eſt enim ejus natura, ideo pernicioſos homines ſignificat. Equus jurgiorum & pugnæ rationem habet. Unde apud Virgil. viſis equis albis exclamat Anchiſes:

*Ab animalibus omnia quæ ſumantur.*

*--- Bonum ô homo hoſpita portas,*
*Bello armantur equi, bella hæc armenta minantur:*

Tamen quando curru juncti occurrunt, quia concordi jugo trahunt, pacem ſignificat ſperandam. Aſinus inutilis eſt, profuit tamen Mario, qui cum hoſtis patriæ pronunciatus, vidit aſinum oblatum pabulum ſpernentem, ad aquam properantem, quo augurio oſtenſam ſibi ſalutis viam ratus, auxiliarem amicorum turbam oravit, hoc unum auxilii genus exhiberent, & ſe ad mare conducerent: quo impetrato parvæ ſuperimpoſitus carinæ, Syllæ victoris minas evaſit. Utcunq; tamen aſellus in augurio occurrat ſemper laborem, patientiam, impedimentum ſignificat. Lupus vero obvius; bonus nuncius eſt cujus efficacia viſa eſt in Hierone Siculo, cui lupus in literario ludo tabulam eripiens ſucceſſum regni firmavit: tamen ejus quem ante viderit vocem præcludit. P. Africano & C. Fulvio Coſſ. Minturnis lupus vigilem laniavit, quando Romanus exercitus in Sicilia à fugitivis ſuperatur. Quin & perfidos ſignificat, & malæ fidei homines: quod notum eſt in Romuli progenie. nam fides quam matre lupa olim ſuxerunt, & ſibi invicem ab initio ſervaverunt, velut lege quadam naturæ, manavit ad poſteros. Leoni occurrere, cum ſit hoc animal inter cætera fortiſſimum, omnibus terrorem incutiens, bonum eſt: ſed leænam mulieri occurrere, malum eſt, quia conceptum impedit. nam leæna non parit ſecundario. Ovibus & capris occurſare bonum eſt. Legitur quoque in Oſtentario Tuſcorum, ſi hoc animal inſolito colore fuerit indutum, portendi imperatori rerum omnium cum felicitate largitatem. Unde Virgilius ad Pollionem canit:

*Ipſe ſed in pratis aries iam ſuave rubenti*
*Murice, iam croceo mutabit vellera luto.*

Bonum etiam eſt occurrere bobus triturantibus, ſed melius

arantibus : qui etſi viam rumpentes iter tardant, moram
*Minutorum omina animalium.* men hanc auſpicii gratia compenſant. Canis in itinere fau
eſt, quòd Cyrus expoſitus in ſylvis, à cane ad regnum en
tus eſt: quem & Angelus, Tobiç ſocius, non eſt aſpernatus
mitem. Caſtor quia venatoribus teſticulos ſuos demor
abjectos relinquit, mali ominis, & homini ſibiipſi damnum
laturum portendit. Iamq; etiam ex minutis animalibus
res damnum ſignificant: quæ quum in Capitolio aurum ro
runt, eodem die ambo conſules juxta Ta ētum inſidiis ab A
nibale intercepti ſunt. Locuſta quaſi loco ſtare faciēs aut
exurens, vota præpedit, & mali ominis eſt : contra cicadæ
promovent, & bonum rerum nunciant eventum. Aranea
perioribus filum ducens, ſpem venturæ pecuniæ nunciat
citur. Similiter & formicæ, quia norunt ſibi providere &
tas parare latebras, ideo ſecuritatem & divitias portend
multitudinisq; exercitum ſignificant. Hinc cum Tiberii C
ſaris manſuefactum draconem formicæ devoraſſent, reſpo
ſum fuit, ut caveret multitudinis tumultum. Si tibi occur
anguis, cave à maledico inimico : nam hoc animal nullo
membro pollet quàm ore. Anguis in regiam irrepens, T
quinio caſum ſuum augurata eſt. Duo angues in lecto Se
pronii Grachi reperti ſunt: dictū illi ab auruſpice, ſi marem
fœmellam emitteret, aut ſibi aut uxori brevi moriendum
uxoris vitam ſuæ præferens, occiſo mare fœmellam e
paucisque poſt diebus vita exceſſit. Sic vipera mulieres p
ſceleſtosque filios ſignificat, & anguilla hominem ſign
omnibus infenſum. Hæc enim ſeorſum ab aliis piſcibus
git, nec juncta cum aliis invenitur. Inter omnia autem a
cia & omina, nullū homine efficacius eſt, nullum poten
nullum quod evidentius veritatem exponat : ejus igitur
curſantis conditionem, ætatem, ſexum, profeſſionem,
geſtum, motum, exercitium, complexionem, habitum,
men, verba, ſermonemque omnia diligenter notabis, &
quires. nam cum cæteris animalibus tam multa inſunt p
giorum lumina, non dubium eſt, hæc multo efficaciora
oraque humanæ animæ eſſe infuſa: quod & Tullius ipſe
tur inquiēs, humanis animis naturaliter quoddam auſpi
ineſſe ſuæ æternitatis, ad omnes rerum ſeries & cauſas co
ſcendas. In fundamentis Romanæ urbis caput hominis
gra fa ie repertum, magnitudinem imperii præſagivit, &
ti capitolii nomen indidit. Brutiani milites contra Octa
& M. Antonium præliaturi, in caſtrorum porta Æthiope
fu



enderunt: quem licet, ut adverſæ rei augurium illico trucida-
rent, tamen infeliciter pugnatum eſt, atque Brutus & Caſſius,
ambo duces interiêre. Ipſe etiam monachorum occurſus vul-
gò ominoſus habetur, magis autem ſi matutinus fuerit : quia
id hominum genus plurimum è mortuario veluti vultures ex-
morticiis victitat.

*Quomodo verificantur auſpicia per lumen ſenſus naturæ, ac de eius experiundæ aliquot regulis.* CAP. LV.

AVſpicia & auguria, quæ ex animantibus & avibus futura
prædocent, Orpheum illum theologum primo monſtraſ-
ſe legimus, quæ pòſt apud omnes gentes magni habita ſunt.
Verificantur autem ipſa per luminoſitatem ſenſus naturæ, *Senſus naturæ ſublimitas.*
quaſi ad hoc quædam lumina divinationis deſcendant ſuper
quadrupedia, volatilia & alia animantia, per quæ habeant no-
bis de eventibus humanis præſagire, quod etiam ſentire vide-
tur Virgilius, ubi canit :

*Haud equidem credo, quia ſit divinitus illis*
*Ingenium, aut rerum fato prudentia maior.*

Ejuſmodi autem ſenſus naturæ, ut inquit Guilelmus Pariſien-
ſis, ipſe eſt omni humana apprehenſione ſublimior, & prophe-
tiæ viciniſſimus vehementerque ſimilis. Ab hoc ſenſu mira-
bilis quidem divinationis ſplendor aliquibus animalibus na-
turaliter inditus eſt : quemadmodum in quibuſdam canibus
manifeſtè apparet, qui latrones & occultos homines & ſibi &
omnibus penitus incognitos, hujuſmodi ſenſu agnoſcunt,
inveniunt, inveſtigant, comprehendunt, in eos faucibus &
dentibus irruentes. Simili ſenſu vultures futuras prævident
ſtrages ex præliis, & congregantur in locis ubi futuræ ſunt,
tanquam prævideant ſibi futuram eſcam cadaverum. Eodem
ſenſu perdices cognoſcunt matrem ſuam, quam nunquam
viderunt, & relinquunt perdicem, quæ furatur ova matris, &
fovet ea. Hoc eodem ſenſu, omnino ignorante anima huma-
na, ſentiuntur quædam nociva, & terrifera, unde terror & hor-
ror invadit plurimum homines nihil de rebus hujuſmodi
ſentientes vel cogitantes. Sic latro latens in domo aliqua, qui
omninò ibi eſſe neſciatur vel cogitetur, horrorem, timo-
rem, & cordis inquietudinem incutit ejuſdem domus habi-
tatoribus, fortaſſe non omnibus : quia ejuſmodi ſplendor non
omnibus hominibus ineſt, ſed paucis. Sic meretrix abſcondi-
ta in domo aliqua ampliſſima, aliquando ab aliquo omnino
ignorante, ibi eſſe ſentitur. Proditum eſt hiſtoriis, Heraiſcum
quendā Ægyptium, divinæ naturæ virum, immundas mulie-

res non oculis tantum, ſed voce procul audita cognoviſſe ſt timq́; capitis dolore eam ob rem non mediocriter affectu Refert quoq́; Gulielmus Pariſienſis, mulierem quandam ſ tempore, virum quem adamabat, quando adiret locum in q ipſa morabatur, ejuſmodi ſenſu longe à duobus miliarib. pr ſenſiſſe venientem. Refert etiam tempore ſuo ciconiam qu dam adulterio convictam per olfactum maſculi, congreg à maſculo multitudine ciconiarum, ac detegente ipſo cri ne fœmellæ, ipſam à tota illa multitudine tanquam omniu judicio ream judicatam, deplumatam, ac laceratam fuiſſe. Re citat etiam de quodam equo, qui cum ignorans cum ma ſua concubuerat, poſtea id deprehendens, ipſum ſibi prop dentibus genitalia abſcidiſſe, tanquam vindicantem inſe ceſtum. Similia de equis recitant, Ariſtoteles, Varro & Plini Narrat ipſe Plinius de aſpide quadam ſimile factum, quæ c ad menſam cujuſdam veniens in Ægypto quotidie alere enixa catulos quorum ab uno filius hoſpitis interemptus e illa reverſa & cognita culpa, necem intuliſſe catulo, nec po in tectum id reverſam fuiſſe. Iam his exemplis videmus qu modo ſuper animantia quædam præſagiorum lumina deſce dere poſſunt, velut ſigna rerum in eorum geſtu, motu, vo volatu, inceſſu, cibo, colore, & ejuſmodi conſtituta. Nam j xta Platonicorum doctrinam, eſt rebus inferioribus vis qu dam inſita, per quam magna ex parte cum ſuperioribus co veniunt, unde etiam animalium taciti conſenſus cum div corporibus conſentire videntur, atque his viribus eorum co pora & affectus affici, quarum nomine ſuis adſcribuntur n minibus. Conſiderare igitur oportet quæ animantia ſunt S turnalia, quæ referunt Jovem, quæ Martem, & ſic de ſingu & ſecundum eorum proprietates elicere præſagia: ſic quæ S turnum referunt & Martem, diræ omnes dicuntur & ferale ves: ut noctuæ, ululæ, & cæteræ quas ſupra recitavimus: bu quoque, quia avis Saturnalis ſolitaria & nocturna, inauſpi ciſſimi ominis eſſe fertur, de quo ait poeta:

*Fœdaq́; ſic volucris venturi nuncia luctus,*
*Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.*

Cygnus vero avis delicioſa, Venerea, atque etiam Phœbe cra, feliciſſimi eſſe præſagii, præſertim in auſpiciis nauta quia aqua non mergitur. Unde canit Ovidius:

*Cygnus in auſpiciis ſemper lætiſſimus ales.*

*Oſcinæ aves.* Sunt præterea oſcinæ aves, quæ ore cantuque auſpicium f ciunt: ut ſunt corvus, picus, cornix. Unde Virgilius:



*Sæpè ſiniſtra cava prædixit ab ilice cornix.*

Aves vero quæ futura volatu portendunt, ſunt ſicut buteones, ſanquajalæ, aquilæ, vultures, grues, cygni, & ſimiles. in volatu namque conſiderantur, utrum tarde an feſtinanter volent: ſi quando ad dextram, vel ad ſiniſtram volitent, quot numero ſimul convolitent: hoc modo grues quando feſtinanter volant, ſignificant tempeſtatem: quando ſilenter, ſerenitatem. Item quando duæ aves ſimul convolant, ferales ſunt, & malum portendere dicuntur, quia numerus confuſionis eſt. Simili modo de cæteris inveſtigabis, rationem de numeris huc transferendo: præterea ſimilitudinem obſervare in his conjecturis magiſtrale eſt, quemadmodum apud Virgilium diſſimulata ipſa Venus filium Æneam his carminibus edocet:

*In avium volatu quid conſiderandum.*

*Ni fruſtra augurium vani docuêre parentes,*
*Aſpice bis ſenos lætantes agmine cygnos*
*Æthereâ quos lapſa plaga Iovis ales aperto*
*Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo,*
*Aut capere, aut captas iam deſpectare videntur:*
*Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis,*
*Et cœtu cinxêre polum, cantuſq́; dedêre:*
*Haud aliter puppeſq́; tuæ pubeſq́; tuorum*
*Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.*

Mirabiliſſimum autem augurandi genus eſt eorũ, qui audiunt & intelligunt ſermones animalium, ſicuti apud veteres. Melampus & Tireſias & Thales, atque quo legitur excelluiſſe Apollonius Tyaneus, quem avium ſermonem calluiſſe ferunt: de quo narrat Philoſtratus & Porphyrius, quod cum Apollonius in cœtu amicorum conſediſſet, ſpectans ad paſſeres in arbore conſidentes, veniſſe unum aliunde paſſerculum garritu & voce obſtrepentem, cunctoſq́; illum ſecutos evolaſſe dixit ad ſocios. Paſſer ille reliquis nunciavit aſinum prope urbem in angiportu onuſtum tritico cecidiſſet, triticumq́; humi diffuſum. his verbis affatim permulti commoti ivêre ſpectatum ita factum eſſe, ut Apollonius dixerat, mirabundi invenerunt. Porphyrius autem Platonicus lib. 3 de ſacrificiis hirundinem fuiſſe dicit. Certum enim eſt, quia omnis vox cujuſcunq́; animalis ſignificativa eſt alicujus animæ ſuæ paſſionis, vel affectus læti, vel triſtis, vel iracundi, quas voces ab hominibus circa has exercitatis intelligi poſſe non eſt adeo mirandum. Verum Democritus ipſe hanc artem tradidit, ut ait Plinius nominando aves, quarum confuſo ſanguine ſerpens gignatur: quem quiſquis ederit, intellecturus ſit avium colloquia. Et

*Animalium voces paſſionum animæ ſignificativè ſunt.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ait Hermes: Si quis certo die Calendarum Novembrium egreſſus ad venandum, primam avem quam ceperit, coxe[rit] cum corde vulpis, omnes qui ex hoc ederint, avium cæterumque animalium voces intellecturos. Tradiderunt etiam Arabes, eos brutorum callere ſenſa, qui cor aut epar draconum comediſſent: ipſeq; Proclus Platonicus credidit tradidique cor talpæ ad præſagia conferre. Erant etiam divinationes & auſpicia, quæ ab extis & fibris ſacrificiorum capiebantur, quarum inventor fuit Tages, de quo Lucanus cecinit:

*Et fibris ſit nulla fides, ſed conditor artis*
*Finxerit illa Tages.----*

*Iecur extorum caput.*

Extorum caput Romanorum religio putavit jecur. Hinc aruſpices in extis futura perquirentes, jecur primum inſpiciebant, duobus in eo conſtitutis capitibus: quorum unum civium, alterum hoſti nuncupabant, collatiſque capitibus hujus aut alterius partis pronunciabant victoriam, quemadmodum apud Lucanum Pompejanorum cædem, ac Cæſareanorum victoriam extra ſignificaſſe legimus in his verſibus:

*Quodq; nefas nullis impunè apparuit extis,*
*Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem,*
*Alterius capitis pars ægra & marcida pendet,*
*Pars micat, & celeri venas movet improba pulſu.*

Deinde perfectis viſceribus cor perquirebant. Quod ſi hoſtia ſine corde reperta eſſet, aut caput in jocinere defuiſſet, peſſima hæc erant auſpicia, & piacularia dicebantur. Similiter etiam ſi hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam quam oporteret corporis partem cecidiſſet. De his legimus, Julio Cæſari quo die veſte purpurea proceſſit & in ſella aurea ſedit, ſacrificanti cor in extis bis defuiſſe. Sic C. Mario Vticæ immolanti, jecur in extis defuit. Similiter & Cajo principi. & M. Marcello. C. Claudius & L. Petellius Coſſ. [cum] immolaſſent victimas jecur ſubitò tabuit, nec multo poſt [alter] morbo, alter Ligurum armis interiit, extis ita præcedentibus: quod profectò aut deorum virtute, aut dæmonum opera fieri putatur. Hinc maximi ſemper apud veteres momenti habitum eſt, quoties inſolitum quid in extis appareret: quemadmodum Syllæ apud Laurentium ſacrificanti ſimilitudo coronæ in capite jecoris apparuit: quod Poſthumius aruſpex victoriam enim regno portendere interpretatus eſt, admonens idcirco, ut ſolus Sylla extis illis veſceretur. Ipſe etiam extorum color ſuam conſiderationem habet. De iſtis meminit Lucanus





*Terruit ipſa calor vatem: nam pallida tetris*
*Viſcera tincta notis, gelidoq; infecta cruore,*
*Plurimus aſperſo variabat ſanguine livor.*

Tanta olim veneratio fuit harum artium, ut potentiſſimi & ſapientiſſimi quiq; viri illas ſectarentur, imo ſenatus atq; reges nihil inauſpicatè agerent. Sed hæc omnia hodie cum negligentia hominum, tum autoritate patrum abolita ſunt.

## *De aruſpicina fulgurum & fulminum, & quomodo portenta & prodigia interpretanda ſunt.* CAP. LVI.

CÆterum autem in augurio fulgurum & fulminum, oſtentorumque, & quomodo portenta prodigia interpretanda ſunt, Hetruſci vates, & ſacerdotes ſcientiam tradiderunt. Statuerunt enim ſexdecim cœli regiones, & cuiq; ſua nomina adſcripta: præterea undecim fulminum genera, & novem deos quae jacularentur, rationes prodendo quid ex quaq; parte ſignificent. Portenta verò & prodigia, oſtentaq; quotieſcunq; contingunt, ſemper aliquid magnum prænunciare certum eſt. Oportet autem illorum interpretem eſſe ſimilitudinum optimum conjectorem, ſimul ac curioſum indagatorem, eorum qui in tempore illo verſantur principum, provinciarumq; negotia. Solorum ſiquidem principum, & populorum, provinciarumq; ea cœleſtium cura eſt, ut præ cæteris per aſtra, per ſidera, per portenta perq; prodigia præfigurentur, admoneanturque. Quod ſi etiam præteritis ſeculis idem aliquod vel conſimile quid apparuerit idipſum quoq; & quid inde ſecutum ſit, conſiderare oportebit, & juxta hæc, vel eadem, vel conſimilia prædicere: quia eadem ſunt ſigna rebus eiſdem, ſimiliaq; ſimilibus. Sic multos excellentes viros & reges, prodigia prævenerunt in ortu aut obitu: ut de Mida puero refert Cicero, cui dormienti formicæ tritici grana in os conjecere, quod omen fuit magnarum divitiarum. Sic Platoni cum in cunis dormienti apes in ore conſediſſent orationis ſuavitas prænunciata eſt. Hecubę Paridem parituræ, viſum fuit patere ardentem facem, quæ Trojam & totam Aſiam incenderet: Matri Phalaridis viſum fuit Mercurii ſimulacrum ſanguinem in terram effundere, quo tota domus inundaret. Genitrici Dioniſii viſum fuit parere ſatyriſcum, quæ prodigioſa ſomnia, ipſe eventus ſecutus eſt & comprobavit. Tarquinii Priſci uxor vidēs flammam lambere Servii Tullii caput, regnum illi prædixit. Simili modo poſt captam Trojam diſceptante Ænea cum Anchiſe patre de fuga, apparuit flamma verticem lambens Aſcanii,

*Prodigiorum interpretem qualem eſſe oporteat.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

nullamq; inferens læſionem, quod cum Aſcanio regnum po-tenderet, diſcedere perſuaſit. Omnes & inſignes clades po-tentis & prodigiis præventæ ſunt. Sic legimus apud Plinium, M. Antilio & C. Portio conſulibus lac & ſanguinem pluiſſe, quod ſequenti anno peſtem validam Romam invaſuram præ-nunciavit. Item in Lucanis pluit ferrum ſpongiarum ſimile anno antequam M. Craſſus in Parthis interemptus eſt: om-neſque Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat, cum eo occiſi ſunt. Item L. Paulo, & C. Marcello conſu-libus lana pluit circa caſtellum Coriſanum, juxta quod poſt annum T. Annius Milo occiſus eſt. Item Cimbricis bellis ar-morum crepitus & tubæ ſonitus è cœlo auditus eſt: & Livius de bello Macedonico; Anno, inquit, quo diſceſſit Annibal, per biduum pluit ſanguis. Item de ſecundo bello Punico refert a-quam ſanguini permixtam de cœlo deſcendiſſe in modum pluviæ, tempore quo Annibal lacerabat Italiam. Lacedæmo-niis paulo ante Leuctricam calamitatem in phano Herculis arma ſonuerunt, & eodem tempore Thebis in téplo Herculis valvæ clauſæ repagulis ſeipſas aperuerunt, & arma parietibus adfixa humi inventa ſunt. Similes eventus de ſimilibus prog-noſticare convenit, quemadmodum diverſis temporibus o-lim ex illis aliquid prædivinatum eſt. Sed & oportet circa illa etiam cœleſtium influxuum iudicia non negligere, de quibus latius loquemur in poſterioribus.

## *De Geomantia, Hydromantia, Æromantia, Pyromantia, quatuor elementorum divinationibus.* CAP. LVII.

IAmque etiam ipſa elementa nos fatales eventus edocent, unde quatuor illa famoſa divinationum genera, Geoman-tia, Hydromantia, Æromantia, Pyromantia nomen adepta ſunt, de quibus apud Lucanum venefica illa ſe jactare viſa eſt, quando inquit:

*At verum, tellus, aer, ætherq; chaosq;,*
*Æquoraq; & campi, Rhodopeia ſaxa loquentur.*

*Geomantia.* Prior itaq; Geomantia ex terræ motibus, crepitu, tumore, tre-more, ſciſſura, voragine, exhalatione, cæteriſq; impreſſioni-bus futura præmonſtrat: cujus artem tradidit Almadel Arabs. Sed eſt & alia Geomantiæ ſpecies, quæ per cuncta vi quadam in caſu terræ inſcripta divinatur, quæ præſentis ſpeculationis non exiſtit, ſed de illa inter ſortes dicemus in ſequentibus. Hy-dromantia autem vaticinia præſtat, per impreſſiones aquarum illarumque fluxus & refluxus, excreſcentias & depreſſiones, tem-



peſtates & colores, & ſimilia: cui junguntur etiam viſiones quæ in aquis fiunt. Genus divinationis à Perſis repertum, qua-lem refert Varro, puerum vidiſſe in aqua Mercurii effigiem, quæ centum quinquaginta verſibus omnem Mithridatici bel-li eventum prænunciavit. Legimus etiam Numam Pompilium Hydromantiam exercuiſſe: in aqua enim deorum imagines e-licebat, & ab illis futura diſcebat. Quod artificium etiam Py-thagoras longo tempore poſt Numam exercuit. Erat etiam o-lim apud Aſſyrios in magno precio hydromantiæ ſpecies, Le-canomantia nuncupata, à pelvi aquæ plena: cui imponeban-tur aureæ & argenteæ laminæ, & lapides precioſi, certis ima-ginibus, nominibus & characteribus inſcriptæ: ad quam e-tiam referri poteſt artificium, per quod plumbo aut cera lique-factis, & in aquam projectis, rem quam ſcire cupimus, mani-feſtis exprimunt imaginum notis. Erant etiam olim fontes fatidici, ſicut hodie Patras fons Achaiæ, & quæ dicebatur a-qua Iunonis apud Epidaurum, de quib. plura in ſequentibus, ubi de oraculis loquemur. Verùm huc etiam referri poterit Aruſpicina piſcium, cujuſmodi olim apud Lycios capiebatur in loco, qui Dina dicebatur: juxta mare in ſacro Apollinis lu-co ſiccâ in arena excavatus, in quem conſulturus de futuris aſ-ſatas carnes demittens, ſubito locus ille aquis replebatur. ma-gnaque piſcium multitudo ac admirabilium figurarum ho-minibus ignotorum apparebat, è quorum formis vates quod futurū eſſet prædicebat. Hæc latius ex Polycharmo in Lycio-rum hiſtoriis refert Atheneus. Simili modo Æromantia pro-gnoſtica præbet, per impreſſiones æreas, per ventorum flatus, per irides, per halones, per nebulas & nubes, perque imagina-tiones in nubibus, & viſiones in aere. Ita etiam Pyromantia divinatur per impreſſiones igneas, per ſtellas caudatas, per i-gneos colores, perque viſiones & imaginationes in igne. Sic Ciceronis uxor illum ſequenti anno conſulem futurum præ-dixit, eo quòd cum quædam poſt peractum ſacrificium in ci-neribus conſpicere vellet, flamma repente exilivit. Hujus ge-neris ſunt quę dicit Plinius, quòd terreni ignes pallidi murmu-ranteſq;, tempeſtatum nuncii ſentiuntur: pluviæ etiam ſi in lucernis fungi fluxuoſe volitet flamma: ventum portendi: & lumina cum per ſe flammas elidunt, aut vix accenduntur: item cum in eo pendentes coacervantur ſcintillæ, vel cum tollenti ollas carbo adhæreſcit, aut cum contentus ignis favillam diſ-cutit, ſcintillamve emittit, vel cum cinis in foco concreſcit, & cum carbo vehementer perlucet. His adjungitur Capno-

*Lecanomantia Hydromantiæ ſpecies.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

mantia, à fumo ſic dicta, quia flammam & fumum ſcrutatur, eorumq́ue colores, ſonos & motus: quando in rectum protenditur, vel in obliquum fertur, ſive in orbem volvitur, quemadmodum de his legitur apud Statium his verſibus:

*Vincatur pietas, poneq; altaria virgo,*
*Quæramus ſuperos, facit illa acieq; ſagaci*
*Sanguineos flammarum apices, genitumq; per auras*
*Ignem, & clara tamen mediæ faſtidia lucis*
*Orta, docet tunc in ſpeciem ſerpentis inanem*
*Ancipiti gyro volvi, frangitq; rubore*

Jam verò etiam in Ætnæis crateribus atq; in Nymphæis campis apud Apolloniatas auguria ab igne & flammis capiebantur, læta quidem, ſi quæ injecta fuiſſent corriperent: triſtia, ſi reſpuiſſent. Atque de his etiam in poſterioribus inter oraculorum reſponſa dicemus.

### *De mortuorum reviviſcentia, de longæva dormitione atque inedia.* CAP. LVIII.

CONveniunt philoſophi Arabes, quòd aliqui homines poſſunt ſe elevare ſupra vires corporis, & ſupra vires ſenſitivas, illisq; ſuperatis perfectione cœli & intelligentiarum divinum in ſe recipere vigorem. Cum itaq; animæ hominum omnes perpetuæ ſint, perfectis quoq; animis omnes ſpiritus obediunt, putant magi perfectos homines per ſuæ animæ vires talias inferiores animas jam quodammodo ſeparatas moribundis corporib. ſuis poſſe reſtituere, rurſusq; inſpirare, non ſecus atq; muſtela interempta ſpiritu & voce parentis revocatur in vitam: atq; leones inanimem partum inhalando vivificant. & quoniam, ut ajunt, omnia ſimilia ſimilib. applicata ſimilium naturarum efficiuntur, & omne patiens & actum alicujus agentis in ſe recipiens ẽt agentis illius natura induitur atq; connaturatur: hinc putant ad hanc vivificationem haud parum conferre, ẽt herbas quaſdam & magicas confectiones, quales ex cinere Phœnicis, & ſerpentum exuviis confici tradunt, quod tamen pleriſq; fabuloſum & multis ẽt impoſſibile videri poſſet, niſi hiſtorica fide haberetur comprobatum. Nam pleroſq; aqua ſubmerſos, alios ignib. injectos, & rogo impoſitos, alios in bello occiſos, alios aliter exanimatos, poſt plures ẽt dies revixiſſe legimus, quemadmodum de Aviola viro conſulari, de L. Lamia, Cælio Tuberone, Corfidio, Gabieno, & pleriſq; aliis teſtatur Plinius. Similiter Æſopum fabulatorem, Tindareum quoq; & Herculem, atq; Palicos Jovis & Thaliæ filios mortuos



mortuos iterum revixiſſe legimus: plurimos etiam per magos & medicos in vitam revocatos, ſicut de Æſculapio ab hiſtoriis proditum eſt, & nos ſuperius narravimus ex Juba & Xantho, & Philoſtrato, de Tillone & Arabe quodam atq; Apollonio Tyaneo. Legitur ẽt Glaucus quiſpiam mortuus, quem præter omnium expectationem accurrentib. medicis, herba, quam draconem vocant, vitę reſtitutũ dicunt: alii guſtato mellito pharmaco revixiſſe ajunt, unde ortum eſt adagium: Glaucus poto melle reſurrexit. Apulejus ẽt ritum hujuſmodi revocationum tradens de Zachla Ægyptio propheta inquit: Propheta ſic propitiatus herbulam quampiam ob os corporis, & aliam pectori ejus imponit, tunc orientem obverſus, vel incrementa Solis auguſti tacitus imprecatus, venerabili ſcena facies ad ſtudium præſentium tantum miraculum certatim adrexit, jam tumore pectus extolli, jam ſalubris vena pulſari jã ſpiritu corpus impleri, & adſurgit cadaver, & profatur adoleſcẽs. Quæ ſi vera ſunt, credebant, oportet moribundas animas nonnunquam in corporib. ſuis latę vehementioribus extaſibus oppreſſas, & ab omni corporea actione ſolutas: ſic ut ita, ſẽſus, motus, corpus omne deſerant, ita tamen, quòd homo verè nondum mortuus ſit, ſed jaceat exanimis, & tanquam mortuus, ẽt per diuturnũ tempus. Atq; id ſæpiſſimè compertum eſt, peſtilentiarũ temporibus multos videl. qui pro mortuis tumulandi ferebantur, in ſepulchris revixiſſe: multoties ẽt mulieribus accidiſſe legimus ex ſuffocatione matricis laborãtibus: & narrat Rabi Moſes ex libro Galeni, quem tranſtulit Patriarcha, quòd accidit homini ſuffocatio, quæ duravit dieb. ſex, nec comedit, nec bibit, & redduntur ejus arteriæ duræ. Et dixit in eodẽ libro, quod accidit homini repleto ex aqua, amittitur pulſus totius corporis, & non movetur cor, & jacet ſicut mortuus. Et dicit ꝙ accidit ex caſu à loco alto, vel clamore magno, vel ex longa mora ſub aqua ſyncopis, durans quadraginta octo horis, & jacet homo ſicut mortuus, in cujus facie ſurgit pulvis viridis. Et refert in eodem libro, de eo, qui ſepelivit mortuum ante ſeptuaginta duas horas poſt mortem ipſius, & interfecit eum, quia ſepelivit eum vivum, & dedit ibi ſigna, quibus cognoſcitur, quòd iſti vivi licet ſimiles mortuis ſint, & certò moriuntur, niſi ſuccurratur illis, aut per phlebotomiam, aut alias curationes, & hæc ſunt ex his, quæ valdè raró contingunt. Hic eſt modus, per quẽ intelligimus magos & medicos ſuſcitare mortuos, ſicut per ſerpentum ictus exanimati olim per Marſorum & Pſillorum gentem vitę reſtituebantur. Poſſe autem

*Suffocationis exiſtunt mira exempla.*

autem hujuſmodi extaſes longo tempore durare, abſque hoc quòd homo vere mortuus ſit, non ſecus arbitrandum eſt, atque in gliribus & crocodilis, & pleriſque ſerpentibus, quæ per totam hyemem ſic obdormierunt, ſic ſomno expirant, ut vix igne revocari queant: & ego ſæpe vidi diſſectum glirem immobilem manere, tanquam mortuum, donec coqueretur, atque tunc primum in bullienti aqua diſſecta membra vitam demonſtraſſe. Similiter licet difficile creditu ſit, legimus tamen apud probatos hiſtoricos, etiam homines quoſdam longævo ſomno plurimos annos continuos dormiviſſe, interim donec evigilaſſent, nihil ſeniores effecti: quod ipſe teſtatur Plinius, de puero quodam, quem æſtu & itinere feſſum in ſpecu ſeptem & quinquaginta annos dormiviſſe narrat. Legimus etiam Epimenidem Gnoſium annis quinquaginta ſeptem dormiviſſe in ſpelunca. Hinc natum adagium: Ultra Epimenidem dormire. Narrat M. Damaſcenus ſuo tempore in Germania defeſſum ruſticum ſub fœni tumulo per totum autumnum, ſequentemque hyemem continuo dormiviſſe, donec æſtate fœno paulatim depaſto experrectus tanquam ſemimortuus, totuſque extra ſe poſitus, inventus eſt. Confirmant hanc opinionem Eccleſiaſticæ hiſtoriæ de ſeptem dormientibus, quos annos centum & nonaginta ſex dormiviſſe ferunt. Eſt in Norvegia ſub eminenti littore antrum, ubi, ait Paulus Diaconus & Methodius martyr ſcribunt, ſeptem viri dormientes jacuerunt ſopiti longo tempore ſine ulla corruptione, & ſæpe populos ad ipſos lædendum ingreſſos continuo fuiſſe contractos: denique accolas pœna præſenti cautos ab ipſorum læſione deſtituiſſe ajunt. Ipſe autem inter philoſophos non infimi nominis Xenocrates, longævam hanc indormitationẽ, quandam naturalem pœnam, certis quibuſdam animarum demeritis ab æterno deputatam putavit. Ipſe M. Damaſcenus multis rationibus poſſibilem & omnino naturalem probat, nec abſurdum putat, quod cum cæteris animantibus quibuſdam conceſſum eſt, ut ſine cibo & potu, ſine excretione, ſine tabefactione, & corruptione pluribus menſibus dormire poſſint, id etiam homini, ſive hoc accidat illi potione aliqua venefica, aut ægritudine ſoporifera, ſeu meticuloſo quodam ſopore, aut ſimilibus de cauſis, plurimis diebus, aut menſibus, aut annis, ſecundum intentionem vel remiſſionem virium, & paſſionum animæ ſuæ poſſe contingere. Et narrant medici antidota, de quibus ſi quis minimam portiunculam ederit, diuturnam deinde poſſe perferre inediam, ceu quondam Helias cibo

*Mira ieiuniorum exempla.*

to cibo



to eſculento ab Angelo paſtus, ambulavit & jejunavit in fortitudine cibi illius quadraginta dies. Et recitat Joannes Bocatius, fuiſſe ſuo tempore virum apud Venetias, qui in ſingulos annos per quadraginta dies abſque ullo cibo ageret jejunium. Quodque magis mirum eſt, fuiſſe eodem tempore in inferiori Germania mulierem, quæ in triceſimum annum nihil unquam cibi ſumpſiſſet: quod quidem nobis incredibile videri poſſet, niſi confirmaret hanc rem recens, & noſtri ſeculi miraculum in fratre Nicolao de Saxo, natione Helvetio: quem in eremo duobus & viginti annis, quouſque vita exceſſit, ſine omni cibo vixiſſe conſtat. Mirum & illud, quod prodidit Theophraſtus, fuiſſe Philinum quendam, qui nullo ſit uſus potu vel cibo, præterquam lactis. Et ſunt graves autores, qui herbam quandam Spartanicam deſcribunt, qua Scythas duodecim dies durare ſine cibo & potu, ea ſemel guſtata, vel in ore retenta, tradunt.

*De divinatione, quæ per ſomnia fit.*

## CAP. LIX.

Eſt etiam divinationis ſpecies, quæ inter dormiendum fit, ſomniorum ſcilicet, & philoſophorum traditionibus, & theologorum authoritatibus hiſtoriarumq; exemplis, & quotidiana experientia comprobata. Somnium autem dico hic: non quod phantaſma, vel inſomnium: hæc enim vana ſunt, & nihil divinationis habent, ſed ex vigiliarum reliquiis aut corporis turbatione naſcuntur, quoties namq; oppreſſi corporis vel fortunæ commodis vel incommodis, tunc qualis animus vigilantem fatigaverat, talis ſe ingerit dormienti: vel aliquando contrarius in ſomnio decepti. Somnium igitur dico hic, quod in ſpiritu phantaſtico, animo & corpore bene ſe habentibus, cœleſtium cauſatur influxu. *Somnium.* Hujus quidem interpretandi regula apud aſtrologos invenitur, in ea parte, quæ de quæſtionibus inſcribitur, ſed tamen parum ſufficiens, quia ſomnia hujuſmodi diverſis hominibus, diverſimode uſuveniunt juxta diverſam ſpiritus phantaſtici qualitatem ac diſpoſitionem: quapropter non poteſt eadem communiſque regula ſomniorum interpretandorum ſingulis adhiberi: ſed juxta Syneſii ſententiam, cum accidentia ſunt eadem rebus eiſdem, ſimiliaque ſimilibus: ſic qui in idem aut ſimile viſum ſæpius inciderit, eandem aut ſimilem ſibi deſignaverit ſententiam, paſſionem, fortunam, actionem, eventum denique, quemadmodum

dum inquit Ariſtoteles, ſenſu confirmatur memoria, ex memoria verò ejuſdem rei ſæpius obtenta naſcitur peritia, ex pluribus peritiis paulatim cumulatur ars & ſcientia: ſimili ratione & circa ſomnia oportebit incedere. Unde jubet Syneſius, Unumquemque ſomnia ſua, & ſuos inde obſervare eventus ſcilicet, quæ viſa in quales eventus inciderunt, ac hujuſmodi regulas, ſcilicet viſa & accidentia, cum ſomniis, cum vigiliis memoriæ commendare, atque ſedula quadam hac obſervatione hujuſmodi per plurimas regulas penes ſeipſum accumulare: ex qua quidem accumulatione, ars quædam divinatoria, & ſuorum cuiq; ſomniorum interpretandorum paulatim conſurgit, dum nihil dilabitur à memoria. Efficaciora autem ſunt ſomnia, quando luna illud prævertit ſignum, quod fuit in nona radicis nativitatis vel revolutionis illius anni, vel in nono ſigno à ſigno profectionis. Veriſſima autem atq; certiſſima divinatio neque natura, neque humanis artibus, ſed purgatis mentibus provenit inſpiratione divina. Quod verò hic ad vaticinia & oracula ſpectat, diſcutiemus.

*De furore & divinationibus, quæ in vigilia fiunt, de melancholici humoris potentia, quo etiam dæmones nonnunquam in humana corpora illiciuntur.*

## CAP. LX.

*Furor divinationis ſpecies.*

Contingit etiam, non modò dormientes, ſed & vigilantes nonnunquam ſoluto animo, uiſq; ſtimulis impulſo divinare, quam divinationem Ariſtoteles furorem vocat, & ab humore melancholico procedere docet, in tractatu de divinatione inquiens: Melancholici propter vehementiam longè benè conjectant, & cito habitum imaginantur, facillimeque cœleſtium recipiunt impreſſionem. Et in Problematibus ait Sibyllas & Bacchides, & Niceratum Syracuſanum, & Ammonem à naturali melancholica complexione fuiſſe divinatores atque poëtas. Cauſa itaque furoris, ſi qua intra humanum corpus eſt, humor eſt melancholicus: non quidem ille, qui atra bilis vocatur, qui adeo prava horribiliſque res eſt, ut impetus ejus à phyſicis ac medicis ultra maniam, quam inducit, etiam malos dæmones ad obſidenda humana corpora illicere perhibeatur. Humorem igitur hic intelligimus melancholicum, quæ naturalis & candida bilis vocatur. Hæc enim quando accenditur, atq; ardet, furorem concitat, ad ſcientiam nobis ac divinationem conducentem, maximè autem ſi juvetur influxo aliquo cœleſti, præcipuè Saturni: qui cum ipſe frigi-

dus



dus ſit atq; ſiccus, qualis eſt humor melancholicus, illum quotidie influit, auget atque conſervat. Præterea cùm ſit ipſe arcanæ contemplationis author, ab omni publico negotio alienus, ac planetarum altiſſimus, animam ipſam cùm ab externis officiis ad intima ſemper revocat, tum ab inferioribus aſcendere facit, trahendo ad altiſſima, ſcientiaſque ac futurorum præſagia largitur, & hoc eſt, quod intendit Ariſtoteles in lib. Problematum: Ex melancholia, inquiens, quidam facti ſunt ſicut divini, prædicentes futura, & quidam facti ſunt poëtæ. Ait præterea omnes viros in quavis ſcientia præſtantes, ut plurimum extitiſſe melancholicos: quibus etiam Democritus & Plato atteſtantur, aſſerentes melancholicos nonnullos in tantum præſtare ingenio, ut divini potius quàm humani videantur. Sic melancholicos perplures primùm rudes, ineptos, inſanos, quales extitiſſe ajunt Heſiodum, Jovem, Tynnichum, Calcinenſem, Homerum & Lucretium, ſæpe furore ſubito corripi, ac in poëtas evadere, & miranda quædam divinaque canere, etiam quæ ipſimet vix intelligant. Unde divus Plato in Jone: Plerique, inquit, vates poſtquam furoris remiſſus eſt impetus, quæ ſcripſerunt, non ſatis intelligunt, cum tamen recte de ſingulis artibus in furore tractaverint, quod ſinguli harum artifices legendo dijudicant. Tantum præterea tradunt melancholici humoris imperium eſſe, ut ſuo impetu etiam cœleſtes dæmones in humana corpora nonnunquam rapiantur, quorum præſentia & inſtinctu homines debacchari, & mirabilia multa effari, omnis teſtatur antiquitas, idque ſub triplici differentia: juxta triplicem animæ apprehenſionem, videlicet imaginativam, rationalem & mentalem contingere putant. Dicunt itaque, quando anima melancholico humore impulſa, nullo cohibente, habenas corporis membrorumq; vincula tranſgreſſa, tota in imaginationem transfertur, ſubito efficitur inferiorum dæmonum habitaculum, à quibus manualium artium ſæpè miras accipit rationes. Sic videmus rudiſſimum aliquem hominem ſubito in pictorem egregium aut architectū, vel alterius cujuſq; artis evadere magiſtrum. Quando verò ejuſmodi dæmones futura nobis portendunt, tunc oſtendunt, quæ ad elementorum turbationes, temporumq; viciſſitudines attinent, ut futuram pluviam, tēpeſtatem, inundationem, terræ motum, mortalitatē, famem, ſtragem, & ejuſmodi: quemadmodum apud Aulum Gellium legimus, Cornelium ſacerdotem, quo tempore Cæſar & Pompeius in Theſſalia confligebant, Patavii furore corre-

ptum,

*Melancholici ingenio pollent.*

*Melancholici humoris imperium.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ptum, & tempus, & ordinem, & exitum pugnæ prænarraſſe. Quando verò anima tota in rationem convertitur, mediorum dæmonum efficitur domicilium: hinc rerum naturalium humanarumque nanciſcitur ſcientiam atq; prudentiam. Sic videmus hominem aliquem ſubito in philoſophum, vel medicum, vel oratorem egregium evadere, ex futuris autem prædicere quæ ad regnorum mutationes & ſeculorum reſtitutiones pertinent, quemadmodum Sibylla Romanis. Cùm verò anima tota in mentem aſſurrexerit, tunc ſublimium dæmonum receptaculum effecta, ab illis arcana ediſcit divinorum, puta Dei legem, ordines Angelorum, & quæ ad æternam rerum cognitionem, animarumque ſalutem pertinent. De futuris vero prævidet, quæ divinæ providentiæ adjacent, ut futura prodigia ſeu miracula, futurum prophetam, vel legis mutationem. Sic de Chriſto Sibyllæ ante adventum ejus longo tempore vaticinatæ ſunt. Sic Virgilius naſciturum Chriſtum jam in propinquo intelligens, Cumanæ Sibyllæ recordatus, cecinit ad Pollionem:

*Vltima Cumæi iam venit temporis ætas,*
*Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo,*
*Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,*
*Iam nova progenies cælo demittitur alto.*

Et paulò poſt innuens originalem culpam irritam fore, ait:

*Te duce ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri*
*Irrita perpetuò ſolvent formidine terras.*

Et ſubjungit:

*Ille Deum vitam accipiet, diviſq; videbit*
*Permixtos heroas, & ipſe videbitur illis,*
*Pacatumq; reget patriis virtutibus orbem.*

Subditque inde ſerpentis occaſum, & ligni mortis, ſive ligni ſcientiæ boni & mali venenum ſopitum iri, inquiens:

*Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni.*

Manſurum tamen originalis peccati fomitem innuit, cũ dicit:

*Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis.*

Tandem, qua poteſt maxima hyperbole hanc prolem acclamando Dei ſobolem, adorat his verbis:

*Chara Deum ſoboles magnum Iovis incrementum,*
*Aſpice convexo nutantem pondere mundum,*
*Et terras, tractuſq; maris, cœlumq; profundum:*
*Aſpice venturo lætentur ut omnia ſeclo.*
*O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ,*
*Spiritus & quantum ſat erit tua dicere facta.*

Sunt



Sunt etiam quædam prognoſtica, quæ inter confinia naturalis & tranſnaturalis divinationis media ſunt, ut in his qui morti proximi, & ſenecta debilitati, nonnunquam futura prævident: quia, ut inquit Plato in Repub. qui ſenſibus minus præpediti ſunt, eò acutius intelligunt: & quia loco quo ſunt migraturi viciniores ſunt, & quaſi jam paululum relaxatis vinculis, cùm omnino corpori amplius obnoxii ſunt, divinæ revelationis lumina facile percipiunt.

### *De formatione hominum, de ſenſibus exteris & intimis, ac mente: de triplici animæ appetitu, ac paſſionibus voluntatis.* CAP. LXI.

Est Theologorum quorundam opinio, Deum ipſum hominis primævi corpus non immediate creaſſe, ſed cœlicam adjutorio ex elementis compoſuiſſe atq; formaſſe. cui opinioni adſtipulatur etiam Alcinous ex Platonis dogmate, putans ſummum Deum mundi totius, deorumque & dæmonum creatorem eſſe, atque illa idcirco immortalia eſſe, cætera autem & mortalium animantium genera juniores deos ad mandatum ſummi Dei procreaſſe. nam ſi ipſe hæc etiam genuiſſet, immortalia nata fuiſſent. Dii itaque ex terra & igne, aëreque & aqua, portiones quaſdam mutuantes ligenteſq; invicem, corpus unum ex omnibus confecerunt, quod animæ miniſterium ſubjecerunt, ſingulis illius potentiis ſingulas in eo provincias aſſignantes; humilioribus quidem humiliores ſedes aſſignantes: quippe iracundiæ præcordia, cupidini uterum, nobiliores autem ſenſus in caput, veluti in totius corporis arcem: deinde ſermonis organa multifaria. Dividunt autem ſenſus in externos & intimos: externos deinde in quinque omnibus notiſſimos partiuntur, quibus pariter quinque organa ſive ſubjecta, quaſi fundamenta quædam attribuuntur, ſic diſpoſita, ut quæ eminentiore parte corporis collocantur, potiorem quoq; puritatis ordinem obtineant. oculi enim ſupremo loco collocati, puriſſimi ſunt, ignis luciſque naturæ ſunt cognati: deinde aures ſecundum & loci & puritatis ordinem obtinentes, comparantur aeri: tertium poſſident nares, mediam inter aerem aquamque continentes: deinceps verò guſtandi organum craſſius & aqueæ naturæ ſimillimum: poſtremo gradu tactus per totum diffuſus, terræ craſſitudini deputatur. Puriores autem ſenſus ſunt, qui non appropinquantes ſenſibilibus à longinquo percipiunt, ut viſus, & auditus: deinde etiam odoratus per mediũ aerem non appropinquan-

*Senſus exteriores quib. elementis reſpondeant.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tia percipit: guſtus autem non niſi propinqua ſentit. Tactus u-
troq; modo ſe habet, nam appropinquantia corpora ſentit: &
quemadmodũ viſus per medium aerem cernit, ita ẽt tactus per
mediam virgam vel baculũ, dura, mollia & humida ſentit. Ve-
rùm tactus ſolus è ſenſib. omni animali communis eſt: certiſ-
ſimum autẽ hunc ſenſum homo poſſidet. hoc namq; & guſtu
reliqua animalia præcellit: ſed in aliis trib. ſenſib. à quibuſdam
animalibus evincitur, ſicut à cane, qui homine acutius videt,
audit atq; olfacit: ſimiliter acutius multis cæteris animantib.
& homine vident, lynces & aquilæ. Senſus verò interiores, ut
vult Averrois, in quatuor partiti ſunt: quorũ primus commu-
nis appellatur, eò quòd omnes quæ per externos ſenſus hau-
riuntur imagines, primus colligit atq; perficit. Secundus, vis i-
maginativa, cujus officium eſt, cùm ipſa nihil præſentiat, ima-
gines à priorib. ſenſibus acceptas retinere, easq; tertiæ ſenti-
endi naturæ, quæ phantaſia exiſtimandi atq; cogitandi vis eſt,
offerre, cujus opus eſt, acceptis imaginibus, quid aut quale ſit
id, cujus illæ imagines ſunt, percipere atq; dijudicare, atq; ea
ipſa, quæ ſic diſcreverit, conjunxerit, perceperit, iudicaverit,
quartæ potentiæ, quam memoriam dicimus, ſervanda com-
mendare. Etenim illius in genere virtutes ſunt, diſcurſus, diſ-
poſitiones, perſecutiones & fugæ: atque concitationes ad a-
gendum. At in ſpecie intellectualium intellectiones, virtutes,
diſciplinæ, ratio, conſilium, electio. Hæc autem eſt, quæ per
ſomnia nobis futura monſtrat: unde phantaſia aliquando no-
minatur intellectus phantaſticus. eſt n. ultimum veſtigium in-
telligentiæ, quæ, ut ait Iamblichus, omnibus animi virib. ad-
nata, omnes figuras effingit, ſimilitudines ſpecierum, & ope-
rationes, viſaque ſeu impreſſiones virium aliarum tranſmittit
in alias: quæ quidem à ſenſu micant, in opinionẽ excitat: quæ
verò ab intellectu, ſecundo loco offert opinioni, ſed à ſe ipſa
ab omnib. imagines ſuſcipit, atq; per ſuam proprietatẽ, ſecun-
dum aſſimilationem propriè deſignat, omnes actiones animi ef-
fingit, atq; externas accommodat intimis, etiam corpori im-
preſſiones imprimit. Habent autem ſenſus iſti ſua organa in
capite. nam ſenſus communis cum imaginatione, priores ce-
rebri cellulas poſſidet, licet Ariſtoteles organum ſenſus com-
munis poſuerit in corde: cogitativa autem virtus, ſupremum
& medium capitis obtinet, deinde memoria poſtremum. Po-
rò organa vocis atque ſermonis multa ſunt, ſiquidem interio-
res pectoris inter latera, muſculi, thorax, pulmo, trachea, arteria,
fauces, & horum maximè, quod eſt cartilaginoſum, ſecundum
recur-

*Guſtu & tactu homo reliqua præcellit animalia.*

*Senſuum organa in capite.*



recurrentes nervos, & plectrum linguæ, & omnes hæ particu-
læ & muſculi, qui exſufflationis organa ſunt. Sermonis verò
organum proprium os eſt, in quo plaſmantur, formantur & fi-
gurantur verba & loquelæ, lingua & gurgulione, in illo ple-
ctri obtinentibus vicem, & palato ſonum faciente, dentium &
oris apertione, veluti in lyra chordarum ſimilitudinem refe-
rentibus, naſo inſuper ad ſonoritatem bonam aut malam con-
ferente. Supra ſenſibilem animam, quæ per corporis organa
vires ſuas explicat, ſupremum locum occupat mens ipſa in-
corporea, & hæ geminam naturam habens, Unam rerum ea-
rum, quæ naturæ ordine continẽtur, cauſas, proprietates pro
greſſusque perquirentem, & in veritatis contemplatione con-
ſtantem, quem idcirco contemplativum intellectum vocant.
Altera mentis natura ſive vis, quæ agenda, quæque fugienda
ſint conſultando diſcernens, tota in conſultatione & actione
verſatur, quem idcirco activum intellectum vocant. Hunc i-
taque ordinem potentiarum, natura ſtatuit in homine, ut per
exteriores ſenſus cognoſceremus corporalia, per interiores
autem hoc ſimilitudines corporum, & ulterius per mentem ſive
intellectum abſtracta, quæ nec corpora ſunt, nec eis ſimilia.
Secundum hunc triplicem potentiarum animę ordinem tres na-
ſcuntur in anima appetitus. Primus naturalis, qui eſt inclina-
tio quædam naturæ in ſuum finem, ut lapidis deorſum, qui in-
eſt omnibus: alius animalis, qui ſequitur ſenſus, diviſus in ira-
ſcibilem & concupiſcibilem: tertius intellectivus, qui appel-
latur voluntas, in hoc differens à ſenſitivo, qui eſt per ſe illo-
rum, quæ poſſunt offerri ſenſibus, nihil concupiſcens, niſi ali-
quomodo comprehenſum. Voluntas verò etſi ſit per ſe om-
nium poſſibilium, quia tamen libera eſt per eſſentiam, poteſt
etiam eſſe impoſſibilium, qualis fuit in dæmone appetente ſe
eſſe æqualem Deo: itaque voluptate & dolore continuò alte-
ratur & depravatur, dum inferioribus potentiis aſſentitur. Un-
de quatuor ex ejus depravato appetitu naſcuntur in eo paſſio-
nes, quibus ſimiliter corpus nonnunquam afficitur, quarum
prima vocatur oblectatio, quæ eſt mentis ſive voluntatis quæ-
dam mollities atque aſſentatio, quia illi quomodo ſenſus por-
rigunt ſuavitati libentiſſime conſentit, paret atque obſequi-
tur: quam idcirco definiunt eſſe inclinationem animi ad e-
molliatem voluptatem. Secunda verò dicitur effuſio, quæ
eſt remiſſio aut diſſolutio virtutis, quando videlicet ultra ob-
lectationem tota mentis vis atq; intentio præſentis boni dul-
cedine deliqueſcit ac defluit, penitusque ſe diffundit & effert

*Mentis gemina natura.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

adeo fruendum. Tertia dicitur jactantia, ſcilic. elatio geſtiens existimans ſe maximum quoddam bonum conſecutum, cujus poſſeſſione ſe inſolentius efferens, exultat & inaniter gloriatur. Quarta & ultima eſt malevolentia, voluptas quædam ex malo alterius ſine ſuo emolumento. Dicitur autem ſine emolumento ſuo, quia ſi quis ob utilitatem ſuam ex malo alterius gaudeat, hoc erit potius ex benevolentia in ſeipſum, quàm ex malevolentia in alios. Atq; his quatuor paſſionibus ex depravato voluptatis appetitu genitis, totidem contrarias paſſiones generat ipſe dolor, puta horrorem, triſtitiam, metum, & de bono alterius ſine ſuo detrimento dolorem, quam dicimus invidiam, hoc eſt, in alienis bonis triſtitiam, quemadmodum miſericordia triſtitia quædam eſt in alienis malis.

### *De paſſionibus animi, & earum origine, differentia, & ſpeciebus.* CAP. LXII.

PAſſiones animi nihil aliud ſunt, quàm quidam motus ſive inclinationes provenientes ex apprehenſione alicujus rei tanquam boni vel mali, convenientis vel diſconvenientis. Apprehenſiones autem hujuſmodi ſunt triplices, videlic. ſenſuales, rationales, mentales. Et ſecundum has triplices ſunt in anima paſſiones. nam quandoq; ſequuntur apprehenſionem ſenſitivam, & tunc reſpiciunt bonum aut malum temporale ſub ratione commodi vel incommodi, delectabilis & offenſivi, & dicuntur paſſiones naturales ſive animales: quandoq; ſequuntur apprehenſionem rationalem, & ſic reſpiciunt bonum aut malum ſub ratione virtutis & vitii, laudis & vituperii, utilis & inutilis, honeſti & turpis: & dicuntur paſſiones rationales ſeu voluntariæ: quandoq; ſequuntur apprehenſionem mentalem, & reſpiciunt bonum & malum ſub ratione juſti & injuſti, veri & falſi, & tunc dicuntur paſſiones intellectuales, ſive ſynderesis. Subjectum autem paſſionum animæ, eſt ipſa vis animæ concupitiva, & dividitur in concupiſcibilem & iraſcibilem, & utraq; reſpicit bonum & malum: ſed diverſimode. Vis enim concupiſcibilis quandoq; reſpicit bonum & malum abſolute, & ſic cauſatur amor ſeu libido, & è contrario odium: vel reſpicit bonum, ut abſens, & ſic cauſatur cupiditas ſeu deſiderium: & malum, ut abſens, ſed ut imminens, & ſic cauſatur horror, fuga, & abominatio: vel reſpicit bonum & malum, ut præſens & adeptum, & ſic oritur hinc delectatio, lætitia, voluptas: inde triſtitia, anguſtia, dolor. Vis autem iraſcibilis reſpicit bonum & malum ſub ratione difficultatis ad

adipiſcen-



adipiſcendum ſive obtinendum, fugiendum vel depellendum: & hoc quandoq; cum fidentia: & ſic cauſatur, hinc quidem ſpes, inde verò audacia: quandoq; cum diffidentia, & ſic oritur deſperatio, & metus, ſive timor. Quandoq; vis ipſa iraſcibilis ſurgit in vindictam, & hoc fit ſolum circa malum præteritum tanquam illatæ injuriæ, ſeu læſionis, & cauſatur ira. Et ſic reperimus undecim paſſiones in ipſo animo, quæ ſunt amor, odium, deſiderium, horror, lætitia, dolor, ſpes, deſperatio, audacia, timor, ira.

### *Quomodo paſſiones animi mutant corpus proprium, permutando accidentia, & movendo ſpiritum.* CAP. LXIII.

PAſſionum autem animæ, quando ſenſualem apprehenſionem ſequuntur, vim regitivam habet phantaſia, ſeu virtus imaginativa. Hæc n. de ſua potentia juxta paſſionum diverſitatem primò diverſimodè alterat & transmutat corpus proprium tranſmutatione ſenſibili, mutando accidentia in corpore, & movendo ſpiritum ſurſum vel deorſum, ad extra vel ad intra, & diverſas qualitates producendo in membris. Sic in gaudio ſpiritus expelluntur, in timore retrahuntur, in verecundia moventur ad cerebrum. Sic in gaudio dilatatur cor ad extra paulatim, in triſtitia conſtringitur paulatim ad intra. Simili modo in ira vel timore, ſed ſubitò. Rurſus ira vel cupiditas vindictæ producit calorem, rubedinem, amarum ſaporem, & alvi influxum. Timor inducit frigus, corpus trepidationem, vocis defectum, atq; pallorem. Triſtitia ſudorem, & albedinem cæruleam. Miſericordia etiam, quæ triſtitia quędam eſt, ſæpè miſerantis corpus malè afficit, ut alterius corpus vitiatur affectum. Palam quoq; eſt, inter amantes aliquos, tam fortem eſſe ligaturam amoris, ut quod patitur unus eorum, patiatur & alter. Anxietas enim inducit ſiccitatem, & nigredinem: quantos etiam colores cupido amoris concitet, in hepate & in pulſu, noſcunt medici, eo judicio nomen amatæ in paſſione heroica deprehendentes. Sic Eraſiſtratus cognovit Antiochum amore Stratonicæ captum. Manifeſtum præterea eſt, paſſiones ejuſmodi quando vehementiſſimæ ſunt, poſſe mortem inferre: & hoc apud vulgus palam eſt, nimia lætitia, amore, odio, interdum mori homines, ſæpe etiam morbo levari. Sic legimus Sophoclem & Dionyſium Siciliæ tyrannum, utrumq; accepto tragicæ victoriæ nuncio, ſubitò mortuos. Sic

*Animi paſſiones mortē nonnũquam inferunt.*

mater viſo filio è Cannenſi prælio redeunte repentè ob
Quid etiam triſtitia poſſit, omnibus notum eſt. Scimus eni
canes nimia triſtitia de morte dominorum ſuorum ſæpe mo
tuos fuiſſe. Nonnunquam etiam ex hujuſmodi paſſionib
morbi diuturni ſequuntur, & quandoque curantur. Sic eti
to deſpicientes aliqui præ timore nimio contremiſcunt, ca
gant, infirmantur, quandoque ſenſus amittunt. Sic ſingult
febres, morbi comitiales quandoque ſequuntur, quando
vero recedunt, quandoque mirabiles quidam effectus pro
niunt, ut in Crœſi filio, quem genitrix mutum ediderat, 
tus vehemens, aviditaſque vocem excuſſit, quam natura
negaverat. Sic repentino quodam caſu affectum, ſæpe vi
ſenſus, motus, ſubitò membra deſerunt, ac ſæpè ſtatim re
runtur. Quantum etiam conjuncta magnanimi audacia
hemens ira faciat, ipſe oſtendit Magnus Alexander, qui in
dia prælio circumventus, lumen & ignem ex ſe profudi
viſus eſt. Theodotici pater ignis ſcintillas ex toto corpo
profudiſſe legitur, ita, ut ſcintillantes flammæ hinc inde
iam cum ſono proſilirent. Atque horum ſimilia nonnunqu
in belluis apparent, ſicut de Tiberii equo, quem ore flam
geraſſe proditum eſt.

*Quomodo paſſiones animi immutant corpus per modum imita*
*& ſimilitudine. Item de transformatione ac tranſlatione hom*
*& quas vires vis imaginativa non ſolum in corpus, ſed*
*etiam in animam obtineat.*

## CAP. LXIV.

PAſſiones ſupradictæ quandoq; alterant corpus per mod
imitationis, propter virtutem quam habet ſimilitudo
ad tranſmutandum, quam vehemens movet imaginatio,
in ſtupore & congelatione dentium ex viſu vel auditu ali
vel quia videmus vel imaginamur alium comedere res a
ſic videns alium oſcitare ēt oſcitat, & aliqui cùm audiunt
ta nominare, lingua aceſcit: moleſtia etiam tetri alicuju
ctaculi guſtum inficit, & provocat nauſeam: quidam ſang
humani aſpectu ſyncopātur: nonnulli cùm alicui amaru
bum afferri vident, ſentiunt in ore ſalivam amaram. Et
Guliel. Pariſienſis ſe vidiſſe hominem, qui ſolo aſpectu m
cinæ movebatur, quoties opus erat motu expurgationi
tamen nec ſubſtantia medicinæ, nec ſapor, nec odor ip
ipſum perveniſſet: ſed ſola ſimilitudo apprehenſa. Hac ra
ſomniantes ſe ardere, vel eſſe in igne, quandoq; cruciant
tolerabiliter, tanquā ſi verè ardeant, cùm tamen veritas &



ſtantia ignis apud eos non eſt, ſed ſola ſimilitudo per imagi-
nationem apprehenſa. Nonnunquam etiam ipſa humana cor- *Mira ima-*
pora transformantur, transfigurantur q;, & tranſportantur, ſe- *ginationis*
pequidem in ſomniis, nonnunquam etiam in vigilia. Sic Cyp- *vis.*
pus qui poſtea electus eſt rex Italiæ, dum taurorum pugnam
victoriamq; vehementius admirans meditatur, in illa cura ob-
dormiens noctem mane corniger repertus eſt; non aliunde,
quàm virtute vegetativa vehementi imaginatione ſtimulata,
corniferos humores in caput elevante, & cornua producente.
Vehemens enim cogitatio dum ſpecies vehementer movet, in
illis rei cogitatæ figuram depingit, quam illi in ſanguine effin-
gunt: ille nutritis à ſe imprimit membris, cùm propriis, tum a-
liquādo etiam alienis: ſicut imaginatio prægnantis in fœtum
imprimit rei deſideratæ notam: & imaginatio morſi à cane ra-
bido, in urinam imprimit imagines canum. Sic multi ſubito
caneſcunt. alius è puero, unius noctis ſomnio, in virum perfe-
ctum excrevit. Huc multi etiam Dagoberti regis cicatrices, &
Franciſci ſtigmata referre volunt, dum ille correptionem ve- *Franciſci*
hementer timet, alter Chriſti vulnera vehementius contem- *ſtigmata.*
platur. Sic multi ēt tranſportantur de loco ad locum tranſeun-
tes flumina & ignes, & loca inacceſſa: quando videl. vehemen-
tia alicuius concupiſcentiæ aut timoris, vel audaciæ ſpecies
ſpiritib. impreſſæ, vaporibus permixtæ movent organum ta-
ctus in ſua origine, unà cum phātaſia, quæ motus localis prin-
cipium eſt. Unde concitantur membra & organa motus ad
motum, moventurq; ſine errore ad locum imaginatum, non
quidem ex viſu, ſed ex phantaſia interiore. Tanta eſt vis ani-
mæ in corpus, ut quorſum ipſa imaginatur & ſomniat, ipſum
corpus ſimul attollat atq; tradûcat. Legimus alia pleraq; ex-
empla, quibus vis animæ in corpus cum admiratione explica-
tur, quale illud ſcribit Avicenna de quodam, qui cùm vellet,
corpus ſuum paralyſi oblædebat. Narratur de Gallo Vibio, cui
hoc accidit uni, ut in inſaniam non caſu incideret, ſed judicio
perveniret: nam dum inſanos imitatur, dum ingenii lenoci-
nium furorem putat, quam adſimulabat inſaniam, ad veram
adegit. Et Auguſt. refert, quoſdam qui aures pro arbitrio mo-
verent, & qui immoto capite verticem totam deponerent ad
frontem, revocarentque cùm vellent: & alium quendam ſoli-
tum ſudare, ubi vellet. Notum quoque eſt, aliquos flere cùm
volunt, & ubertim lacrymas profundere: quoſdam etiam re-
pertos, qui eorum quæ deglutiſſent, varia paulatim tanquam
de ſacculo, quod placuiſſet, proferrent. Et hodie adhuc vide-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

mus plures, qui avium, pecorum, canum, hominumq́ue quorumq́ue voces ſic imitantur, exprimuntq́ue, ut diſcerni omnino non poſſint. Iam verò & fœminas in mares mutatas fuiſſe, multis exemplis narrat Plinius: & ſimilia & ſuo tempore accidiſſe teſtatur Pontanus, de quadam muliercula Cajetana, & altera quadam Æmilia, cùm utraq́; nupta, poſt plures annos in viros mutatæ ſunt. Quantum autem ipſa imaginatio poſſit in animam, nemo ignorat: eſt enim ſubſtãtiæ animæ vicinior quàm ſenſus, quare etiam plus agit in animam quàm ſenſus: ſic mulier per introductas certis magicis artificiis fortes imaginationes, ſomnia, ſuggeſtiones ſępiſſime ligatur in amorem alicujus arctiſſimum. Sic perhibent Medeam ex ſolo ſomnio exarſiſſe in amorem Jaſonis. Sic anima nonnunquam per vehementem imaginationem, vel ſpeculationem, à corpore omnino abſtrahitur, quemadmodum Celſus narrat de quodam presbytero, qui quoties collibuiſſet, auferebat ſe à ſenſibus, & jacebat ſimilis mortuo, ut cùm pungeretur & ureretur, non ſentiret ullum dolorem, jacebatq́; immotus & ſine anhelitu: hominum tamen voces, ſi altius inclamaſſent, tanquam è longinquo ſe audiſſe poſtea referebat. Verùm de his abſtractionibus latius in poſterioribus diſſeremus.

## *Quomodo paſſiones animi etiam operantur extra ſe in corpus alienum.* CAP. LXV.

PAſſiones animæ quæ phantaſiam ſequuntur, quando vehementiſſimæ ſunt, non ſolũ poſſunt immutare corpus proprium, verùm etiam poſſunt tranſcendere ad operandum in corpus alienum: ita, quòd admirabiles quædam impreſſiones inde producantur in elementis, & rebus extrinſecis, atque etiam morbos quoſdam animi ſive corporis, ſic poſſent auferre vel inferre. Nam paſſiones animæ ſunt potiſſima cauſa temperamenti corporis proprii. Sic anima fortiter elevata, & vehementi imaginatione accenſa, immittit ſanitatem, vel ægritudinem, non ſolum in corpore proprio, ſed etiam in corporibus alienis. Sic putat Avicenna, quod ad imaginationem alicujus cadat camelus. Sic qui morſus à cane rabido in rabiem incidit, apparent in urina ejus figuræ canum. Sic prægnantis mulieris cupiditas in corpus alienum agit, quando inficit fœtum in alvo, rei deſideratæ nota. Sic multæ monſtroſæ generationes prodeunt ex monſtroſis prægnantium imaginibus, quemqualem refert Marcus Damaſcenus apud Petram ſanctam, oppidum in Piſanis confinibus ſitem, Carolo Bœmiæ Regi & Impe-



Imperatori oblatam puellam, toto corpore feræ inſtar hirſutam & villoſam, quam mater religioſo quodam horrore, in imaginem Divi Joannis Baptiſtæ, quæ ad lectulum erat, dum conciperet affecta, talẽ poſtea progeneravit. Atq́; id non ſolum in hominibus, ſed etiam brutis animantibus fieri ſpectamus. Sic legimus Jacobum patriarcham, virgis in aquam projectis, diſcoloraſſe oves Laban. Sic pavonum aliarumq; volucium cubantium imaginariæ vires, pennis colorem imprimunt: unde albos producimus pavones, cubantium habitacula albis linteis circumpendentes. Iamq́ue his exemplis patet, quomodo phantaſiæ affectus, ubi vehementius ſe intenderint, non modò corpus proprium, ſed & alienum afficiunt. Sic etiam maleficorum nocendi cupiditas, fixis obtutibus, quàm perniciosiſſimè homines faſcinat. Aſſentiunt iſtis Avicenna, Ariſtoteles, Algazel & Galenus. Manifeſtum enim eſt, corpus à vapore alterius corporis morbidi facillimè infici, quod in peſte & lepra palam videmus. Rurſus, in vaporibus oculorum tanta vis eſt, quòd poſſunt proximum faſcinare atq́; inficere, ſicut regulus & catablepa aſpectu ſuo homines interimunt: & fœminæ quædam in Scythia, apud Illyricos & Triballos, quẽ iratæ aſpexerant, interimebant. Nemo ergò miretur, corpus atq́; animã unius, ab animo alterius poſſe ſimiliter affici, cùm ſit animus longè potentior, fortior, ferventior, motuq́; valentior, quàm vapores ex corporibus exhalantes, nec etiam deſunt media, per quæ operetur: neq́; præterea minus ſubjicitur corpus alieno animo, quàm alieno corpori. Hoc modo ferunt hominem, ſolo affectu atq́; habitu agere in alterum: ideoque præcipiunt Philoſophi, conſortium malorum atq́; infelicium hominum procul fugiendum, horum ſiquidem anima noxiorum plena radiorum, calamitoſa contagione propinquos inficit: contra, bonorum ac felicium conſortia præcipiunt appetenda, quoniam ſua propinquitate multum nobis proſunt. Sic ut enim odor ex aia fœtida, vel muſco: ſic ex malo mali, & ex bono boni, aliquid proſilit in proximum, ac diu quandoq́ue perſeverat infuſum. Nunc verò ſi paſſiones ſupradictæ tantam vim habent in phantaſia, certe majorem habent in ratione, quatenus jam ratio ipſa, phantaſia eſt excellentior. Multò demiq; majorem in mente hæc enim quando ad beneficium aliquod tota animi intentione erga ſuperos defigitur, ſæpe corpus tam proprium quàm alienum, circa quod eſt affectum divino aliquo munere afficit. Hoc modo legimus ab Apollenio Pythagora, Empedocle, Philolao multisq́ue prophetis, & et-

*Pavones albi quomodo producãtur.*

*Ratio excellentior phãtaſia.*

iam noſtræ religionis ſanctis, miracula facta fuiſſe. De his latius patebit inferius, ubi de religione diſſeremus.

*Quod paſſiones animi plurimum iuvantur ab opportunitate cœleſti: & quam neceſſaria ſit in omni opere ipſa animi conſtantia.* CAP. LXVI.

PAſſiones animi cum cœlo plurimum adjuvantur, & adjuvant, potentiſſimęq; evadunt, quatenus cum cœlo conſentiunt vel naturali quodam pacto, vel voluntaria electione ſe libero arbitrio. Nam, ut inquit Ptolemæus. Qui elegit id quod melius eſt, nihil differre videtur ab eo, qui habet hoc ex natura. Conducit ergo maxime in quovis opere ad beneficia cœleſtia ſuſcipienda, ſi cogitationibus, affectibus, imaginationibus, electionibus, deliberationibus, contemplationibus, & ſimilibus, nos quoque è cœlo conſonos præſtiterimus. Paſſiones enim ejuſmodi ſpiritum noſtrum ad ſimilitudinem ſuam vehementer agitant, ac ſubito nos noſtraq; ſuperis exponunt ejuſmodi paſſiones ſignificantibus: tum etiam ob dignitatem & propinquitatem ſuam cum ſuperioribus multò magis atque amplius cœleſtia capiunt, quam res quævis materiales. poteſt n. animus noſter per imaginationem vel rationem quadam imitatione, ita alicui ſtellę conformari, ut ſubito ejuſdem ſtellæ muneribus impleatur, tanquam ſui influxus proprium receptaculum. Mens verò contemplatrix quatenus ſe ab omni ſenſu, imaginatione, natura, deliberatione ſe vocat, & ad ſeparata ſe revocat, niſi quatenus Saturno ſe exponit, præſentis indagationis non exiſtit. Multa enim mens noſtra per fidem operatur, quæ eſt firma adhæſio, fixa intentio, & vehemens applicatio operantis aut ſuſcipientis, in quacunq; re ad ipſum cooperantem & dantem vim ad opus, quod facere intendimus, adeo, ut fiat quodammodo in nobis idolum virtutis ſuſcipiendæ, & rei in nobis vel à nobis faciendæ. Debemus igitur in quovis opere & rerum applicatione vehementer affectare, imaginari, ſperare, firmiſſimeq; credere: id enim plurimum erit adjumento. Et verificatum eſt apud medicos firmam credulitatem, ſpem indubiam, & amorem erga medicum & medicinam, ad ſanitatem plurimum conferre, etiam aliquando vel plus quàm medicinam. Nam cum hoc quod operatur medicinæ virtus & efficax vis, operatur etiam medici fortis animus, potens immutare qualitates in corpore ægroti maxime quando ille medico adhibens fidem eo ipſo ſeſe diſponit ad medentis & medicinæ virtutem ſuſcipiendam. Ideoq; oportet

in magia



in magia operantem eſſe conſtanti credulitate, confidentem & de conſecutione effectus nullatenus dubitare, nec animo hæſitare. Nam ſicut firma & pertinax credulitas mirabilia operatur, etiam nonnunquam in operibus falſis: ſic diffidentia atque hæſitatio virtutem animi operantis, quæ inter utrunq; extremum medium eſt, diſſipat atque frangit. Unde contingit optatum à ſuperioribus influxum fruſtari atque deperdi, qui ſine animi noſtri ſtabili ac ſolida virtute rebus & operibus noſtris conjungi atque uniri minimè poteſt.

*Quomodo animus humanus poteſt coniungi cum cœleſtium animis & intelligentiis, atq; ſimul illis mirabiles quaſdam virtutes rebus inferioribus imprimere.* CAP. LXVII.

DIcunt Philoſophi, maximè Arabes, animum humanum quando per ſuas paſſiones & effectus ad opus aliquod attentiſſimus fuerit, conjungi ipſum cum ſtellarum animis, etiam cum intelligentiis: & ita quoq; conjunctam cauſam eſſe, ut mirabilis quædam virtus operib. ac rebus noſtris infundatur, cum quia eſt in eo rerum omniũ apprehenſio & poteſtas, tum quia omnes res habent naturalem obediẽtiam ad ipſum, de neceſſitate efficaciam, & movent ad id quod deſiderat nimis forti deſiderio. Et ſecundum hoc verificatur artificiũ characterum, imaginum, incantationum & ſermonũ quorundam, & plurimorum aliorum experimentorum mirabilium ad omnem rem, quam animus affectat. Hoc modo quicquid dictat animus vehementer amantis, efficaciam habet ad amorem & quicquid dictat animus fortiſſimè odientis, habet efficaciam nocendi & deſtruẽdi. Similiter & in cæteris, quæ adfectat animus forti deſiderio. Omnia n. quæ tunc agit & dictat ex characteribus, figuris, verbis, ſermonibus, geſtibus & ejuſmodi, omnia ſunt adjuvantia appetitum animæ & acquirunt mirabiles quaſdam virtutes, tum ab anima operantis in illa hora, quãdo ipſam appetitus ejuſmodi maximè invadit, tum ab opportunitate & influxu cœleſti animum tunc taliter movente. Animus n. noſter quãdo fertur in aliquem magnum exceſſum alicujus paſſionis vel virtutis, arripit ſæpiſſimè ex ſeipſo horam vel opportunitatem fortiorem meliorem & magis convenientem. Quod etiam Thom. Aquinas 3. lib. contra Gentiles fatetur. Sic mirandæ multæ virtutes admirabiles quaſdam operationes cauſantur & ſequuntur, per grandes affectiones in rebus illis, quas dictat tunc anima in illa hora ad illas.

*Res omnis naturalem habet ad animum humanum obedientiam.*

Sed

Sed ſerias ejuſmodi res nihil, vel ſaltem parum niſi autori earum conferre, atque illi, qui jam inclinatur ad illas, ac ſi jam eſſet autor, illarum; & hic eſt modus per quem invenitur efficacia ipſarum. Et eſt generalis regula in iſtis, quod omnis animus qui eſt magis excellens in ſuo deſiderio & affectu ipſo, efficit ſibi res hujuſmodi magis aptas, efficaces, ad id quod appetit. Oportet igitur quencunq; volentem operari in Magia, ſcire & cognoſcere ſuæ ipſius animæ proprietatem, virtutem, menſuram, ordinem & gradum in potentia ipſius univerſi.

*Regula generalis.*

### *Quomodo animus noſter poteſt permutare & ligare res inferiores ad id quod deſiderat.* CAP. LXVIII.

INeſt etiam hominum animis virtutis quædam immutandi, attrahendi, impediendi & ligandi res & homines ad id quod deſiderat, & omnes res obediunt illi quando fertur in magnū exceſſum alicujus paſſionis, vel virtutis, in tantum ut ſuperet eos quos ligat. Superius enim ligat, quod inferius eſt, & ad ſe convertit: & inferius eadem ratione ac ſuperius convertitur, vel aliter afficitur aut agitatur. Hac ratione res quæ ſuperiorem alicujus ſtellæ obtinent gradum, ligant vel attrahunt, vel impediunt res, quæ tenent inferiorem, prout inter ſe conveniunt vel diſconveniunt. Hinc timetur gallus à leone, quoniā præſentia ſolaris virtutis convenit gallo magis quàm leoni: ſic magnes trahit ferrum, quia in ordine cœleſtis urſæ ſuperiorem obtinet gradum: ſic adamas impedit magnetem, quia in ordine Martio ſibi eſt ſuperior. Simili modo homo aliquis cum per ſui animi affectiones, tum etiam per rerum naturalium ritas adhibitiones cœleſtibus dotibus opportune expoſitus, ſi in virtute ſolari fortior evaſerit, ligat & trahit inferiorem in admirationem & obedientiam: in ordine lunari ad ſervitutem vel infirmitatem: in Saturnali ad quietem vel triſtitiā: in Jovio ad venerationem exhibendam: in Martio ad timorem vel diſcordiam: in Venereo ad amorem vel lætitiam: in Mercuriali ad perſuaſionem & obſequium, & ſimilia. Radix verò hujuſmodi ligationis ipſa eſt affectio animæ vehemens & exterminata, cum concurſu ordinis cœleſtis. Diſſolutiones aūt vel impeditiones hujuſmodi ligationis fiunt per contrarium effectum, & illum excellentiorem & fortiorem, nam ſicut major animi exceſſus ligat, ita etiam ſolvit & impedit. Denique ubi times Venerem, oppone Saturnum: ubi Saturnum times aut Martem Venerem oppone vel Jovem, hos enim inimicos & maximè contrarios invicē ferunt eſſe aſtrologi. Hoc intel-

*Ligationis radix.*

lige



lige affectus diverſos & contrarios in iſtis inferioribus cauſantes, nam in cœlo quidem, ubi nihil deficit, ubi amore cuncta reguntur, odium ſeu inimicitia eſſe minime poteſt.

### *De ſermone atque virtutibus verborum.* CAP. LXIX.

OStenſo itaque in animi affectibus magnam reſidere virtutem, ſciendum inſuper eſt, non minorem ineſſe verbis rerumq; nominibus, maximam præterea in ſermonibus & orationibus complexis. Quibus potiſſimum à brutis differimus & rationales dicti ſumus, non à ratione, quæ ſecundum animam accipitur, quam capacem affectam appellant, quam Galenus dicit etiam bruta animalia nobiſcum habere communem, licet alia magis, alia minus: ſed rationales dicimur à ratione, quæ juxta vocem in verbis & ſermone intelligitur, quæ vocatur ratio enunciativa, qua parte cæteris animantibus maxime antecellimus, nam λόγος Græcis & rationem & ſermonem & verbum ſonat. Eſt autem verbum duplex, internum videlicet & prolatum: internum verbum eſt conceptus mentis & motus animæ, qui in cogitativa præſentia ſine voce fit. Quemadmodum in ſomnis nobis loqui & diſputare videmur, & vigilia etiam ſilentes, ſæpe totam aliquam percurrimus orationem. Verbum autem prolatum quendam in voce & locutionis proprietate actum habet: & cum anhelitu hominis oris apertione & ſermone linguæ profertur: in quo parens natura corpoream vocem & ſermonem, menti & intellectui copulavit, enunciativam & conceptuum intellectus noſtri interpretem illam faciēs ad audientes, de quo nobis hic dicendum eſt. Sunt itaq; verba aptiſſimum medium inter loquentem & audientem deferentia ſecum non tantum conceptum, ſed & virtutem loquentis energia quadam transfundentia in audientes & ſuſcipientes, tanta ſæpe potentia, ut non immutent ſolummodo audientes, ſed etiam alia quędam corpora & res inanimatas. Illa autem verba præ cæteris majoris efficaciæ ſunt, quæ res majores, puta intellectuales, cœleſtes, & tranſnaturales, & expreſſius, tum myſterioſius repræſentant: quæque à digniore lingua, & ſanctiori dignitate inſtituta ſunt. Hæc enim veluti ſigna quædam & repræſentationes, ſeu ſacramenta rerum cœleſtium & ſupernaturalium vim obtinent, cum ex virtute rerum explicatarum, quarum vehicula ſunt, tum ex vi inſita à virtute inſtituentis & proferentis.

De vir-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

### *De virtute propriorum nominum.* CAP. LXX.

ria no- rerum qui- ſunt.

PRopria rerum nomina magicis operationibus plurimum neceſſaria teſtantur ferè omnes. Nam quum vis rerum naturalis procedit primò ab objectis ad ſenſus, deinde ab his ad imaginationem, ab hac deniq; ad mentem, in qua concipitur quidem primò, deinde per voces & verba exprimitur. Dicunt idcirco Platonici in hac ipſa voce, ſive verbo, ſive nomine, jam ſuis articulis formato, ipſam vim rei ſub ſignificationis forma, quaſi vitam aliquam latere: primo ab ipſa mente quaſi per ſemina rerum conceptam, porrò per voces ſive verba quaſi partum editam, poſtremo etiam ſcriptis ſervatam. Hinc dicunt magi, propria rerum nomina eſſe quoſdam rerum radios ubique ſemper præſentes, rerumque vim ſervantes, quatenus eſſentia rei ſignatæ in ipſis dominatur & diſcernitur, atq; per res illa tanquam per proprias & vivas imagines agnoſcuntur. Sicut enim ex cœlorum influxibus & elementis cum virtutibus planetarum ſummus opifex producit diverſas ſpecies & res particulares: ſic ſecundum eorundem influxuum & influentium proprietates propria rerum nomina reſultant & impoſita ſunt ab eo, qui numerat multitudinem ſtellarum omnibus eis nomina vocans, de quibus nominibus alibi dicit Chriſtus: Nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Hos itaq; cœleſtium influxus rerumque ſingularum proprietates cognoſcens protoplaſtes, nomina rebus ſecundum earum quidditates impoſuit, ſicut ſcriptum eſt in Geneſi, Quia adduxit Deus cuncta, quæ creaverat coram Adam, ut nominaret illa: & ſicut ipſe vocavit rem, hoc eſt nomen illius, quæ quidem nomina profecto admirandas in ſe rerum ſignificatarum continent vires. Omnis itaque vox ſignificativa primò ſignificat per influxum harmoniæ cœleſtis, ſecundario per impoſitionem hominis licet frequentius aliter & aliter per hanc atq; per illam: quando autem in aliqua voce ſive nomine concurrunt utræque ſignificationes, quæ ab harmonia, & quæ ab hominibus impoſitæ ſunt, tunc geminata virtute, naturali videl. & voluntaria, nomen illud ad agendum redditur efficaciſſimum, quoties debitis locis & temporibus & ſolennitate cum intentione exacta in materiam diſpoſitam, & à natura ſua ab illo patibilem fuerit prolatum. Sic legimus apud Philoſtratum, quòd cum Romæ puella quædam nuptiarum die mortua Apollonio oblata eſſet, contacta virgine nomen ejus accuratè inquiſivit, quo cognito aliquod occultum pronunciaſſe, quo puella revixerit. Erat etiam Romanis



Romanis in ſacrorum ritu obſervatio, ut cum urbem aliquam obſiderent, ejus proprium nomen, nomenque illius numinis in cujus tutela eſſet urbs illa, diligenter exquirerent, quibus cognitis carmine quodam tunc ejus urbis tutelares deos evocarent: urbemq; ipſam habitantesque devoverent, atque ſic tandem abſentibus divis devincerent, ſicut canit Virgilius:

*Exceſſere omnes adytis arisq; relictis,*
*Dii quibus imperium hoc ſteterat.---*

Carmen verò, quo evocabantur numina hoſtesque devovebantur, cùm oppugnatione civitas cingeretur, qui noſſe velit, apud Livium & Macrobium requirat, ſed & plura illorum narrat Serenus Samonicus in libris Reconditorum.

### *De ſermonibus complexis, & carminibus, incantamentorumque virtutibus, & aſtrictionibus.* CAP. LXXI.

VLtra verborum atq; nominum virtutes, alia quoque major virtus reperitur in orationibus complexis à veritate in eis contenta, quæ maximam vim imprimendi, immutandi, ligandi & ſtabiliendi habet, adeò ut exagitata magis ſplendeat, impugnata magis firmetur & conſolidetur, quæ veritatis virtus non eſt in verbis ſimplicibus, ſed in enunciationibus, quibus aliquid affirmatur, aut negatur, cujuſmodi ſunt carmina, incantamenta, imprecationes, deprecationes, orationes, invocationes, obteſtationes, adjurationes, exorciſmata & hujuſmodi. In componendis itaq; carminibus & orationib. pro attrahenda ſtellæ aut numinis alicujus virtute, oportet diligenter conſiderare, quas in ſe quælibet ſtella continet virtutes, effectus & operationes, atq; hæc carminib. inſerere laudando, extollendo, ampliando, exornando, quæ ſolet ſtella hujuſmodi afferre & influere: deprimendo & improbando, quæ ſolet deſtruere & impedire: ſupplicando & obteſtando, pro eo quod cupimus adipiſci: accuſando & deteſtando, id quod volumus deſtrui & impediri, atq; ea ratione orationem carminis componere ornatam, elegantem, ac per articulos certis competentibus numeris, & proportionibus debitè diſtinctam. Iubent præterea magi invocandum & precandum, per nomina ejuſdem ſtellæ ſive nominis, quibus tale carmen attinet, & per ſua mirabilia, ſive miracula, per curſus ſuos & vias ſuas in ſphæra ſua, per lumen ſuum, per nobilitatem regni ſui, per gratiam & claritatem, quæ in eo eſt, per fortes, & mirabiles virtutes ſuas, & per horum ſimilia. Quemadmodum apud Apuleium

Pſyche

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Pſyche precatur Cererem: Rogo te, inquiens, per frugiferā
tuam dexteram conſtanter deprecor, per lętiferas meſſium ce-
remonias, per tacita ſecreta ciſtarum, per famulorum tuorum
draconum pinnata curricula, & glebæ Siculæ ſulcamina, &
currum rapacem, & terram tenacem, & illuminatarum Pro-
ſerpinæ nuptiarum Xemeacula, & luminoſarum filiæ inven-
tionum remeacula, & cætera quæ ſilentio tegit Eleuſis, Atticæ
ſacrarium. Præterea cum multijugis ſtellarum nominibus, ju-
bent nos etiam invocare per nomina intelligentiarum ipſis
ſtellis præſidentium, de quibus ſuo loco dicimus latius. Qui
autem ampliora horum exempla cupit, hymnos Orphei ſcru-
tetur, quibus nihil in magia naturali eſt efficacius, ſi illis debi-
ta harmonia cum omni attentione cæteræque circunſtantiæ,
quas norunt ſapientes, adhibitæ fuerint. Sed ad propoſitum
noſtrum revertamur. Ejuſmodi itaq; carmina aptè atque con-
ad ſtellarum normam compoſita intellectu ſenſuq; pleniſſi-
ma, vehementi affectu opportune pronunciata, tum ſecun-
dum eorum articulorum numerum & proportionem, atque
ſecundum formam ex articulis reſultantem una, atq; per ima-
ginationis impetum vim maximam conſpirant in incantanto
atq; ſubinde traijciunt in rem incantatam ad illam ligandam,
aut dirigendam, quorſum affectus ſermonesq; incantantis in-
tenduntur. Inſtrumentum verò ipſum incantantium eſt ſpiri-
tus quidam puriſſimus, harmonicus, calens, ſpirans, vi-
motum, affectum, ſignificatum ſecum ferens, ſuis articulis
compoſitus, præditus ſenſu, ratione denique conceptus: per
hujus itaque ſpiritus qualitatem, per cœleſtem ejus ſimilitudi-
nem, præter ea quæ dicta ſunt, etiam ex opportunitate tem-
poris excellentiſſimas cœlitus concipiunt carmina virtutes,
multò quidem ſublimiores, & efficaciores quàm ſpiritus, &
vapores ex vita vegetabili, ex herbis, radicibus, gummis, aro-
matibus, ſuffitibus, & his ſimilibus exhalantes. Atque ideo ſo-
lent Magi incantantes res ſimul afflare, & verba carminis ſu-
halare, ceu virtutem ipſo ſpiritu inſpirare, ut ſic tota ani-
virtus dirigatur in rem incantatam ad ſuſcipiendam dictam
virtutem diſpoſitam. Atque hic eſt notandum, quòd omnis
ratio, & ſcriptura, & verba, ſi verba, ſicut per conſuetos ſo-
numeros & proportiones atque formam conſuetos induc-
motus: ita etiam præter ſolitum ordinem, & retrogra-
dè prolata, aut ſcripta, ad inſolitos mo-
vent effectus.

De incan



*De incantamentorum mirabili potentia.*

## CAP. LXXII.

INcantationum itaque ſive carminum tantam ferunt eſſe potentiam, ut penè omnem naturam poſſe ſubvertere credatur, quemadmodum inquit Apulejus, Magico ſuſuramine amnes agiles reverti, mare pigrum colligari, ventos unanimes expirari, olem inhiberi, lunam deſpumari, ſtellas evelli, diem tolli, noctem teneri: & de eiſdem canit Lucanus:

*Ceſſavère vices rerum, dilataq; longa*
*Hæſit nocte dies, legi non paruit æther,*
*Torpuit & præceps audito carmine mundus.*

Et paulò antè:

*Carmen Theſſalidum dura in præcordia fluxit,*
*Non fatis adductus amor.* & alibi:
*Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni*
*Excantata perit.* -----

Item Virgilius in Dæmone:

*Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam.*
*Carminibus Circe ſocios mutavit Vlyſſis.*
*Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.* & :
*Atq; ſatas alio vidi traducere meſſes*

Et Ovidius, in, Sine titulo inquit:

*Carmine læſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbam,*
*Deficiunt læſi carmine fontis aquæ.*
*Ilicibus glandes cantataq; vitibus uva*
*Decidit, & nullo poma movente fluunt.*

Quæ ſi vera non eſſent, non tam arctè ſtatuta pœna legibus ſancitum eſſet contra eos, qui fruges excantaſſent.
Et Tibullius de quadam incantatrice ait:

*Hanc ego de cœlo ducentem ſidera vidi,*
*Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.*
*Hæc cantu finditq; ſolum, maneſq; ſepulchris*
*Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.*
*Cum libet, hæc triſti depellit nubila cœlo:*
*Cum libet, æſtivo convocat orbe nives.*

De quibus omnibus venefica illa ſe multum jactare videtur apud Ovidium, cum ait:

*Cum volui ripis ipſis mirantibus amnes*
*Infontes rediere ſuos, concuſſaq; ſiſto:*
*Stantia concutio cantu freta, nubila pello,*
*Nubilaq; induco, ventos abigoq; vocoq;:*
*Vipereas rumpo verbis & carmine fauces,*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*Vivaq́ȝ ſaxa ſua convulſaq́ȝ robora terræ,*
*Et ſylvas moveo. iubeoq́ȝ tremiſcere montes,*
*Et mugire ſolum, maneſq́ȝ exire ſepulchris,*
*Te quoq́ȝ luna traho.---*

Omnes prætereа poëtæ canunt, & philoſophi non negant, poſſe carminibus miranda multa effici, ut pelli ſegetes, co- fulmina, vel imperari, curari morbos, & ejuſmodi. Nam & Ca- to in re ruſtica contra beſtiarum morbos quibuſdam urebatur cantionibus, quæ adhuc in ſcriptis ejus extant. Solomo- nem quoque ejuſmodi incantationes caluiſſe, Joſephus teſta- tur. Narrat quoq; Celſus Africanus juxta Ægyptiorum do- ctrinam, humanum corpus juxta ſignorum zodiaci, facierum numerum, per totidem, ſcilicet triginta ſex dæmones curari, quorum ſinguli propriam partem ſuſcipiunt atque tuentur, quorum nomina propria voce appellant, quibus invocatis in- cantamentis ſuis vitiatas corporis partes ſanitati reſtituunt.

## *De virtute ſcripturæ, & de imprecationibus & inſcriptionibus faciendis.* CAP. LXXIII.

OFficium verborum atq; ſermonis eſt interiora mentis e- nunciare, ac de penetralib. cogitationum ſecreta depro- mere, voluntatemq́; pandere loquentis. Scriptura autem ipſa ultima mentis expreſſio eſt, ſermonis vociſq; numerus, col- lectio, ſtatus, finis, continentia & iteratio faciens habitum, qui unius vocis actu non perficitur. Et quicquid in mente, in vo- ce, in verbo, in oratione, in ſermone eſt, totum hoc, & omne etiam in ſcriptura eſt. Et ſicut nihil quod mente concipitur, voce non exprimitur: ſic nihil quod exprimitur, non etiam ſcribitur. Atq; idcirco dicunt magi in quovis opere faciendo imprecationes & inſcriptiones, quibus operans ſuum expri- mat affectum, ut ſi herbam colligat, vel lapillum proferat, dicat & inſcribat quem uſum id faciat: ſi fabricet imaginem, dicat & inſcribat ad quem effectum ea fiat, quas quidem imprecationes & in- ſcriptiones etiam Albertus ſpeculo ſuo non improbat, ſine quibus opera noſtra non deduceretur in effectum: ſiquidem diſpoſitio non cauſat effectum, ſed actus diſpoſitionis. Inveni- mus quoque idem præceptorum genus antiquis in uſu fuiſſe, quod vel ipſe teſtatur Virgilius, ubi canit:

*Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore*
*Licia circundo, terq́ȝ hæc altaria circum*
*Effigiem duco.---* & paulò pôſt:
*Necte tribus nodis ternos Amarilli colores,*
*Necte Amarylli modo, & Veneris, dic, vincula necto.*

Et ib-



Et ibidem:

*Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit*
*Uno eodemq́ȝ igni, ſic noſtro Daphnis amore.*

## *De proportione, correſpondentia, reductione literarum ad ſigna cœleſtia, & planetas ſecundum varias linguas cum tabella hoc indicante.* CAP. LXXIV.

DEdit Deus homini mentem atque ſermonem, quæ (ut ait Mercurius Triſmegiſtus) ejuſdem virtutis, potentiæ, atque immortalitatis præmium cenſetur. Sermonem verò hominum ipſe omnipotens Deus ſua providentia in diverſas linguas diviſit, quæ quidem linguæ juxta ſuam diverſitatem etiam diverſos, ac proprios receperunt ſcripturæ characteres, ſuo quodam certo ordine, numero & figura conſtantes: non fortuitò, nec caſu, nec fragili hominum arbitrio, ſed divinitus ſic diſpoſitos atque formatos, quo cum cœleſtibus atque ipſis divinis corporibus virtutibuſque conſentiant. Præ omnibus verò linguarum notis Hebræorum ſcriptura omnium ſanctiſſima eſt in figuris characterum, punctis vocalium & apicibus accentuũ, veluti in materia, forma & ſpiritu conſiſtens: *Hebræorum ſcriptura ſanctiſſima.* in ſede Dei, quod cœlum eſt, ſiderum poſitione primùm exaratæ, ad quorum figuram, ut teſtantur Hebræorum magiſtri, ſunt formatæ ipſæ literæ myſteriorum cœleſtium pleniſſimæ, tum per eorum figuram, & formam, & ſignificata, tum per numeros, in illis ſignificatos, tum per earundem variam colligantiæ harmoniam. Unde ſecretiores Hebræorum Mecubales ex literarum illarum figura, & characterum formis, earundemque ſignatura, ſimplicitate, ſeparatione, tortuoſitate, directione, defectu, abundantia, majoritate, minoritate, coronatione, apertura, clauſura, ordine, tranſmutatione, colligantia, revolutione literarum, & punctorum, & apicum, ac ſupputatione numerorum per literas ſignificatorum omnia explicare promittunt, quomodo à prima cauſa profecta ſunt, & rurſus in eandem reducibilia. Trifariam præterea partiuntur Hebræi alphabeti ſui literas, videlicet in duodecim ſimplices, ſeptem duplices, & tres matres, quas tanquam characteres rerum ſignificare dicunt duodecim ſigna, ſeptem planetas, & tria elementa, videlicet ignem, aquam, terram: nam aerem non elementum, ſed velut elementorum glutinum & ſpiritum habent. His etiam puncta & apices coordinant. Sicutque ex planetarum & ſignorum aſpectibus ſimul cum operantis opifice ſpiritu & veritate omnia producta ſunt &



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

producuntur: ita ex his literarum characteribus & punctis illis producta ſignificantibus conſtituuntur rerum omnium nomina, veluti ſacramenta quædam & vehicula rerum explicatarum, illarum eſſentiam & vires ubique ſecum ferentes. Horum profunda ſenſa & ſacramenta in characteribus illis illorumque figuris, numeris, ſitu, ordine & revolutione inhærent, ut Origenes idcirco exiſtimet ea nomina in aliud idioma traducta propriam vim minimè retinere, quia non retineant ſuam naturalem ſignificationem: ſola enim nomina primaria, quæ ſunt rectè impoſita, quia ſignificant naturaliter, activitatem habent naturalem: non ſic eſt de his, quæ ſignificant ad placitum, quæ activitatem non habent, ut ſignificativa, ſed ut in ſe res quædam naturales. Si qua autem eſt lingua prima, & cauſalis, cujus verba habent naturalem ſignificationem, hanc conſtat eſſe Hebraicam, cujus ordinem qui profundè & radicaliter tenuerit, atq; illius literas proportionabiliter revolvere voluerit, cujuſcunq; idiomatis perfectè inveniendi normam & regulam habebit. Sunt itaque viginti duæ literæ fundamentum mundi, & omnium creaturarum quæ ſunt, & nominantur in eo. & omne dictum, & omne creatum, ex illis ſunt, & ex earum revolutionibus nomen, & eſſe, & virtutem ſortiuntur. Oportet autem illarum inveſtigatorem per ſingulas literarum combinationes tamdiu diſcurrere, quouſq; pateat vox Dei, & apertus ſeſe offerat ſacratiſſimarum literarum textus: hinc enim voces, & verba in magicis operibus efficaciam habent, quia illud in quo primum magiam exercet natura, vox eſt Dei. Sed hæc altioris ſpeculationis exiſtũt, quam ut in hoc libro tractanda veniant: Sed ad literarum partitionem redeamus. Harum apud Hebræos tres matres ſunt: videlicet, אמש Septem duplices, videl. בגדכפרת. Reliquæ duodecim, videlicet הוזחטילנסעצק ſimplices ſunt. Eadem ratio apud Chaldæos eſt. Ad harum imitationem etiam cæterarum linguarum literæ ſignis & planetis atque elementis quodam ordine diſtribuuntur. Nam ex Græcis ΑΕΗΙΟΥΩ ſeptem planetis reſpondet, ΒΓΔΖΚΛΜΝΠΡΣΤ duodecim ſignis zodiaci attribuuntur. Cæteræ quinque ΘΞΦΧΨ quatuor elementa & mundi ſpiritum repræſentant. Apud Latinos vero hæc eadem, ſed alio ordine ſignificantur. Nam vocales quinque, AEIOV, atque I & V conſonantes, ſeptem planetis aſcribuntur. Conſonantes verò BCDFGLMNPRST præſunt duodecim ſignis: cæteri, ſcilicet KQXZ quatuor faciunt elementa. H aſpiratio mundi ſpiritum repræſentat. Y, quia Græcus & non Latinus character eſt, & Græcis verbis ſolum inſerviens, ſui idiomatis ſequitur naturam. Verùm illud non eſt ignorandum, Hebræas literas compertum à ſapientibus omnium eſſe efficaciſſimas, quia habent ſimilitudinem maximam cum cœleſtibus, & mundo. Cæterarum verò linguarum literas tantam efficaciam non habere, quia ab illis remotius diſtant. Harum verò diſpoſitiones ſequens tabella explicabit. Habent etiam literæ quæque ſui ordinis numeros duplices, extenſos videlicet, qui quotas literarum ſecundum ſuum ordinem ſimpliciter exprimunt, atque collectos, qui præcedentium omnium literarum numeros ſecum recolligunt: deinde etiam numeros integrales, qui ex literarum nominibus juxta varios numerandi modos reſultant. Quorum numerorum vires qui cognoverit, poterit in unaquaque lingua per ſuas literas admiranda elicere myſteria, pariterque & præteritorum & futurorum temporum colligere vaticinia. Sunt inſuper & alia literarum cum numeris myſterioſa conjugia, ſed de his omnibus in ſequentibus libris abundè differentes, huic priori libro hîc finem imponemus.





НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ♈ | ה | | B | B |
| ♉ | ו | | Γ | C |
| ♊ | ח | | Δ | D |
| ♋ | ט | | Z | F |
| ♌ | ל | | K | G |
| ♍ | מ | | Λ | L |
| ♎ | נ | | M | M |
| ♏ | ס | | N | N |
| ♐ | ע | | Π | P |
| ♑ | צ | | P | R |
| ♒ | ק | | G | S |
| ♓ | ש | | T | T |
| ♄ | ב | | A | A |
| ♃ | ג | | Ɛ | E |
| ♂ | ד | | H | I |
| ☉ | כ | | I | O |
| ♀ | פ | | O | V |
| ☿ | ר | | Y | I conſo. |
| ☽ | ת | | Ʊ | V conſo. |
| Terre | א | | ⊙ | K |
| Aqua | ד | | Ξ | Q |
| Aer | | | Φ | X |
| Ignis | ר | | X | Z |
| Spiritus | | | Ψ | H |



# AMPLISSIMO DOMINO, PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, Hermanno ab Vuyda, Principi Electori, Weſtphaliæ & Angariæ Duci, Domino & Archipræſuli Colonienſi & Padebornenſi, Domino ſuo gratioſiſſimo: Henricus Cornelius Agrippa ab Netteſheym.

## S. P.

*EN nunc (Princeps illuſtriſsime ampliſsimeque Præſul) reliquos occultioris philoſophiæ ſive magiæ libellos, quos nuper me editurum fuiſſe quando priorem illorum in lucem dedi, tuæ magnidecentiæ promiſeram: ſed repentinus fermè & inopinatus divæ Margarethæ Auſtriacæ Principis meæ obitus ſuperveniens, ab illo edendi ſtudio tunc me retardavit. Deinde, quò minus ederentur, obſtitit nonnullorum roſtratorum ſycophantarum, atque ſcholaſticorum aliquot ſophiſtarum improbitas, ob editam de Vanitate ſcientiarum & excellentia verbi Dei declamationem, ſine intermiſsione contra me ſævientium, & acerba odii, invidiæ, livoris & calumniarum continuatione contra me certantium: quorum alii elato ſupercilio, plenis buccis, declamatoria voce in templis apud promiſcuum populum me impietatis traducebant: alii angularibus ſuſurramentis per ſingulas domos vicatim imperitorum aures mea infamia complebant: alii per publica & privata conciliabula, Pontifices & Principes ipſumque Cæſarem contra me inſtigabant. Hinc hæſitare cœpi, eſſemne reſiduos hos libellos editurus, quum ſubdubitarem hoc ipſo me maioribus obiicere calumniis, & veluti ex fumo in flammam conicere, timorque quidam ruſticus invaſit, ne illos edendo tibi moleſtus plus quàm officioſus viderer, ac etiam tuæ*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*ſublimitati zoilorum illorum conſtarem invidiam, pariterque detrahentium linguis te obiicerem. Quæ omnia cúm me variæ deſperatione perturbarent, hæſitationem meam tuæ intelligentiæ perſpicacitas, exacta diſcretio, candor iudicii, ſine ſuperſtitione religio, cæteræque in te notiſſimæ virtutes & maior omni exceptione autoritas atque integritas, quæ obtrectantium linguas facile continere, atque etiam refrænare poſſent, excuſſo timore erexerunt impuleruntque id rurſum audentius aggredi, quod iam propè ex deſperatione deſerveram: Accipe igitur nunc* Princeps *illuſtriſſime, bono animo hunc ſecundum occultioris philoſophiæ librum, in quo cœleſtis magiæ myſteria immamus, patefactis omnibus atque monſtratis, quæ de iis perita rerum prodit antiquitas, quæque ad notitiam noſtram pervenerunt, quò ſtudioſis & horum arcanorum curioſis poſt naturalium virium oſtenſionem, etiam cœleſtis magiæ arcana, hactenus neglecta, & parum iuſta notitia à poſteris apprehenſa, nunc tuo auſpicio per eos proponantur: è quibus quotuſquiſque poſthac profecerit, aut aliquid fructus excerpſerit, tibi referat adſcribatque gratiam, qui huius editionis occaſio fuiſti: quodque foribus patefactis hæc è vinculis emitterentur, facultatem præſtitiſti.*

HEN-



# HENRICI CORNELII AGRIPPÆ DE OCCVLTIORE Philoſophia, ſive de Magia.

## LIBER II.

### *De neceſſitate Mathematicarum diſciplinarum, atq; de mirandis multis operibus, quæ ſolis mathematicis artibus perpetrantur.* CAP. I.

MAthematicæ diſciplinæ ad Magiam tam ſunt ne-
ceſſariæ atque cognatæ, ut qui hanc abſque illis
profiteatur, is tota aberret via, fruſtraq; laboret,
minimeque deſideratum adſequatur effectum.
quæcunque enim ſunt & fiunt in iſtis inferioribus naturalibus
virtutibus, omnia hæc numero, pondere, menſura, harmonia,
motu & lumine fiunt atque reguntur: & omnes res, quas vi-
demus in iſtis inferioribus, habent radicem & fundamentum
in illis: nihilominus tamen etiam abſque naturalibus virtuti-
bus, ex ſolis mathematicis diſciplinis, opera naturalibus ſimi-
lia produci poſſunt, ut inquit Plato, res non quidem veritatis
& divinationis particeps, ſed ſimulachra quædam ſibiipſis co-
gnata, ut corpora euntia, vel loquentia, quæ tamen carent vir-
tute animali, quales fuerunt, quę apud antiquos Dædali ſimu-
lachra, & αὐτόματα appellata ſunt, & quorum Ariſtoteles me-
minit, Vulcani & Dædali tripodes ſeipſos moventes, quos
ſponte ſua in certamen prodiiſſe narrat Homerus: & quos le-
gimus in Hiarbæ Gymnonoſophiſtæ convivio ſeipſos mo-
taſſe, aureaſque ſtatuas pincernarum, & ſtructorum operam
convivis præſtaſſe. Leguntur etiam ſtatuæ Mercurii, quæ lo-
quebantur, & columba Architæ, quæ lignea volabat: & quæ
narrat Caſſiodorus Boetii miracula, Diomedem in ære bucci-
nantem, æneum anguem inſibilantem, ſimulatas aves cantile-
næ dulcedinem emittentes. Hujuſmodi generis ſunt quæcun-
que ex Geometria, & Optica prodeunt ſimulacrorum mira-
cula, de quibus in prioribus, ubi de elemento aeris locuti fui-
mus, fecimus mentionem. Sic fiunt ſpecula, alia concava, alia
columnaria, facientia rerum ſimulachra in aere, remotis extra
ſe ſpaciis velut umbras videri. cujuſmodi Apollonius, & Vitel-
lius in ſuis libris de Perſpectiva & ſpeculis docuere. & legimus
Magnum Pompeium ſpeculum quoddam inter ſpolia ex ori-
ente Romam attuliſſe, in quo armatorum conſpiciebantur ex-

*Speculorum mira artificia.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

erçitus. Et fiunt ſpecula quædam tralucida, quæ certis quibuſdam herbarum ſuccis infecta, artificialique lumine irradiata, totum circumvicinum aërem mirabilib. implent phantaſmatibus. Et novi ego fabricare duo ſpecula reciproca, in quibus lucente ſole omnia quæcunq; illius radiis illuſtrantur, per remota plurium miliarium ſpacia evidētiſſimè cernuntur. Hinc magus expertus philoſophiæ naturalis, & matheſeos, cognitisq; medii ſcientiis ex his utriſq; exiſtentibus, Arithmetica, Muſica, Geometria, Optica, Aſtronomia, & quæ ponderibus, menſuris, proportionibus, articulis & juncturis ſcientiæ ſunt: cognitisq; etiam mechanicis artib. ex illis reſultantibus, quid mirum ſi ſupra cæteros homines arte & ingenio præcellens, mirabilia multa operetur, quæ etiam prudentiſſimi quique & ſcientiſſimi valde admirentur? Nonne in hunc diem veſtigia extant antiquorum operum, putà Herculis, & Alexandri columna, portæ Caſpiæ ex ære conflatæ, & ferreis trabibus obſeratæ, ut nullo ingenio & arte eludi poſſint? & Julii Cęſaris Romæ juxta Vaticanum erecta pyramis, & in medio mari extructi arte montes & arces, ſaxorumq; moles, cujuſmodi ego in Britannia vidi, vix credibili arte congeſtas. Et legimus apud fidos hiſtoricos, ſimilibus artibus olim abſciſſas rupes, completas valles, & actos in planum montes, perfoſſa ſaxa, adaperta mari promontoria, excavata terrę viſcera, diducta flumina, juncta marib. maria, coercita æquora, ſcrutataq; maris profunda, exhauſtos lacus, exſiccatas paludes, factas novas inſulas, rurſusq; alias reſtitutas continenti. Quæ omnia etſi cū natura ipſa pugnare videantur, tamen legimus facta, & in hunc diem cernimus illorum veſtigia, ejuſmodi vulgus dæmonum opera fuiſſe fabulatur, cùm eorū artes atq; artifices à memoria perierint, nec ſint qui curent ea intelligere atq; ſcrutari. Ideoque mirandum ſpectaculum aliquod videntes, cæcutientes intellectu effectum omnem in dæmones rejiciunt, aut miracula putant, quæ aut naturalium, aut mathematicarum diſciplinarum ſunt opera. Ut ſi quis ignoret virtutem magnetis, videatque grave ferrum ſurſum ferri, aut in aera ſuſpendi, ſicut olim Mercurii idolum ferreum apud Treverim in medio tēpli magnetis lapidibus legitur ſuſpenſum, hoc atteſtante verſiculo:

*Ferreus in medijs volitat caducifer auris.*

Simile cujus etiam de Solis idolo in Serapis templo apud Ægyptum factum legimus: nonne protinus dicet, quoniam dæmonum opus eſt? ſi verò cognoverit virtutem magnetis ad ferrum, & expertus fuerit illam, ceſſat omnis ſua admiratio, & nullus



nullus ſuper erit ſcrupulus, illud eſſe opus naturæ. Atque hic vos ſcire convenit, quòd ſicut per res naturales virtutes colligimus naturales: ita per res abſtractas, mathematicas & cœleſtes, virtutes ſuſcipimus cœleſtes, putà motum, vitam, ſenſum, ſermonem, præſagium & divinationem: etiam in materia minus diſpoſita, ut quæ non natura, ſed arte ſola fabricata ſit: & ita dicuntur fieri poſſe imagines loquentes, & futura prædicentes, ſicut narrat Gulielmus Pariſienſis de capite æneo ſub ortu Saturni conflato, quod humanis vocibus loqui perhibent. Qui verò eligere noverit materiam diſpoſitam, & patiendi paratiſſimam, agensque fortiſſimum, hic indubios potentioresque producet effectus. Eſt enim Pythagoreorum generalis ſententia, ſicut mathematica ſunt formaliora Phyſicis, ita eſſe actualiora, & ſicut in ſuo eſſe minus dependent, ita etiam in ſuo operari: inter omnia autem mathematica, numeros, ut ſunt formaliores, ita etiam eſſe actualiores, quibus virtutem & efficientiam tam ad bonum quàm ad malum, non ſolum ethnicorum philoſophi, ſed etiam Hebręorum, ac Chriſtianorum attribunt theologi.

## *De numeris, eorundemq; potentia & virtute.* CAP. II.

Inquit Severinus Boëthius: Omnia quæcunque à primæva rerum natura conſtructa ſunt, numerorum videntur ratione formata. hoc n. fuit principale in animo conditoris exemplar: hinc elementorum multitudo mutuata eſt, hinc temporum vices, hinc motus aſtrorum, & cœli converſio, omniumq; ſtatus numerorum colligatione ſubſiſtit. Sunt itaq; numeri magnarum ſublimiumq; virtutum potentes. Neq; enim mirum eſt, cùm in rebus naturalibus ſint tot ac tantę virtutes occultę, licet manifeſtarum operationum, eſſe in ipſis numeris multò quidem majores, occultiores, mirabiliores atque efficaciores, quatenus ipſi ſunt formaliores, perfectiores, cœleſtibus inſiti, ſeparatis ſubſtantiis immixti, denique maximam & ſimpliciſſimam habentes cum ideis in mente divina commixtionem à quibus proprias & efficaciſſimas vires ſortiuntur: quamobrem etiam ad dęmoniaca & divina munera conſequenda plurimum valent, plusque poſſunt, quemadmodum in rebus naturalibus qualitates elementales in tranſmutando ad aliquod elementale multum valent atq; poſſunt. Rurſus omnia quæ ſunt atq; fiunt, certis numeris ſubſiſtunt, virtutemq; ſortiuntur. Tempus enim cōſtat numero, omniſq; motus & actio, & omnia quæcunq; tempori & motui ſubjecta ſunt: concentus *Omnia certis conſtant numeris.*

etiam

etiam atque voces per numeros, eorumque proportionem vim habent atque conſtant, proportioneſque ex numeris ortæ, per lineas & puncta conſtituunt characteres & figuras: & hi ſunt proprii operibus magicis, medio exiſtente inter utroſque appropiatio per declinationem ad extrema, ut in uſu litterarum. Deniq; omnes ſpecies naturalium, & eorum quæ ſupra naturam ſunt, certis numeris aſtringuntur: quod intuens Pythagoras, numerum eſſe inquit, quo cuncta conſtant, diſtribuitq; ſingulis ſingulas virtutes. & Proclus ait: Numerus ſemper exiſtit: alius tamen in voce, alius in earum proportione, alius in anima & ratione, & alius in divinis. Themiſtius verò & Boëthius & Averrois Babylonius cum Platone, ſic numeros extollunt, ut neminem abſq; illis poſſe rectè philoſophari putent. Loquuntur autem de numero rationali & formali, non de materiali, ſenſibili ſive vocali, numero mercatorum, de quo Pythagorici & Academici & Auguſtinus noſter nihil curant: ſed intendunt ad proportionem ex illo reſultantem, quem numerum naturalem, & formalem & rationalem vocant, ex quo magna ſacramenta emanant, tam in naturalibus, quàm divinis atque cœleſtibus. Per illum habetur proximus acceſſus ad prophetiam naturalem: atque ipſe Abbas Joachim in prophetiis ſuis alia via, quàm per numeros formales non proceſſit.

### *Quantas virtutes numeri poſſideant in rebus cùm naturalibus tùm tranſnaturalibus.* CAP. III.

IN numeris itaque mirandam latere efficaciam & virtutem tam ad bonum quàm ad malum, non modò ſplendidiſſimi philoſophi unanimiter docent, ſed etiam doctores Catholici præ cæteris Hieronymus, Auguſtinus, Origenes, Ambroſius, Gregorius Nazianzenus, Athanaſius, Baſilius, Hilarius, Rabanus, Beda, & plures alii confirmant. Hinc Hilarius in commentariis ſuper Pſalmos, teſtatur ſeptuaginta ſeniores ſecundùm numerorum efficaciam Pſalmos in ordinem redegiſſe. Rabanus quoque Doctor præclarus, de numerorum virtutibus ſingularem librum compoſuit. Cæterum nunc in natura quantas virtutes poſſident numeri, patet in herba, quæ pentaphyllon, hoc eſt, quinquefolium dicitur, hæc enim virtute quinarii reſiſtit venenis, pellit dæmonia, confert expiationi: atque ejus folium bis quotidie unum vino ſumptum, curat ephemeram: tria, tertianam, quatuor, quartanam. Similiter ſeminis heliotropii grana quatuor pota, quartanis: tria verò ter-

*Penthaphylli herba virtutes.*

tianis



tianis prodeſſe dicuntur. Simili modo verbenaca febribus in vino mederi fertur, ſi in tertianis à tertio geniculo: in quartanis, à quarto inciſa fuerit. Serpens ſi ſemel calamo percutiatur, interit: ſi ſecundario, confirmatur. Hæc & ejuſmodi plura apud varios autores teſtificata leguntur. Unde autē hæc fiant, cauſam certè habent, quæ eſt ipſa varia variorum numerorum ad ſe invicem proportio. Mirum quoq; de ſeptenario experimentum, quod maſculus omnis ſeptimus abſque fœmella intermedia natus, vim habet curandi ſcrophulas ſolo tactu vel verbo. Similiter filia quæq; ſeptima nata, miro modo partum adjuvare traditur: nec attenditur hic numerus naturalis, ſed formalis ratio, quæ eſt in numero. Illudque quod ſupra diximus, ſemper mente teneatur, non in vocalibus & mercatoriis numeris has vires eſſe, ſed in rationalibus, formalibus & naturalibus, hæc Dei & naturæ ſacramenta, diſtincta atque contenta. Quicunq; autem noverit numeros vocales & naturales cum divinis conjungere, & eandem conſonantiam temperare, hic per numeros poterit operari mirabilia, & etiam cognoſcere. Pythagorici etiam multa ſeſe prognoſticare profitebantur per numeros nominum, in quibus profectò niſi magnum aliquod lateret myſterium, non dixiſſet Joannes in Apocalypſi: qui habet intellectum, computet numerum nominis beſtiæ, qui eſt numerus hominis: & hic modus computandi, penes Hebræos & Cabaliſtas celeberrimus eſt, ſicut infra oſtendemus. Sed illud ſciendum eſt, quòd numeri ſimplices ſignificant res divinas: denarii, cœleſtes: centenarii, terreſtres: millenarii, quæ futuri ſunt ſeculi. Præterea cùm partes animi ſecundum Arithmeticam mediocritatem, propter identitatem ſeu exceſſuum æqualitatem invicem copulantur: corpus verò, cujus partes magnitudinibus differunt, ſecundum Geometricam mediocritatem compoſitum ſit: animal verò ipſum, ex utroque, anima ſcilicet & corpore, ſecundum eam, quæ harmoniæ convenit, mediocritatem conſtat: hinc eſt quod numeri plurimùm operantur in animam, figuræ in corpora, concentus autem in ipſum animal.

*In numeris hic quid cōſiderandum.*

*Numerorū ſignificatio.*

### *De unitate, & eius ſcala.* CAP. IV.

NUnc particulatim de numeris ipſis determinemus: quia verò numerus nihil aliud eſt quàm unitatis repetitio, primò ipſam unitatem conſideremus. Unitas enim omnem numerum ſimpliciſſimè penetrat, omniumq; numerorum communis menſura, fons & origo, omnem numerum in ſe unicè conjunctum continet, multitudinis omnis inſors, ſemper ea-

dem

dem & immutabilis: unde & in ſeipſam multiplicata, nihil producit niſi ſeipſam: diviſibilis eſt, partium omniũ expers: quod ſi dividi aliquando fingatur, non ſecatur, ſed multiplicatur, ſed in unitates: nulla tamen harum unitatum major, vel minor eſt tota unitate, quemadmodum pars minor eſt tota: multiplicatur itaq; non in partes, ſed in ſeipſam: ideoque hanc alii concordiam, alii pietatem, alii amicitiam nuncupavere, quòd ita nectatur, ut non ſecetur in partes: ſed & Martialis ex Ariſtotelis ſententia, Cupidinem aſſerit nominatã, ex eo quòd unum ſolum ipſa ſit, & ſe quæri ſemper velit, & ultra nihil habeat, ſed expers totius elationis aut copulæ, in ſe proprias detorquet ardores. Unum itaq; omnium rerum principium eſt & finis, neq; ipſum principium aut finem habens: nihil uno prius eſt, nihil uno poſterius. Unum omnium rerum principium eſt, & usque ad unum omnia ſunt, & ultra ipſum nihil eſt, & omnia quæ ſunt, unum ipſum deſiderant: quia omnia ab uno proceſſerant, & ut ſint eadem omnia, ab illo uno participare neceſſe eſt, & ſicut omnia ab uno in multa proceſſerũt, ſic cuncta quæ ad illud unum à quo proceſſerunt, redire conantur, neceſſe eſt exuere multitudinem. Unum igitur ad ſummũ refertur Deum, qui cùm ipſe ſit unus & innumerabilis, innumeras tamen de ſe creat, & intra ſe continet. Unus itaq; eſt Deus, unius Dei unus mundus, unius mundi unus ſol, unus quoque in mundo phœnix, rex unus in apibus, dux unus in gregibus: in armentis rector unus, & grues unam ſequuntur, & multa alia animantia unitatem venerantur. Inter membra corporis, unum eſt principium, à quo reliqua reguntur, ſive id ſit caput, ſive (ut alii volunt) cor. Unum eſt elementum vincens, & omnia penetrans, ignis. Una res eſt à Deo creata, ſubjectum omnis mirabilitatis, quæ in terris, & in cœlis eſt, ipſa eſt actu animalis vegetalis & mineralis, ubiq; reperta, à pauciſſimis cognita, à nullis ſuo proprio nomine expreſſa: ſed innumeris figuris & ænigmatibus velata, ſine qua neque alchymia, neque naturalis magia, ſuum completum poſſunt attingere finem. Ab uno homine Adamo, omnes producti ſunt: ab uno illo omnes mortui ſunt: ab uno IESU CHRISTO ruſſus regenerati ſunt: & quod ait Paulus. Unus Dominus, una fides unũ baptiſma: Unus Deus & Pater omnium, unus mediator Dei & hominum: unus altiſſimus Creator qui ſuper omnes, per omnia & in omnib. nobis, unus enim Pater Deus, à quo omnia, & nos in illo: unus Deus JESUS CHRISTUS, qui per omnia, & nos per ipſum: unus Deus Spiritus S. in quem omnia, & nos in ipſum.

*Unitatis nomina.*

*Unitatis excellentia.*





*SCALA UNITATIS.*

| | | |
|---|---|---|
| *In mundo archetypo.* | י Iod. | *Una divina eſſẽtia, fõs oĩs virtutis & poteſtatis, eiusq; nomẽ unica ſimpliciſſima litera expreſſũ.* |
| *In mundo intellectuali.* | Anima mundi. | *Una ſuprema intelligentia, prima creatura fons vitarum.* |
| *In mundo cœleſti.* | Sol. | *Unus rex ſtellarum, fons lucis.* |
| *In mundo elementali.* | Lapis philoſophorum. | *Unum ſubiectum & inſtrumentum omnium virtutum naturalium & tranſnaturalium.* |
| *In minore mundo.* | Cor. | *Unum primum vivens, & ultimum moriens.* |
| *In mundo infernali.* | Lucifer. | *Unus princeps rebellionis Angelorum & tenebrarum.* |

## *De dualitate & eius ſcala.* CAP. V.

Binarius primus numerus eſt, quia prima multitudo eſt, à nullo poteſt numero metiri præterquam à ſola unitate omnium numerorum menſura communi: non compoſitus ex numeris, ſed ex ſola unitate una & una coordinatus: nec dicitur numerus compoſitus, ſed magis proprie, non compoſitus: ternarius aũt primus numerus incompoſitus dicitur: binarius autem primum unitatis germen, & prima procreatio: hic Geneſis dicitur, & Juno, & opinabilis corporatio motusq; primi probamentũ, primaq; forma paritatis. Numerus primę æqualitatis, extremitatis & intervalli: ideoq; juſtitię peculiaris, ejuſque proprius actus, eo quòd duobus gaudeat pariter ponderatis: diciturq; numerus ſciẽtię, & memoriæ & lucis & numerus hominis, qui aliter & minor mundus dicitur, diciturq; numerus charitatis & mutui amoris, nuptiarũ & ſocietatis, ſicut dictum eſt à Domino: Erunt duo in carne una: Et Eccleſiaſt. ait: Melius duos eſſe ſimul quàm unum: habent n. emolumentum ſuæ ſocietatis: ſi unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe: & ſi dormierint duo, fovebuntur mutuo, unus quomodo calefiet? & ſi quiſpiam prævaleat contra unum, duo reſiſtunt ei. Et dicitur

*Binarij appellationes.*

numerus connubii & ſexus, duo enim ſunt ſexus, maſculinus & fœmineus: & columbæ bina ova pariunt, ex quorum primo maſculum, ex ſecundo fœminam excludunt. Diciturque medietas, capax, bona malaq; participans, principium diviſionis, multitudinis & diſtinctionis, & ſignificat materiam. Dicitur aliquando hic etiam numerus diſcordiæ & confuſionis, infortunii & immundiciæ, unde Divus Hieron. contra Jovinian. inquit, quod ideo in ſecundo die creationis mundi non fuit dictum, Et vidit Deus quoniam bonum: quia binarius numerus ſit malus. Hinc eſt etiam, quare juſſerit Deus omnia animalia immunda in arcam bina ingredi: quia binarius (ut dixi) numerus immunditiæ eſt, eſtq; in auſpiciis infeliciſſimus, præſertim ſi res illæ à quibus auſpicium capitur, Saturniæ ſint vel Martiæ: nam hæ duę infortunæ numerantur ab aſtrologis. Ferunt etiam binarium adferre occurſacula umbrarum, terriculamenta larvarum, nocumenta malorum ſpirituum his, qui nocte iter faciunt. Pythagoras (ut Euſebius refert) unitatem Deum eſſe dicebat, & bonum intellectum: dualitatem verò dæmonem ac malum, in quo materialis eſt multitudo: quare Pythagorici dicunt binarium non eſſe numerum, ſed confuſionem quandam unitatum. Et Plutarchus ſcribit, Pythagoreos unitatem Apollinem nuncupare, diadalitem & audaciam, triada juſtitiam, quæ eſt ſumma perfectio, neque tamen vocat multis myſteriis. Hinc duæ tabulæ legis in Sina, duo cherubim reſpicientes in propiciatorium apud Moſen, duæ olivæ ſtillantes oleum apud Zachariam, duæ naturæ in Chriſto, divina & humana: hinc duas Dei apparitiones videl. facies & poſteriora, vidit Moſes: item duo teſtamenta, duo præcepta charitatis, duæ primæ dignitates, duo primi populi, duo genera dæmonum, boni & mali, duæ creaturæ intellectuales, Angelus & anima, duo luminaria magna, duo ſolſtitia, duo æquinoctia, duo poli, duo elementa producentia animam viventem, terra & aqua.





SCALA BINARII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *In Archetypo.* | יה Iah. אל El. | | *Nomina Dei duarum literarum.* |
| *In mundo intellectuali.* | *Angelus.* | *Anima.* | *Duæ ſubſtantiæ intelligibiles.* |
| *In mundo cœleſti.* | *Sol.* | *Luna.* | *Duo Luminaria magna.* |
| *In mundo elementali.* | *Terra.* | *Aqua.* | *Duo elementa producentia animam viuentem.* |
| *In minore mundo.* | *Cor.* | *Cerebrũ.* | *Duo principatus animæ.* |
| *In mundo infernali.* | *Behemoth Fletus.* | *Leuiathã, Stridor dentium.* | *Duo quæ comminatur Chriſtus damnatis.* |

*De Triade, & eius ſcala.* *CAP. VI.*

TErnarius primus numerus incompoſitus, numerus ſacer, numerus perfectionis, numerus potentiſſimus. tres enim ſunt perſonę in Deo, tres ſunt virtutes Theologales in religione. Hinc eſt, quòd ad cæremonias deorum & religionis plurimum hic numerus confert, ut cuius auſpicio preces & libamina tertiò repetuntur. Unde canit Virgilius.,

*- - - - Numero Deus impare gaudet.*

Et Pythagorici utebantur eo in ſanctificationibus & purificationibus, unde apud Virgil.

*Idem ter ſocios pura circumluit unda.*

Eſtq; etiam ligationibus aptiſsimus; hinc illud Virg.

*Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore.*
*Licia circumdo, terq; hæc altaria circum*
*Effigiem duco - - -* Et paulò poſt;
*Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,*
*Necte Amarylli modò, & Veneris, dic, vincula necto.*

Et de Medea legimus:

*Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos.*
*Quæ mare turbatum, quæ flumina concita ſiſtunt.*

Et apud Plinium; Terna deſpuere deprecatione in omni me-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

dicina mos fuit atque ex hoc affectus adiuvari. Ternarius ſ-
quidem trino augmento perfectus, longo, lato, profundo, u-
tra quæ nulla datur dimenſionis progreſſio, unde primus nu-
merus cubicus dicitur. Hinc dicitur, quòd corpori trimetro
& numero cubico nihil addi poteſt. Quare Ariſtot. in princi-
pio ſermonum de cœlo, illum quaſi legem vocat, ſecundum
quam omnia diſponuntur. Tribus enim corporalia & ſpiri-
tualia conſtant, principio, medio, fine. Tribus, ut Triſmegi-
ſtus ait, perficitur mundus, hemarmene, neceſſitate, & ordi-
ne, h. e. conventione cauſarum ad invicem, quam plerique
fatum dicunt, & executione ad fœtum, ac fœturæ debita di-
tributione. Tota temporis menſura ternario concluditur, vi-
delicet, præterito, præſenti, futuro. Omnis magnitudo tri-
continetur, linea, ſuperficie, corpore. Tribus intervallis con-
ſtat omne corpus, longitudine, latitudine, craſſitudine. Tres
ſymphonias continet harmonia, diapaſon, hemiolion, diateſ-
ſaron. Tria quoq; ſunt animarũ genera, vegetativa, ſenſitiva
& intellectualis: atq; hanc rationis, iracundiæ, cupiditatisq;
diſtribuit tricatio. Iamq; etiam iuxta Prophetã tribus à DEO
diſponitur mundus numero, pondere & mẽſura, deputaturq;
idealibus formis, ſicut binarius materiæ procreanti, & unitas
fabricatori Deo Magi quoque tres mundi principes diſtribu-
unt, Oromaſim, Mitrim, Araminim: h. e. Deum, mentem,
& ſpiritum. Per ternarium cubicum ſive ſolidum diſtribuun-
tur tres rerum productarum enneades, videl. ſupercœleſtium
in novem intelligentiarum ordines: cœleſtium in novem or-
bes: inferiorum in novem geneaa generabilium & corrupti-
bilium. In hoc denique cubo ternario, videl. viginti ſeptem
omnes muſicæ proportiones includuntur, ut Plato & Proclus
longa ſerie differunt: habetque ternarius in harmonia diapen-
te, gratiam vocis quintæ. Iamque etiam in intelligentiis tres
ſunt angelicorum ſpirituum hierarchiæ. Tres ſunt intellectu-
alium creaturarum potentiæ, memoria, mens, & voluntas.
Tres ſunt ordines beatorum, videlicet Martyrum, Confeſſo-
rum, Innocentium. Tres ſunt cœleſtium ſignorum quater-
niones, videlicet, fixorum, mobilium, communium: ſimili-
ter & domorum, videlicet cardinum, ſuccedentium & caden-
tium. Tres quoque ſunt in quovis ſigno facies & decani, tres-
que cuiuslibet triplicitatis domini. Tres ſunt inter planetas
fortunæ, tres inter divas gratiæ, tres apud inferos parcæ, tres
iudices, treſque furiæ, tricepſque cerberus. Legimus etiam
Tergeminamque Hecateu, tria virginis ora Dianæ. Tres per-
ſonæ



ſonæ in ſuperſubſtantiali divinitate. Tria tempora, Naturæ,
Legis & Gratiæ. Tres Theologicæ virtutes, Spes, Fides, cha-
ritas. Tribus diebus Ionas fuit in ventre piſcis: totidem Chri-
ſtus in ſepulchro.

## SCALA TERNARII.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| In Archetypo. | Pater. | שדי Sadai, Filius. | Spiritus ſanctus. | Nomen DEI triliterum, Tres perſonæ in diuinis. |
| In mũdo intelligibili. | Suprema. | Media. | Infima. | Tres hierarchiæ angelorũ, |
| | Innocentes. | Martyres. | Confeſſores. | Tres gradus beatorum. |
| In mundo cœleſti. | Mobilia. | Fixa. | Communia. | Tres quaterniones ſignorũ |
| | Cardines. | Succedentes. | Cadentes. | Tres quaterniones domorũ |
| | Diurnus. | Nocturnus. | Particeps. | Tres domini triplicitatum. |
| In mundo elementali. | Simplicia. | Compoſita. | Decompoſita. | Tres gradus elementorum. |
| In minore mundo. | Caput, in quo viget intellectus, reſpõdens mundo intellectuali. | Pectus, ubi cor ſedes vitæ, reſpondens mundo cœleſti. | Venter ubi gignitiua virtus, membraq; genitalia, reſpõdens mundo elementali. | Tres partes reſpondentes triplici mundo. |
| In mundo infernali. | Alecto. | Megera. | Teſiphone. | Tres furiæ infernales, |
| | Minos. | Æacus. | Radamanthus. | Tres iudices infernales. |
| | Malefici. | Apoſtatæ. | Infideles. | Tres gradus damnatorum. |

*De Quaternario, & eius Scala.*

## CAP. VII.

Quaternarium numerum Pythagorici Tetractyn appellãt,
ipſumque omnibus numerorum virtutibus præferunt,
quia ipſe fundamentum & radix omnium aliorum numero-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

rum, unde & omnia fundamenta tam in artificialibus, quã in naturalibus & divinis quadrata ſunt, ut infra oſtendemu ſignificatq; ſodalitatem, quæ per figuram quadrariam etia demonſtratur. Eſt enim quaternarius, quadratus planus pri mus, qui conſtat duabus proportionibus, quarum prior eſt nius ad duo: poſterior, duorum ad quatuor: naſciturq; gem na proceſſione & proportione, videlicet unius ad unum, & duorũ ad duo, ab unitate incipiens, in quaternitate deſin quæ proportiones in eo differunt, quod iuxta Arithmetica ſunt ſibi inæquales: Juxta Geometricam verò æquales. Ita quadratus Deo patri adſcribitur, quin & totius trinitatis my ſterium complectitur: nam ipſius ſimpla proportione, prim ſcilicet unius ad unum, unitas paternę ſubſtantię ſignificatu ex qua unus procedit filius, illi æqualis: altera autem proce ſione etiam ſimpla, videlic. duorum ad duo, notatur ſecun proceſſione ex utroq; ſpiritus ſanctus, ut ſic ſit æqualis pa filius proceſſione prima: æqualis utriq; ſpiritus ſanctus, pro ceſſione ſecunda. Hinc ſuper excellum Deo divinęq; trinita tis nomen tetragrammaton eſt, ſcil., Iod, He & Vau, He: u aſpiratio He, ſpiritus ab utroq; proceſſionem denotat. Ipſa nim He duplicata, utramq; ſyllabam totumq; nomon term nat: pronunciatur autem Iova, ut aliqui volunt, unde gen ille Iovis, quem & veteres quatuor auribus pingebant. Vn quaternarius eſt fons & caput totius divinitatis. Hoc ma Pythagorici ipſum perpetuum naturæ fontem: quatuor en ſunt gradus in ſcala naturæ, ſcili. eſſe, vivere, ſentire, intel gere. Quatuor ſunt in natura motus, ſcil. aſcendens, deſce dens, progrediens, circularis. Quatuor ſunt in cœlo cardin ſcilic. ortus, occaſus, medium cœli, & imum cœli. Quatu ſunt ſub cœlo elementa ſcilic. ignis, aër, undaq;, tellus: ſec dũ hęc, quatuor in cœlo triplicitates: quatuor ſub cœlo qu litates primæ, ſcilci. frigidum, calidum, ſiccum, humidu ab his quatuor humores, ſanguis, phlegma, cholera. mela cholia. Item annus dividitur in quatuor partes, quæ ſunt ve æſtas, autumnus, & hyems: ſimiliter aër in Eurum, Zephy Auſtrum & Boream dividitur: Quatuor quoq; ſunt flumi Paradiſi, & totidem Inferni. Quaternus præterea omne implet ſcientiam: primò omnem numerorum ſimplicẽ pr greſſum quatuor implet terminis: videlic. uno, duobus, t bus, & quatuor, conſtituens denarium. Omnem implet n merorum differentiam, primum parem, & primum impa in ſe continens. Habet in muſica diateſſaron, gratiam vo

qua



quartæ: item tetrachordum & diagramma Pythagoreum quo ille primum muſicos concentus invenit, omnemq; muſicæ harmoniam cõtinet. nam dupla, tripla, quadrupla, ſeſquialtera, ſeſquitertia, diapaſon, diſdiapaſon, diapente, diateſſaron, omniſq; conſonantia inter quaternarii limites arcetur. Totam enim Mathematicam quatuor terminis complectitur, ſcilicet puncto, linea, planitie, & profunditate. Totam naturam quatuor terminis colligit, ſcil. ſubſtantia, qualitate, quantitate, & motu. Omnem etiam phyſicam implet, in qua ſunt naturæ, virtus ſeminaria, naturalis pullulatio, adolens forma, & compoſitum. Quatuor etiam terminis metaphyſica complectitur, ſcil. eſſe, eſſentia, virtute & actione. Complectitur moralem philoſophiam quatuor virtutibus, ſcilicet prudentia, juſtitia, fortitudine & temperantia: habet etiam vim juſtitiæ. Hinc quadtuplex lex, ſcilic. providentiæ, à Deo: fatalis, ab anima mundi: naturæ, à cœlo: prudentiæ, ab homine. Quatuor inſuper judiciariæ potentiæ in rebus exiſtentibus, ſcilicet intellectus, diſciplina, opinio, ſenſus. Multam quoque & maximam in myſteriis vim habet: hinc Pythagorici ipſum quaternarium jureiurando teſtabantur, tanquam ſummũ, quo fides nitatur, & credulitas firmari poſſit: hinc dictũ Pythagoricũ iusjurandũ, quod in his verſib. ſic expreſſit:

*Iuro ego per ſanctum pura tibi mente quaternum,*
*Æternæ fontem naturæ, animiq; parentem.*

Item quatuor ſunt flumina Paradiſi, quatuor Evangelia, à totidem Evangeliſtis per univerſam Eccleſiam recepta. Hebræi præcipuum Dei nomen quatuor literis ſcriptum acceperunt. Similiter Aegyptii, Arabes, Perſæ, Magi, Mahumetiſtę, Græci, Tuſci, Latini, tantum quatuor literis nomen Dei ſcribunt: ita ſcilic. Theut, alla, ſire, orſi, abgdi, θεός, eſar, Deus. Hinc Lacedemonii ſummũ Iovem quatuor auribus depingere ſolebant. Hinc apud Orphicam theologiam, fertur Neptunus quadrijuges currus implere. Quatuor quoque ſunt divini furoris ſpecies, à ſingulis numinibus procedentes, ſcilicet à Muſis, Dionyſio, Apolline, & Venere. Item Ezechiel propheta vidit quatuor animalia juxta fluvium Chobar, & quatuor Cherubim in quatuor rotis. Item apud Danielem, quatuor animalia magna aſcendebant de mari, & pugnabant quatuor venti. Item in Apocalypſi, quatuor animalia plena oculis ante & retro, ſtabant in circuitu ſedis Dei: & quatuor angeli, quibus datũ eſt nocere terræ & mari, ſtabãt ſuper 4 angulos terræ tenentes 4. ventos ne flarẽt ſuper terrã, neq; ſuper mare, neq; in ullam arborem.

## SCALA QVATERNARII, AD QVATVOR elementorum correſpondentiam.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Nomen DEI quadriliterum.* | יהוה | | | | *In mũdo archetypo, unde lex prudentiæ.* |
| *Quatuor triplicitates, ſiue hierarchiæ intelligibiles.* | *Seraphin. Chsrubin. Throni.* | *Dominationes. Poteſtates. Virtutes.* | *Principatus. Archangeli. Angeli.* | *Innocentes. Martyres. Confeſſoares.* | *In mũdo intellectuali: unde fatalis.* |
| *Quatuor Angeli, præſidentes cardinibus cœli.* | מיכאל *Michael.* | רפאל *Raphael.* | גריאל *Gabriel.* | ודיאל *Vriel.* | |
| *Quatuor præfecti elementorum.* | שרפ *Seraph.* | כרוב *Cherub.* | תר-שיש *Tharſis.* | אריאל *Ariel.* | |
| *Quatuor animalia ſanctitatis.* | *Leo.* | *Aquila.* | *Homo.* | *Vitulus.* | |
| *Quatuor triplicitates tribuum Iſrael.* | *Dan. Aſſer. Nephthal.* | *Iehuda. Iſaſchar. Zabulon.* | *Manaſſes. Beniamin. Ephraim.* | *Ruben. Simehon. Gad.* | |
| *Quatuor triplicitates Apoſtolicæ.* | *Matthias. Petrus. Iacobus maior.* | *Simon. Bartholomæus. Mattheus* | *Ioannes. Philippus. Iacobus minor.* | *Thaddæus. Andreas. Thomas.* | |
| *Quatuor Evangeliſtæ.* | *Marcus.* | *Ioannes.* | *Mattheus* | *Lucas.* | *In mũdo cæleſti, à quo lex natura.* |
| *Quatuor triplicitates ſignorum.* | *Aries. Leo. Sagittarius.* | *Gemini. Libra. Aquarius* | *Cancer. Scorpius. Piſces.* | *Taurus. Virgo. Capricornus.* | |

Stellæ



| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Stellæ & planetæ ad elementa relati.* | *Mars. & Sol.* | *Iupiter & Venus.* | *Saturnus & Mercurius.* | *Stellæ fixæ, & Luna.* | |
| *4. Qualitates cœleſtium elemẽtorum.* | *Lumẽ.* | *Diaphanũ.* | *Agilitas.* | *Sodalitas.* | |
| *4. Elementa.* | אש *Ignis.* | רוח *Aër.* | מים *Aqua.* | עפר *Terra.* | *In mundo elementali, ubi lex generationis & corruptionis,* |
| *4. Qualitates.* | *Calidum.* | *Humidum.* | *Frigidum.* | *Siccũ.* | |
| *4. Tempora.* | *Æſtas.* | *Ver.* | *Hyems* | *Autumnus.* | |
| *4. Cardines Orbis.* | *Oriens.* | *Occidens.* | *Septentrio.* | *Meridies.* | |
| *4. Mixtorum genera perfecta.* | *Animalia.* | *Plantæ* | *Metalla.* | *Lapides.* | |
| *Quadrupliciaanimalia.* | *Progreſſiua,* | *Volatilia.* | *Natantia.* | *Reptilia.* | |
| *Quæ reſpõdent elemẽtuin plãtis* | *Semina.* | *Flores.* | *Folia.* | *Radices.* | |
| *Quæ in metallis.* | *Aurũ & ferrum.* | *Cuprũ & ſtannum.* | *Argentum viuum,* | *Plumbum & argent.* | |
| *Quæ in lapidibus.* | *Lucentes & ardẽtes* | *Leves & trãſparẽtes* | *Clari & congelati.* | *Graues & opaci.* | |
| *4. hominis elementa.* | *Mens.* | *Spiritus.* | *Anima.* | *Corp⁹.* | *In minore mundo, ſc. homine, à quo lex prudentiæ.* |



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Quatuor potentiæ animæ.* | *Intellectus.* | *Ratio.* | *Phanthaſia.* | *Senſus.* | |
| *Quatuor iudiciariæ poteſtates.* | *Fides.* | *ſcientia.* | *Opinio.* | *Experimentum.* | |
| *Quatuor virtutes morales.* | *Iuſtitia.* | *Temperátia.* | *Prudentia.* | *Fortitudo.* | |
| *Senſus reſpondentes elementis.* | *Viſus.* | *Auditus.* | *Guſtus & Olfactus,* | *Tactus.* | |
| *Quatuor humani corporis elementa.* | *Spiritus.* | *Caro.* | *Humores.* | *Oſſa.* | |
| *Quadruplex ſpiritus.* | *Animalis.* | *Vitalis.* | *Gignitiuus.* | *Naturalis* | |
| *Quatuor humores* | *Cholera.* | *Sanguis.* | *Pituita.* | *Melancholia* | |
| *Quatuor complexionũ mores.* | *Impetus.* | *Alacritas.* | *Inertia.* | *Tarditas.* | |
| *Quatuor principes dæmoniorum nocẽtes in elementis.* | סמאל *Samael.* | עזאזל *Alzazel.* | עזאל *Azael.* | מהזאל *Mahazael.* | *In mũdo infernali, ubi lex ira & punitionũ* |
| *Quatuor flumina inferna.* | *Phlegeton* | *Cocytus.* | *Styx.* | *Acheron.* | |
| *Quatuor principes dæmoniorum ſuper 4. angulos mundi.* | *Oriens.* | *Paymon.* | *Egyn.* | *Amaymon.* | |



## *De quinario & eius ſcala.* CAP. VIII.

QUinarius numerus haud parvæ eſt potentię: cõſtat enim ex primo pari, & primo impari, tãquam ex fœmina & maſculo, impar enim numerus mas eſt, par verò fœmina. Vnde Arithmetici illum quidem patrem, hunc verò matrem vocãt. Igitur haud parvæ perfectionis atq; virtutis eſt quinarius, qui ex horum numerorũ permixtione generatur: eſtq; præterea univerſi numeri, videlicet denarii, iuſtiſſima medietas. Nam ſi altrinſecus circa quinarium, denarium dividendo adſumas, hinc novem, inde verò unũ: vel hinc octo, inde verò duo, ſive ſeptem & tria, ſeu ſex & quatuor, unaquæq; collectio denarium conſtituit, & ſemper eius perfectum mediũ eſt quinarius, & eius æquidiſtans: & iccirco numerus connubii appellatur a Pythagoricis: dicitur & iuſtitiæ, quia denariũ ex æquilibrio ſecat Senſus in homine quinque ſunt, viſus, auditus, olfactus, guſtus, tactus: quinq; in anima poteſtates, vegetativa, ſenſitiva, concupiſcibilis, iraſcibilis, rationalis: quinq; ſunt in manibus digiti, quinq; ſunt cœleſtibus errantes planetæ, ſecundum quos quintuplices in quovis ſigno termini. In elementis quoq; quinque genera mixtorum, videl. lapides, metalla, planetæ, zoophyta, animalia: totidemq; animalium genera, puta homines, quadrupedia, reptantia, natantia, volantia. Sunt & quinq; genera quib⁹ à Deo componuntur omnia, ſcil. eſſentia, idem, alterum, ſenſus, motus. Hirundo non niſi quinque pullos parit, quos magna paſcit æquitate, incipiẽs ab eo qui maximus eſt natu, & ita in cæteris ortus rationem habens. Habet quoq; hic numerus vim magnã in expiatiònib. nam in ſacris pellit malos dæmones; in naturalibus pellit venena. Dicitur quoq; numerus felicitatis & gratiæ, & eſt ſigillum Spir. ſancti, & nexus omnia ligans, atq; numerus crucis, etiã Chriſti vulneribus principalibus, quorum cicatrices etiã in glorificato corpore ſuo ſervare dignatus eſt, inſignis. Gentium Philoſophi illum Mercurio ſacrum dedicarunt, tantoq; vim eius quaternario excellentiorem, quãtum animatum inanimato præcellentius. In hoc enim numero Noah pater invenit gratiam coram Domino, & præſervatus fuit in diluvio aquarũ. In huius numeri virtute Abraham centenarius ex Sara nonagenaria ſteriliq; fœmina, ſupra quàm a natura cõceſſum eſt, genuit filium, crevitq; in populum magnum. Hinc in tempore gratiæ quinque literis invocatur nomẽ divinæ omnipotẽtiæ. Nam in tempore naturæ invocabatur nomen Dei



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

trigrammaton שדי Sadai, in tempore Legis nomen Dei tetragrammaton יהוה ineffabile, cuius loco Hebræi exprimũt אדני Adonai: in tempore gratiæ nomen Dei pentagrammaton effabile יהשוה Iheſu, quod nõ minore myſterio etiam triliterum invocatur ישו.

## SCALA QUINARII.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *Nomina Dei pentagrãmata. Nomen Chriſti pẽtagrãmat.* | | אליון<br>אלהים<br>יהשוה | *Eleon.*<br>*Elohim.*<br>*Iheſuh.* | | | *In Archetypo* |
| *Quinque ſubſtantiæ intelligibiles.* | *Spiritus primæ hierarchiæ, vocati dii, ſiue filij Dei.* | *Spiritus ſecundæ hierarchiæ, dicti Intelligentiæ.* | *Spiritus tertiæ hierarchiæ, vocati angeli, qui mittũtur,* | *Animæ corporũ cœleſtium* | *Heroes ſiue animæ beatæ.* | *In mundo intellectuali.* |
| *5. ſtellæ erratica, domini terminorum.* | *Saturnus.* | *Iupiter.* | *Mars.* | *Venus.* | *Mercurius.* | *In mundo cæleſti.* |
| *Quinque genera corruptibiliũ.* | *Aqua.* | *Aer.* | *Ignis.* | *Terra.* | *Mixtũ* | *In mundo elemẽtali.* |
| *Quinque ſpecies mixtorum.* | *Animal.* | *Planta.* | *Metallum* | *Lapis.* | *Zophytum.* | |
| *Quinque ſenſus.* | *Guſtus.* | *Auditus.* | *Viſus.* | *Tactus.* | *Olfactus.* | *In minore mundo* |
| *Quinque tormenta corporalia.* | *Amaritudo mortificans.* | *Vlulatus horriſoni.* | *Tenebræ terribiles.* | *Ardor inextinguibilis.* | *Fœtor penetrans.* | *In mundo infernali.* |

*De ſe-*



## *De ſenario, & eius ſcala.* CAP. IX.

SEnarius numerus eſt perfectionis, quia perfectiſſimus na-
tura, in toto numerorum contextu, ab unitate uſq; ad de-
narium: ſolus ipſe adeo eſt perfectus, ut collectione ſuarum
partium idem reſultet, nulla inopia deficiens, nec ulla abun-
dantia ſuperfluus. Nam ſi partes eius, mediam ſcilicet, tertiã,
& ſextam, quæ ſunt tria, duo, unum, congregantur totum ſe-
narii corpus perfectè implent: qua quidem perfectione cęteri
numeri carent: hinc á Pythagoricis geneſi, nuptiiſq; prorſus
accommodatus aſſeritur, mundique ſignaculum appellatur,
ſenario enim numero conſtitutus mundus, neque immodera
ta abundantia ſuperfluus, neq; fruſtratus egenſque neceſſa-
riis. Hinc eſt, quoniam die ſexto perfectus eſt & conſumma-
tus à Deo mundus: ſexto n. die vidit Deus cuncta quæ fecerat
& erãt valde bona. Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis
ornatus eorum. Dicitur etiam numerus hominis, quia 6. die
homo creatus eſt: & dicitur etiam numerus redẽptioois. Nã
ſexta die Chriſtus pro redemptione noſtra paſſus eſt: unde illi
etiam cum cruce magna cognatio. Dicitur etiã numerus la-
boris & ſervitutis: hinc in lege præceptum erat, ſex diebus fa-
ciendum opus, ſex diebus colligẽdum manna, ſex annis ſemi-
nanda terra, & quòd ſervus hebræus 6. annis ſerviat domino
ſuo. Sex diebus gloria Domini inclinavit ſuper monte Sion,
cooperiens eum nube: ſex alæ ſunt Cherubinis, ſex circuli in
firmamento, arcticus, antarcticus, duo tropici, æquinoctia-
les & eclyptica: ſex ſunt errones planetæ, Saturnus, Iupiter,
Mars, Venus, Mercurius, Luna, per ſigniferi latitudinẽ ultra
citraq; eclipticam diſcurrẽtes. Sex ſunt in elementis ſubſtan-
tificæ qualitates, videl. acuitas, raritas, motus, & horum op-
poſita, obtuſitas, denſitas, quies. Sex ſunt differentiæ poſitio-
nis, ſurſum, deorſum, antè, retrò, dextrorſum & ſiniſtrorſum.
Sex ſunt naturalia officia, ſine quibus eſſe nihil poteſt, videl.
magnitudo, color, figura, intervallum, ſtatus, motus: ſolida
etiam figura quadrati ſex ſuperficies habet. Totius harmonię
toni ſunt ſex, videl. quinque toni, & duo hemi-
tonia, quæ faciunt tonum unum, qui
eſt ſextus.

SCALA

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

## SCALA SENARII.

*In Archetypo.* אלגביואלוהים *Nomina ſex literarum.*

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *In Mundo intelligibili.* | *Seraphin.* | *Cherubin.* | *Throni* | *Dominationes.* | *Poteſtates.* | *Virtutes.* | *Sex ordines Angelorum, qui ad inferiora non mittuntur.* |
| *In Mundo cœleſti.* | *Saturnus.* | *Iupiter* | *Mars.* | *Venus.* | *Mercurius.* | *Luna.* | *6. planetæ per zodiaci latitudinẽ ab ecliptica aberrãtes.* |
| *In Mundo elementali* | *Quies.* | *Raritas.* | *Acuitas.* | *Obtuſitas.* | *Denſitas.* | *Motus.* | *6. ſubſtantificæ qualitates elemẽtorum.* |
| *In minore Mundo.* | *Intellectus.* | *Memoria.* | *Senſus.* | *Motus.* | *Vita.* | *Eſſentia.* | *6. gradus hominis.* |
| *In Mundo infernali.* | *Actus* | *Megalæſius.* | *Ormenus.* | *Lycus.* | *Nicon.* | *Mimor.* | *6. dæmones calamitatũ omnium autores.* |

### *De Septenario, & eius Scala.* CAP. X.

SEptenarius numſrus variæ & multiplicis potẽtiæ eſt, cõſtat enim ex uno & ſex, vel ex 2. & 5. vel ex 3. & 4. habetq; unitatẽ tanquã copulam geminæ trinitatis; unde ſi ſingula eius mẽbra, eorũq; compagines conſideremus, proculdubio fatebimur, cum tam ex ſuarũ partiũ colligantia, quàm ſeorſim ſua plenitudine, omni maieſtate eſſe pleniſsimũ. Vocantq; ipſum Pythagorici humanæ vitæ vehiculũ, quod nõ tam ex partibus ſuis mutuatur, quã totalitatis ſuæ ꝓprio iure perficit; cõplectitur n. corpus & animã, nam corpus conſtat ex 4. elemẽtis, quatuor qualitatibus afficitur: ternarius quoq; ad animã ſpectat, ꝓpter triplicẽ vim eius, ſc. rationabilẽ, iraſcibilẽ & concupiſcibilẽ. Septenarius itaq; quia ex 3. conſtat & 4. animam corpori cõiungit, ad geniturã quoq; hominũ vis huius numeri pertinet: hominemq; concipi, formari, edi, nutriri, vivere, omninoq; conſtare facit. Nam cum in alvo mulieris genitale ſemen receptũ eſt, ſi per horas ſeptẽ abſq; effuſione permãſerit, hæſiſſe in vitam certum eſt: tum primis 7. diebus coagulatur, fitq; ad recipiẽdum figurã humanam idoneum: deinde maturos infantes producit, qui ſeptimenſes vocãtur, h.e. qui ſeptimo menſe nati. Poſt partũ deinde, an victurus ſit infans, ſeptima hora diſcernit: ultra hunc n. numerũ, qui aeris halitũ ſuſtinuerit, intelligitur natus ad vitã. Poſt dies 7. iactat reliquias umbilici: poſt bis ſeptẽ incipit ad ſumen viſus eius moveri: in tertio ſeptenario iam libero oculos totamq; faciẽ vertit: poſt 7. mẽſes fiunt denotationes: poſt ſecundũ menſium ſeptenarium ſedet ſine caſus timore: poſt tertiũ ſeptenariũ ſonus eius in verba prorumpit: poſt quartũ ſeptenarium ſtat firmiter & ambulat: poſt quintũ ſeptenarium menſium incipit lac nutricis horreſcere: poſt annos 7. cadunt primi dentes, & naſcuntur alii ad cibum ſolidũ aptiores, abſolviturq; integritas loquẽdi. Poſt ſecundum annorũ ſeptenarium pueri pubeſcunt, fitq; generationis initium: ad tertium annorũ ſeptenarium creſcit homo in longũ, oſtẽditq; flores & lanugines, fitque genitura pollens atq; robuſta. Vſq; ad quartũ ſeptenariũ, creſcit homo in latum, & conſummantur incremẽta ſtaturæ. In quinto, omne viriũ & roboris completur augmentũ. Sextus v. annorũ ſeptenarius, vires ſervat collectionis: ſeptimo ſeptenario conſummatur prudentia, perfectamq; reddit hominũ ætatem. Cùm v. ad decades ſeptenas pervenitur, ubi ſeptenarius per numerũ completũ conducitur, tunc metã communẽ vivendi habet, dicente Propheta, Dies annorũ noſtrorum in ipſis 70. annis. Summus etiam humani generis creſcẽdi modus, eſt 7. pedum. Septem quoq; ſunt gradus in corpore, qui dimenſionem altitudinis ab imo complent in ſuperficiem, ſc. medulla, os, nervus, vena, arteria, caro, cutis. Septẽ ſunt, quę á Græcis nigra membra vocãtur, lingua, cor, pulmo iecur, lien, & duo renes. Septẽ ſunt corporis principales partes, caput, pectus, manus, pedeſq; & pudendum. De ſpiritu quoq; & cibo conſtat, quòd ſine hauſtu ſpiritus ultra horas 7. vita non durat: tum quibus inedia mori conſtitutum eſt, poſt ſeptimum diem non vivunt. Venæ quoq; & arteriæ, ut tradũt Medici, numero movẽtur ſeptenario. Iudicia quoq; in morbis maiori apparentia fiunt diebus ſeptimis, quos Medici criticos, hoc eſt, iudiciarios vocant. Ex ſeptenis quoque portionibus creat Deus animũ, ut teſtis eſt divus Plato in Timæo.



Anima

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Anima quoque ſeptenario recipit corpus. Ad ſeptimum uſque gradum omnis vocum progreditur diſcrepantia, poſt quem fit eadem revolutio. Rurſus ſeptẽ ſunt ipſarum vocum modulamina, ditonus, ſemiditonus, diateſſaron, diapente cum tono, diapente cum ſemitono, & diapaſon. Eſtque in cœleſtibus potentia ſeptenarii potentiſſima: nam cum ſint quatuor cœli cardines diametraliter ſeſe contuentes, qui quidem aſpectus pleniſſimus, & potentiſſimus habetur, ſeptenario numero conſtat: fit ſiquidem à ſeptimo ſigno, crucemque conſtituit, figuram omnium potentiſſimam, de qua ſuo loco dicemus. Sed illud non ignoretur, ſeptenarium magnam habere in cruce cõmunionem. Simili ratione & numero diſtant ſolſtitium á bruma, & æquinoctium hyemale ab æſtivali, quæ omnia ſeptenis ſignis fiunt Septem præterea in cœlo ſunt circuli, juxta axis longitudinem: ſeptem circa polum arcticum triones, maiores minoreſq;. Item ſeptem Vergiliæ, quas Plejades vocant: ſeptem quoq; planetæ, ſecundum illos quoque ſeptem dies conſtituentes hebdomadam. Luna quoq; planetarum ſeptima & nobis proxima, hunc numerum præ cæteris obſervat, motumq; eius, ac lumen hic numerus diſpenſat: nã in viginti diebus & octo, totius zodiaci ambitum circuit, quę quidem dierum numerũ, ſeptenarius ſeptem ſuis terminis, ab uno videlicet uſque ad ſeptẽ, quantum ſinguli numeri exprimunt, antecedentibus addendo, conficit & implet, efficitq; quatuor ſeptenarios dierum, quibus Luna omnem Zodiaci longitudinem atque latitudinem emetiendo remetiendoque circum perque diſcurrit: ſimilibusq; dierum ſeptenariis lumen ſuum ſempiterna lege variando diſpenſat. Primo enim ſeptenario uſq; ad medietatem tanquam diviſi orbis, creſcit: ſecundo ſeptenario orbem totum lumine complet: tertio decreſcendo, rurſus in orbem contrahitur diviſum: poſt quartũ verò ſeptenarium ultima luminis ſui diminutione renovatur, eiſdemq; ſeptenariis maris incremẽta decrementaq; diſponit: nam primo ac initio creſcẽtis lunæ ſeptenario, minuitur paulisper: ſecundo gradatim augetur: tertius quoq; ſeptenarius fit ſimilis primo, & quartus eadem facit quæ ſecundus. Accommodatur etiam Saturno, qui ab inferioribus aſcendendo ſeptimus eſt planetarum, qui requiem innuit, cui ſeptimus dies adſcribitur, qui millenariũ ſeptimum indicat, quo (teſte Ioanne) captivato dracone, malorũ ſuggeſtore diabolo, quieſcent mortales, tranquillam vitam degentes. Septenarium præterea Pythagorici numerum virginitatis appellant: quia

primas



primus eſt qui neq; generatur neq; generat, neq; ni poteſt in duas partes dividi æquales: itaq; ut gignatur ex aliquo numero repetitio, nec ullũ etiã ex ſe numerũ parit duplicatus, qui intra denarii limites coarctetur, quem primũ limitem cõſtat eſſe numerorũ: & idcirco ſeptenarium Palladi ſacrũ fecere. Habet & in religione potẽtiſſima ſuę venerationis indicia, & vocatur numerus iuramẽti. Hinc apud Hebręos jurare dicitur ſeptenare, quaſi per ſeptẽ obteſtari. Sic Abrahã quando pepigit fœdus cũ Abimelech, ſtatuit ſeptẽ agnas in teſtimonium. Dicitur quoq; numerus beatitudinis & requiei. unde illud:

*O terq; quaterq; beati.*

Scilicet in anima & in corpore. Septimo quoq; die creator ab opificio quievit, quamobrẽ hęc dies apud Moſen ſabbathum appellatur. hoc eſt, dies quietis, hinc ſeptimo die Chriſtus in ſepulchro puievit. Habet quoq; hic numerus cũ cruce, ut ſuperius demonſtratum eſt, & cũ Chriſto magnã communionẽ. In Chriſto n. omnis noſtra beatitudo, quies & felicitas: eſtque præterea purificationibus aptiſſimus. Unde Apuleius: Meq; ait, protinus purificandi ſtudio marino lavacro trado, ſepties ſubmerſo fluctibus capite. Et leproſus quoq; mundandus in lege. ſepties aſpergebatur paſſeris ſanguine: & Helizeus propheta, ut ſcriptum habetur Regum lib. 4. ait leproſo: Vade & lava te ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua, & mundaberis. Et ſequitur paulo poſt: Et lavit ſe ſepties in Iordane, juxta ſermonem prophetæ, & mundatus eſt. Eſtq; numerus pœnitentiæ & remiſſionis Hinc ſtatuta ſeptennis pœniẽtia pro quolibet peccato, juxta Sapientis ſententiã dicentis: Et ſuper peccatorem ſeptuplum. Septimo quoq; anno fiebãt remiſſiones, & poſt quadratum ſeptenarium dabatur plena remiſſio, ut in Levitico legitur. Septẽ petitionibus cõſummavit Chriſtus orationem expiationis noſtræ: hinc & libertatis numerus nuncupatur, quia ſeptimo anno ſervus Hebræus libertatem ſibi vendicabat. Eſtq; divinis laudibus accommodatiſſimus. Vnde ait propheta: Septies in die laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Dicitur etiam numerus ultionis, ſicut dicit ſcriptura: Septuplum ultio dabitur de Cain. & Pſalmiſta ait: Redde vicinis noſtris ſeptuplũ in ſinu eorum. Hinc ſeptẽ nequitiæ apud Salomonem, & ſeptem ſpiritus nequiores aſſumpti leguntur in Evangelio. Significat etiam præſentis circuli tempus, quod ſeptem dierum circulo peragitur: eſtque ſpiritui ſancto ſacer, quam ſeptuplum iuxta eius dona propheta Eſaias deſcribit, videlicet ſpiritum ſapientiæ & intellectus,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ctus ſpiritum conſilii & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis, & ſpiritū timoris Domini, quos apud Zachariā legimus ſeptem oculos Dei, ſeptē quoq; ſunt angeli ſpiritus adſtantes ante faciem Dei, ut legitur apud Tobiam, & in Apocalypſi ſeptem lampades ardebant ante thronum Dei, & ſeptē candelabra aurea, & in medio illorum ſimilis filio hominis, & habebat in dextra ſua ſtellas ſeptem. Item ſpiritus ſeptē erant in conſpectu throni Dei, & ſeptē anguli adſtabant in conſpectu Dei & data ſunt illis ſeptem tubæ. Vidit quoq; agnum habentē ſeptem cornua, & ſeptē oculos, & vidit librum obſignatū ſeptē ſigillis, & cum apertū fuiſſet ſeptimum ſigillum, factum eſt ſilentium in cœlo. Ex ſupradictis omnibus apparet, ſeptenarium inter cæteros numeros meritò dici omnis efficaciæ pleniſſimum. Habet præterea ſeptenarius magnam cum duodenario confirmitatem: nam ſicut tria & quatuor ſeptē conſtituunt, ſic ter quatuor duodecim reddunt, qui ſunt numeri cœleſtium planetarum & ſignorum, ex eadē radice reſultātes, & per ternariū de divinitate, per quaternariū de inferiorū natura participantes. Magna admodum eſt in ſacris literis huius numeri præ cæteris omnibus obſervantia, magnaq; & multiplicia ejus myſteria, quorum multa è ſacris eloquiis repetentes hic adnumerare decrevimus: quibus facilè cōſtabit, ſeptenarium plenitudinem quandam ſacrorum myſteriorum ſignificare. Legimus enim in Geneſi, ſeptimum diem quietis Domini, ſeptimum ab Adam Enoch, virum ſanctum & pium. & alium etiam ab Adam ſeptimum virum nequam, & digamum nomine Lamech: Item ſeptima generatione abolitum peccatum Cain, ſicut ſcriptum eſt: Septuplum punietur Cain, & ſeptem vindictas exolvet, qui occiderit Cain. Ad quæ ibidem magiſter hiſtoriæ ſeptem colligit fuiſſe peccata Cain: Item ſeptena & ſeptem ex omnibus animalibus mundis introducta in arcam Noe, ſimiliter & de volatilibus: deinde poſt ſeptē dies pluiſſe dominum ſuper terram, ſeptimoq; die ruptos omnes fontes abyſſi, inundaſſe aquas ſuper terram: Item ſeptem agnas dedit Abraham Abimelech: & ſeptem annis ſervivit Iacob pro Lia, & aliis ſeptem pro Rachel: & ſeptem diebus populus Iſrael luxit mortem Iacob. Præterea ſeptem boves & ſeptem ſpicas, ſeptem annos fertilitatis, & ſeptem ſterilitatis legimus ibidem. In Exodo verò, ſeptimo die præcipitur ſabbathum ſabbathorum, requies ſancta Domino: quia ſeptimo die ab opere quievit Dominus. Item ſeptimo die ceſſavit orare Moſes. Septimo die erit ſolennitas Domini, ſeptimo





anno liber egredietur ſervus, ſeptem diebus bos & ovis ſit cū matre ſua: ſeptimo anno dimittetur quieſcere terra ſeminata ſex annis: ſeptimus dies erit ſanctum ſabbatum: & requies: ſeptimus dies quia ſabbathi eſt, vocabitur ſanctus. In Levitico etiam ſeptimus dies erit celebrior, & ſanctior, & ſeptimi menſis primus dies erit ſabbathum memoriale. Septem diebus offerentur holocauſta Domino, ſeptem diebus celebrabuntur feriæ Domini, ſeptem diebus per annū legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Septimo menſe feſta celebrabitis, & habitabitis in tabernaculis ſeptem diebꝰ: ſepties aſperget coram Domino, qui tinxerit digitum in ſanguine: ſepties tinget in ſanguine paſſeris mundatus à lepra: ſeptem diebus lavabitur aquis viventibus, qui patitur fluxum ſanguinis: ſepties aſperget digito in ſanguine vituli: ſepties percutiam vos propter peccatum. In Deuteronomin ſeptem populi terram promiſſionis habebant. Legitur & ſeptimus annus remiſſionis, & ſeptem lucernæ candelabrorum in auſtrali parte erectæ. Et in numeris leguntur ſeptem agnas immaculatas obtuliſſe filii Iſrael: & quod ſeptem diebus veſcebantur azymis, & quod ſeptem agnis & hirco expiabatur peccatum: & ſeptimus dies erat celeberrimus & ſanctus, & ſeptimi menſis dies venerabilis & ſanctus, & ſeptimus menſis ſcenopegiæ, & ſeptem vitulos offerebat die ſeptimo, & ſeptem aras erexit Balaā, ſeptem diebus Maria ſoror Aaron loproſa egreditur extra caſtra, ſeptem diebus immundus erit qui tetigerit cadaver. Et in Ioſue, ſeptē ſacerdotes portabant arcam fœderis ante Hiericho, & ſeptem diebus circuibant civitates, & die ſeptimo buccinabant ſeptē ſacerdotes. Item in libro Iudicum ſeptem annis Abeſſa regnavit in Iſrael, ſeptem diebus fecit nuptias Septem, & ſeptimo die expoſuit uxori problema, ſeptem funibus nerviceis ligatus eſt, & ſeptem crinibus capitis ſui, ſeptem annis oppreſſi ſunt filii Iſrael per regem Madian. Et in libris Regum ſeptem vicibus, & ſeptima vice ecce dicit Helias nubecula parva, ſeptem diebus filii Iſrael dirigebant acies, & ſeptimo die commiſſum eſt bellum: ſeptem annorum comminata eſt fames David propter peccatum numerationis populi, & ſepties oſcitavit puer reſuſcitatus per Helizæum: & ſeptem viri crucifixi ſunt ſimul in diebus meſſis primæ; ſeptem lotionibus mundatur Naaman per Heliſeum, ſeptimo menſe occiſus eſt Golias. Et in Paralipomenis legitur, quòd ſeptimo menſe completus eſt acervus fundamentorum: & in Heſter legimus ſeptem eunuchos te-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

gis Perſarum: & in Tobia, ſeptem viri copulati cum Sara filia
Raguelis: & apud Danielem ſeptem vicibus incenditur for-
nax Nabuchodonoſor, & ſeptem leones erant in lacu & ſepti-
ma die venit Nabuchodonoſor. In libro Iob exprimuntur ſe-
ptem filii Iob, & ſeptem diebus & noctibus ſediſſe amicos Iob
cum eo in terra: & ibidem legitur, ſeptimo non tanget te ma-
lum. In Eſdra legimus ſeptem hebdomadas annorum, ſeptem
conſiliarios Artaxerxis: & ibidē, ſeptimo menſe clanges buc-
cina: ſeptimus menſis ſcenopegiæ ſub Eſdra erat, dum filii Iſ-
rael erant in civitatibus: & ſeptimo menſis primo die Eſdras
legit legem populo. Et in pſalmis, ſepties in die laudem dicit
David: ſeptuplum probatur argentum, ſeptuplum redditur vi-
cinis noſtris in ſinu eorum. Et Salomon ait, ſeptem columnas
excidiſſe ſibi ſapientiam, & ſeptem viros loquentes ſententias,
ſeptem quæ odit & deteſtatur Dominus: ſeptem nequitiæ in
corde inimici, ſeptem circum pectores, ſeptem oculi inſpicien-
tes. Numerat Eſaias ſeptem dona Spiritus ſancti, & ſeptem mu-
lieres virum unū apprehendentes. Et apud Ieremiam ſeptem a-
mentis mulierum cōcupiſcentiæ: & ſeptē filios peperit mater
quæ infirmata eſt, & defecit anima eius. In Ezechiele, ſeptem
diebus propheta mœrens permanſit. In Zacharia ſeptem lu-
cernæ, & ſeptem infuſoria ſuper caput cātelabri, & ſeptem o-
culi diſcurrentes in univerſam terram, & ſeptem oculi ſuper
unum lapidem, & ſeptimi diei ieiunium vertitur in gaudium.
Et in Michæa ſeptē paſtores ſuſcitati ſunt ſuper Aſſyrios. Iam
vero & in Evangeliis leguntur ſeptem beatitudines, ſeptem
virtutes, quibus ſeptem vitia opponuntur, ſeptem petitiones
orationis Dominicæ, ſeptem verba Chriſti in cruce, ſeptē ver-
ba B. Mariæ virginis, ſeptem panes per Dominum diſtributi,
ſeptem ſportæ fragmentorum, ſeptem fratres uxorem unam
habentes, ſeptem diſcipuli Domini piſcantes, ſeptem hydriæ
Cana Galilææ, ſeptem iræ, quas Dominus hypocritis commi-
natur, ſeptē dæmonia eiecta de muliere peccatrice, & ſeptem
dæmones nequiores aſſumpti ab expulſo. Item ſeptem annos
fuit CHRISTVS profugus in Aegypto, & ſeptima hora reli-
quit febris filium Reguli. In Epiſtolis etiam canonicis deſcri-
bit Iacobus ſeptem gradus ſapientiæ, & Petrus ſeptem gradus
virtutum. Et in Actibus numerantur ſeptem diaconi, & ſeptem
diſcipuli electi per Apoſtolos. In Apocalypſi quoque multa
ſunt huius numeri miſteria: ibi enim leguntur ſeptem can-
delabra, ſeptem ſtellæ, ſeptem coronæ, ſeptem eccleſiæ, ſeptem
ſpiritus conſpectu throni, ſeptem flumina Aegypti, ſeptem ſi-



gilla, ſeptem ſignacula, ſeptem cornua, ſeptem oculi, ſeptem
ſpiritus Dei, ſeptem angeli cum ſeptem tubis, ſeptem cornua
draconis, ſeptem capita draconis, quæ ſeptem habebant dia-
demata: item ſeptem plagæ, & ſeptem phialæ, quas habet u-
nus de ſeptem angelis, ſeptem capita beſtiæ coccineæ, ſeptem
montes, & ſeptem reges ſedentes ſuper eos, & ſeptē tonitrua
locuta ſunt voces ſuas. Multas præterea vires habet hic nu-
merus, cùm in naturalib. tùm in ſacris & cæremoniis, tùm e-
tiam in aliis: itaq; huc referantur ſeptem dies, ſeptem Planetæ,
ſeptem Plejades, ſeptē ætates mundi, ſeptem mutationes ho-
minis, ſeptem artes liberales, totidemq; mechanicæ, & ſeptē
prohibitæ, ſeptem colores, ſeptem metalla, ſeptem foramina
in capite hominis, ſeptem paria nervorum, ſeptem montes in
urbe Roma, ſeptem reges Romani, ſeptē bella civilia, ſeptem
ſapientes tempore Ieremiæ prophetæ, & ſeptē ſapientes Græ-
ciæ: Item ſeptem diebus ardebat Roma ſub Nerone: per ſeptē
reges occiſa ſunt decem millia martyrum. Septem fuere dor-
mientes, ſeptem ſunt Romæ eccleſiæ principales, totidē Gre-
gorius conſtruxit monaſteria, tot ſancta felicitas peperit fi-
lios. Septem conſtituti ſunt Electores Imperii, & ſeptem ſunt
actus ſolennes in Imperatore coronando, ſeptem teſtes requi-
runt leges in teſtamento ſeptem ſunt pœnæ civiles, & ſeptem
canonicæ. Septies ſalutat ſacerdos in miſſa, ſeptem ſacramen-
ta, & ſeptem ordines clericorum, & ſeptem annorum puer po-
teſt ordinari ordine minori, & poteſt obtinere beneficium ſi-
ne cura. Septem ſunt pſalmi pœnitentiales, & ſeptem manda-
ta ſecundæ tabulæ, & ſeptē horis Adam & Eva fuerunt in pa-
radiſo. & ſeptem ſunt viri per angelum prænunciati antequā
naſcerentur, videlicet Iſmael, Iſaac, Sampſon, Ieremias, Ioan-
nes Baptiſta, Iacobus frater Domini, & CHRISTVS IESVS
Deniq; hic numerus & in bono & in malo omnium eſt potē-
tiſſimus. De hoc Linus vetuſtiſſimus poeta cecinit:

*Septima cum venit lux, cuncta abſolvere cœpit*
*Omnipotens pater, atq; bonis eſt ſeptima & ipſa.*
*Eſt etiam rerum cunctarum ſeptima origo.*
*Septima prima eadem perfecta, & ſeptima ſeptem.*
*Vnde etiam cœlum ſtellis errātibus altum*
*Volvitur, & circlis totidem circum undique fertur.*

SCALA SEPTENARII.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *In Archetypo.* | *Ararita.* | אראריתא | | | *Aſſer Ehel.* | אהל | אשר | *Nomina Dei ſeptem literarum.* |
| *In mundo intelligibili.* | צפקיאל *Zaphkiel.* | צדקיאל *Zadkiel.* | כמאל *Camael.* | רפאל *Raphael.* | האניאל *Haniel.* | מיכאל *Michael.* | גבריאל *Gabriel.* | *Septem Angeli, qui adſtant ante faciem Dei.* |
| *In mundo cœleſti.* | שבתאי *Saturnus.* | ד ם *Iupiter.* | מואך־ים *Mars.* | שמש *Sol.* | נוגה *Venus.* | כוכב *Mercurius.* | לבנה *Luna.* | *Septem planetæ.* |
| *In mundo elementali.* | *Vpupa. Sepia. Talpa. Plumbum Onichinus* | *Aquila. Delphinus Cetus. Stannum. Saphirus.* | *Vultur. Lucius. Lupus. Ferrum. Adamas.* | *Olor. Vitul. marinus. Leo. Aurum. Carbũcul.* | *Columba. Thimallus Hircus. Cuprum. Smaragdꝰ* | *Ciconia. Mugil. Simia. Arg. viuũ Achates.* | *Noctua. Ærulus. Feles. Argentũ. Cryſtallus* | *Septem aues planetæ. Septem piſces planetæ. Septẽ animalia planetæ. Septem metalla planetæ. Septem lapides planetæ.* |
| *In minore mundo.* | *Pes dexter. Auris dextra.* | *Caput. Auris ſiniſtra.* | *Manus dextra. Naris dextra.* | *Cor. Oculus dexter.* | *Pudendum. Naris ſiniſtra.* | *Manus ſiniſtra. Os.* | *Pes ſiniſter. Oculus ſiniſter.* | *Septem membra integralia planetis diſtributa. Septem foramina capitis, planetis diſtributa.* |
| *In mundo infernali.* | *Gehenna.* גיהנם | *Porta mortis.* רצלמ־ות | *Vmbra mortis.* ידעש־תום | *Puteus interitus.* באר שחת | *Lutum fecis.* טיט־היון | *Perditio.* אבדון | *Fovea.* שאול | *Septem habitacula inferorũ, quæ deſcribit Rabbi Ioſeph Caſtilienſis Cabaliſta in horto nucis.* |



*De Octonario, & eius ſcala.*

## CAP. XI.

OCtonarium verò vocant Pythagorici numerum iuſtitiæ & plenitudinis: primum, quia primus omnium dividitur in numeros pariter pares, videlicet in quatuor: diviſio quoque ipſa bis bina eadem ratione contexitur: & propter hanc diviſionis æqualitatem, iuſtitiæ ſibi nomen inolevit. Alterum vero, videlicet plenitudinis, nomen accepit, propter corporeæ ſoliditatis contextum; primus ſiquidem ſolidum corpus efficit. Hinc Orphei inſtitutum, per octo numina iurantis, ſicubi divinam iuſtitiam obteſtari vellet, quorum nomina hæc; Ignis, Aqua, terra, Cœlum, Luna, Sol, Phanes, & Nox. Octo quoque ſunt duntaxat cœlorum viſibiles ſphæræ, corporaliſque naturæ proprietas per illum nobis ſignificatur, quam Orpheus in octonario hymno: um maritimorum complexus eſt. Eſtque hic numerus dictus etiam numerus fœderis & circumciſionis, quæ Iudæis octavo die fieri præcepta eſt. Octo etiam erant in vetere lege ornamenta Sacerdotis, videlicet fœminalia, tunica, tyara, cingulus, ſtola talaris, ſuperhumerale, rationale, lamina aurea. Pertinet etiam hic numerus ad æternitatẽ, & Mundi conſummationem, quia ſubſequitur ſeptenarium, qui temporis ſymbolum eſt: hinc etiam hic numerus Beatitudinis eſt, tot enim Beatitudinis gradus docet Chriſtus apud Matthæum. Dicitur etiam numerus ſalutis & conſervationis, tot enim animæ in arca Noe ſalvæ factæ ſunt à diluvio aquarum. Iam quoque & octo fuerunt filii Ieſſe, à quibus David fuit octavus. Item, Zacharias Iohannis pater, octavo die recepit loquelam. Hunc numerum Dionyſio ſacrum perhibent, qui octavo menſe in lucem editus eſt, in cuius ſempiternum teſtimonium Naxos inſula illi dicata, hanc prærogativam obtinuit, ut ſolæ Naxię mulieres octavo menſe ſalubriter pariant, fœtuſque vitales edant, cúm ubiq; ferè gentium omnes ſic geniti intereant, & etiam matres manifeſto verſentur in periculo.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

## SCALA OCTONARII.

| Nomina Dei octo literarum. | Eloha Vedaath אלוה ודעת | | | | Tetragrammaton Vedaath יהוה ודעת | | | | In Archetypo. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Octo beatorum præmia. | Hereditas | Incorruptio. | Poteſtas. | Victoria. | Viſio Dei. | Gratia. | Regnum. | Gaudium. | In Mundo intelligibili. |
| Octo cœli viſibiles. | Cœlum ſtellatum. | Cœlum Saturni. | Cœlum Iouis. | Cœlum Martis | Cœlum Solis. | Cœlum Veneris. | Cœlum Mercurii. | Cœlum Lunæ. | In Mundo cœleſti. |
| Octo qualitates particulares. | Siccitas terræ. | Frigiditas aquæ. | Humiditas aëris. | Caliditas aenis. | Caliditas aeris. | Humiditas aquæ. | Siccitas ignis. | Frigiditas terræ. | In Mundo elementali. |
| Octo beatorum gaudia. | Pacifici. | Eſurientes & ſitientes iuſtitiam. | Mites. | Perſecuti propter iuſtitiã. | Mundi corde. | Miſericordes. | Pauperes ſpiritu. | Lugentes. | In minore Mundo. |
| Octo damnatorum pœnæ. | Carcer. | Mors. | Iudicium. | Ira Dei | Tenebræ. | Indignatio. | Tribulatio. | Anguſtia. | In Mundo infernali. |



### De Novenario, & eius ſcala.

### CAP. XII.

NOvenarius numerus Muſis ſacer, cœleſtium ſphærarum divinorumq; ſpirituum ordini adiumento: hinc novem ſunt ſphæræ mobiles, & ſecundũ illas novem ſunt Muſæ, ſcilicet, Calliope, Vrania, Polymnia, Terpſichore, Clio, Melpomene, Erato, Euterpe, Thalia: quæ quidem Muſæ novẽ ſphæris novem ſunt accommodatę, ita ut prima referat ſupremam quam vocant primum mobile, & ſic gradatim deſcendendo, ſecundum ſcriptum ordinem, uſque ad ultimam, quæ referat ſphæram Lunæ, ita ſcilicet: Calliope accommodatur primo mobili: Vrania, ſtellato cœlo: Polymnia, Saturno: Terpſichore, Iovi: Clio, Marti: Melpomene, Soli: Erato, Veneri: Euterpe, Mercurio: Thalia, Lunæ. Novem quoque ſunt angelorum Beatorum ordines, ſcilicet, Seraphim, Cherubim, Throni, Dominationes, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Archangeli, Angeli, quos per novẽ lapides figurat Ezechiel, qui ſunt, ſaphirus, ſmaragdus, carbunculus, berillus, onix, chryſolithus, iaſpis, topazius, ſardius. Habet etiam hic numerus magnum & occultum crucis ſacramentum: nam hora nona Dominus noſter IESVS CHRISTVS emiſit ſpiritum: novemq; diebus antiqui mortuos funerabant, totidemq; annis dicunt Minoa in ſpelunca à Iove leges accepiſſe. Vnde hic numerus ab Homero præcipuè obſervatus eſt, ut quando leges condendę, aut reſponſa danda, aut ſævitura clades. Aſtrologi etiam annos enneaticos, hoc eſt, novenarios, in hominum ętatibus nõ ſecus, atq; ſeptenarios, quos climactericos vocant obſervant, notabili mutatione inſignes. Aliquando tamen notam imperfectionis & incompletionis habet, quòd ad denarii nõ pertingat perfectionem, ſed unitate minor, citra illum deficiat, ſicut ſuper Evangelio de decem leproſis interpretatur Auguſtinus. Nec vacat myſterio longitudo novem cubitorum Og regis Baſan, qui typus eſt diaboli.

SCALA NOVENARII.

| *Nomina Dei nouem literarum.* | *Tetragrammaton Subaoth.* יהוה צבאות | | | *Tetragrammaton Zidkenu.* יהוה צדקנו | | | *Elohim Gibor.* אלהים גיבור | | | *In Archetypo.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Nouem chori angelorum.* | *Seraphim.* | *Cherubim.* | *Throni* | *Dominationes.* | *Poteſtates.* | *Virtutes.* | *Principatus.* | *Archangeli* | *Angeli.* | *In Mundo intelligibili.* |
| *Nouem angeli præſidentes cœlis.* | *Metanon.* | *Orphaniel.* | *Zaphkiel.* | *Zadkiel.* | *Camael.* | *Raphael.* | *Haniel.* | *Michael.* | *Gabriel.* | |
| *Nouem ſphæræ mobiles.* | *Primũ mobile.* | *Cœlum ſtellatũ,* | *Sphæra Satur.* | *Sphæra Iouis.* | *Sphæra Martis* | *Sphæra Solis.* | *Sphæra Veneris.* | *Sphæra Mercurii.* | *Sphæra Lunæ.* | *In Mundo cœleſti.* |
| *Nouem lapides, repræſentantes nouem choros angelorum,* | *Sapphyrus.* | *Smaragdus.* | *Carbũculus.* | *Berillus.* | *Onyx.* | *Chriſolithus.* | *Iaſpis.* | *Topazius.* | *Sardius.* | *In Mundo elementali* |
| *Nouem ſenſus, cũm extimi tũm intimi.* | *Memoria.* | *Cogitatiua.* | *Imaginatiua.* | *Senſus cõmunis.* | *Auditus.* | *Viſus.* | *Odoratus.* | *Guſtus.* | *Tactus.* | *In minore Mundo.* |
| *Nouem ordines Cacodæmonum.* | *Pſeudothei.* | *Spiritus mẽdacii.* | *Vaſa iniquitatis.* | *Vltores ſcelerum.* | *Præſtigiatores.* | *Aereæ poteſtates.* | *Furiæ ſeminatrices malorum.* | *Criminatores ſiue exploratores.* | *Tentatores ſiue inſidiatores.* | *In Mundo infernali.* |

De



## *De decade & eius ſcala.* CAP. XIII.

DEnarius, hic dicitur omnis numerus, ſive univerſus, atq; numerus completus, denotans plenum curriculum vitæ: abeo enim ultra non numeratur, niſi per replicationem: univerſosq; numeros vel intra ſe implicat, vel per ſe ſuosque explicat multiplicando: quapropter multiplicis religionis habetur. Hinc veteres, cæremonias denarias appellavere: quib9 illos, qui expiandi, aut ſacra adituri eſſent, per decem continuos dies à certis quibuſdam rebus abſtinendum erat. Vnde apud Aegyptios mos erat, illi qui ſacris Iſidis initiari vellet, decem dierũ jeiunium indici ſolitum, quod teſtatur Apuleius de ſe ipſo, inquiens: Illud plane cunctis arbitris præcepit, decem illis continuis diebus cibariam voluptatẽ coërcerem, & neque ullum animal eſſem, & invinius eſſem. Decem ſunt ſanguinei hominis partes, menſtruum, ſperma, plaſmativus ſpiritus, maſſa, humores, organicum corpus, vegetativa, ſenſitiva, ratio & mens. Decem quoq; ſimplicia integralia hominem cõſtituentia, os, cartilago, nervus, chorda, ligamentum, arteria, vena, panniculus, caro cutis. Decem quoq; artus, quibus cõſtat intrinſecus homo: ſpiritus, cerebrum, pulmo, cor, epar, fel, ſplen, renes, genitalia, matrix. Præterea decem cortinæ erant in templo, decem chordæ erant in pſalterio, decem inſtrumẽta muſica, quib. canebantur Pſalmi, quorum nomina ſunt: Neza, in quo canebantur ode: Nablum, idem quod organũ: Mizmor, in quo pſalmi: Sir, in quo cantica: Tephila, in quo orationes: Baracha, in quo benedictiones: Haiel, in quo laudationes: Hodaia, in quo gratiarum actiones: Aſre in quo alicujus felicitas: Halleluiah, in quo laudes Dei tantum, atque contemplationes. Decem quoque ſunt cantores pſalmorũ, videlicet Adam, Araham, Melchiſedec, Moſes, Aſaph, David, Salomon, & tres filii Choræ. Decem quoq; præcepta legis. Et decimo die poſt aſcenſionem CHRISTI, deſcendit ſpiritus ſanctus. Hic denique eſt numerus, in quo Iacob tota nocte luctatus cum angelo, vicit in certamine, & oriente Lucifero benedictus eſt, & vocatum eſt nomen eius Iſrael. In hoc numero Ioſue vicit triginta unum reges, & David vicit Goliam, & Philiſtæos, & Daniel pericula evaſit leonum. Hic numerus ſicut unitas etiam circularis eſt, quia coacervatus in unitatem redit, à qua exordium habuit: & ipſe numerotum omnium finis eſt, & complementum, & principium decadum. Sicut denarius refluit in unitatem ex qua proceſſit, ſic omne

DENARII.

| | אלהים צבאות Nomen Elohim Sabaoth. | | | Nomina Dei decem literarum. |
|---|---|---|---|---|
| צבאות יהוה Tetragrā maton Sabaoth. | צבאות אלהים Elohim Sabaoth. | שדי Sadai. | אדני Adonai. melech. | Decem nomina Dei. |
| נצח Nezah | הוד Hod. | יסוד Ieſod. | מלכות Malchut. | Decem Sephiroth. |
| Principatus. Elohim. | Archangeli. Bne Elohim. | Angeli. Cherubim. | Animæ beatæ. Iſsim. | Decem ordines beatorum ſecūdum Dionyſ. Decem beatorū ordines iuxta traditiones Hebræorum. |
| Haniel. | Michael. | Gabriel. | Anima Meſsiæ. | Decem angeli præſidentes. |
| Noga. Sphæra Veneris. | Coahab. Sphæra Mercurii. | Leuanah. Sphæra Lunæ. | Holonie ſodot. Sphæra elementorum. | Decem ſphæræ Mundi. |
| Homo. | Serpens. | Bos. | Agnus. | Decē animalia ſanctitatis ad ſuperos relata. |
| Renes. | Pulmo. | Genitalia | Matrix. | Decem artus intrinſeci hominis. |
| Fullæ ſeminatrices malorum. | Criminatores ſive exploratores. | Tentatores ſive inſidiatores. | Animæ pravæ & damnatæ. | Decem damnatorum ordines. |

SCALA



SCALA DENARII




*De undenario & duodenario, cum duplici duodenarii ſcala, Cabaliſtica & Orphica.*

## CAP. XIV.

VNdenarius numerus ſicut tranſgreditur denarium, qui legis & præceptorum eſt, ita deficit à duodenario, qui gratiæ & perfectionis eſt: ideò numerus peccatorum & pœnitentium dicitur. Hinc in tabernaculo juſſa ſunt fieri undecim ſaga cilicina, qui eſt habitus pœnitentium & lugentium pro peccatis. Unde hic numerus nullā habet cum divinis, neque cum cœleſtibus communionem, nec attractum, nec ſcalam, ad ſupera tendentem, nec ullum meritum habet, ſed tamen aliquando gratuitā gratiam percipit à Deo, ſicut ille qui ad undecimam horam vocatus fuit in vineam Domini, accepitq; mercedem illorum, qui portaverunt onus diei & æſtus. Duodenarius autē numerus eſt divinus, & quo cœleſtia menſuantur, eſt enim ſignorum cœleſtium, ſpirituumq; principatu adiumento. Duodecim enim ſunt in Zodiaco ſigna, quibus præſūt duodecim angeli præcipui, ſuffulti irrigationibus magni nominis Dei. Duodecim annis Iupiter curſum ſuum perficit, & Luna quotidie duodecim gradus percurrit: duodecim in humano corpore præcipuæ ſunt juncturæ, ſcilic. in manibus, cubitis, ſpatulis, femore, genibus, & vertebris pedum: Magna inſuper in divinis miſteriis duodenarii vis eſt.

Elegit

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Elegit Deus duodenam familiam Iſrael, præfecitque illis duodecim Principes, totidemq; lapides locati in profundo loco danis, & in pectore Sacerdotis eodem numero figi præcepit. Duodecim etiam panes facierum propoſitionis, & totidem la pidibus altare conſtructum, & mare æneum á Salomone fa bricatum, eodem numero leones ſuſtinebant, totidem fontes in Helim, totidem exploratores miſſi ad terram promiſſionis, totidem Chriſti Apoſtoli duodecim tribubus pręfecti, duodecim millia numerantur populi ſignati & electi: duodecim ſtellis cœli Regina coronata, & in Evangelio, ex creſcentibus panibus cophini duodecim fragmentorum colliguntur: & duodecim angeli præſident duodecim portis ciuitatis, & duodecim lapides cæleſtis Ieruſaelm. In inferioribus etiam crescentia multa hoc numero progrediuntur: ſic lepus, & cuniculus fœcundiſſimi, duodecies in anno generant, pariuntque, & camela totidem menſibus fœtum gerit; & pavo duodecim ova ponit,

SCALA



| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Nomina Dei 12. literarum.* | | | הוא *Ipſe.* | ברוך *Benedictus.* | קדש *Sanct⁹.* | | | | בבנ ורוח הקדש *Pater, Filius & Spiritus ſanctus.* | | | | *In Archetypo.* |
| *Nomē magnū, in 12. vexilla revolutum.* | יהוה | יההו | יוהה | הוהי | הויה | ההיו | וההי | ויהה | הוהי | היהו | היוה | ההוי | |
| *12. ordines beatorum ſpirituum.* | *Seraphim.* | *Cherubin.* | *Throni* | *Dominationes.* | *Poteſtates:* | *Virtutes.* | *Principatus.* | *Archāgeli.* | *Angeli* | *Innocētes.* | *Martyres.* | *Cōfeſſores.* | *In mūdo intelligibili.* |
| *12. Angeli, præſidentes ſignis.* | *Malchidiel.* | *Aſmodel.* | *Ambriel.* | *Muriel* | *Verchiel.* | *Hamaliel.* | *Zuriel.* | *Barbiel.* | *Annachiel.* | *Hanael* | *Gabriel.* | *Barchiel.* | |
| *12. Tribus.* | *Dan.* | *Ruben.* | *Iehuda* | *Manaſſe.* | *Aſer.* | *Simeon* | *Iſaſchar.* | *Beniamin.* | *Nephtalim.* | *Gad.* | *Zabulon* | *Ephraim.* | |
| *12. Prophetæ.* | *Malachias.* | *Aggæ⁹.* | *Zacharias.* | *Amos.* | *Oſeas.* | *Micheas.* | *Ionas* | *Abdia.* | *Sophonias.* | *Naum.* | *Abacuc.* | *Iohel.* | |
| *12. Apoſtoli.* | *Mathias.* | *Thaddæus.* | *Simon.* | *Iohannes.* | *Petrus.* | *Andreas.* | *Bartolomæus* | *Philippus.* | *Iacob⁹ maior.* | *Thomas.* | *Matthæus.* | *Iacobus minor.* | |

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Duodecim ſigna Zodiaci. | Aries. | Taur⁹. | gemini | Cancer | Leo. | Virgo. | Libra. | Scorpius. | Sagittarius. | Capricornus. | Aquarius. | Piſces. | In mũdo cœleſti. |
| Duodecim menſes. | Martius. | Aprilis | Maius | Iunius | Iulius. | Auguſtus. | September. | October. | Nouember. | December. | Ianuarius. | Februarius. | |
| Duodecim planeta. | Eleliphacos. | Perriſtereon orchios | Periſtereon hyptios | Symphytios. | Cyclaminus. | Calaminthus. | Scorpiuros. | Artemiſia. | Anagallis. | Lebathus. | Dracõtea. | Ariſtolochia. | In mũdo elementali. |
| Duodecim lrpides. | Sardinius. | Sardius. | Topazius. | Chalcedon. | Iaſpis. | Smaragdus. | Berillus. | Amethiſtus | hyacinthus. | Chryſopaſſus. | Chryſtallus. | Saphyrus. | |
| Duodecim membra principalia. | Caput. | Collũ. | Brachia. | Pectus. | Cor. | Venter. | Renes. | Genitalia. | Anchæ | Genua | Crura. | Pedes. | In minore mundo |
| Duodecim gradus damnatorum & dæmoniorum. | Pſeudochei. | Spirit⁹ mendacii. | Vaſa iniquitatu. | Vltores ſcelerum. | Præſtigiatores. | Aereæ poteſtates. | Furiæ ſeminatrices malorum. | Criminatores ſiue exploratores. | Tentatores, ſiue inſidiatores. | Maleſici. | Apoſtatæ. | Inſideles. | In mũdo infernali. |



SCALA DVODENARIA ORPHICA.

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Duodecim nomina. | Pallas. | Venus. | Phœb⁹ | Mercurius. | Iupiter. | Ceres. | Vulcanus. | Mars. | Diana. | Veſta. | Iuno. | Neptunus. | In mũdo intelligibili. |
| 12. ſigna Zodiaci. | Aries. | Taurus. | Gemini. | Cancer | Leo. | Virgo. | Libra. | Scorpi⁹ | Sagittarius. | Capricornus. | Aquarius. | Piſces. | In mũdo cœleſti. |
| 12. menſes. | Martius. | Aprilis | Maius | Iunius | Iulius. | Auguſtus. | September. | October. | Nouember. | December. | Ianuarius. | Februarius. | |
| 12. ſacræ aues. | Noctua | Columba. | Gallus. | Ibis. | Aquila. | Paſſer. | Anſer. | Picus. | Cornix | Ardea | Pauo. | Cygnus. | |
| 12. ſacra animalia. | Capra. | Hircus | Taur⁹. | Canis. | Ceruus. | Porca. | Aſinus | Lupus. | Cerua. | Leo. | Ouis. | Equus. | In mũdo elemẽtali. |
| 12. ſacræ arbores. | Olea. | Myrtus. | Laurus. | Corylus. | Æſculus. | Pomus | Buxus | Cornus | Palma | Pinus. | Rhaninus. | Vimus. | |
| 12. hominis membra ſigni d ſtributa. | Caput. | Collũ. | Brachia. | Pectus. | Cor. | Venter. | Renes. | Genitalia. | Anchæ | Genua. | Crura. | Pedes. | In minore mundo. |

## *De numeris qui ſupra duodenarium ſunt, eorumq; potentia & virtutibus.* CAP XV.

Reliqui etiam ultra duodenarium numeri multis & va
effectibus decorati ſunt, quorum virtutes ex origine p
tibusq; eorum deprehendere oportet, quatenus ex ſimplic
aggregatione varia, aut multiplicationis ductu cõſtituun
nonnunquam etiam ex diminutione aut ſupergreſſione a
rius præcedentis præcipuè perfectioris, ſignificata eorum
ſultant, tùm etiam ex ſeipſis myſteriorum quorundam ſacr
XIII. menta continent. Sic tertius ſuprá decimum numerus, app
ritionis Chriſti ad gentes myſterium indicat: decimo ter
namq; poſt eius natalẽ diem, ſtella duce Magis facta eſt. De
XIV. cimus quartus & ipſe Chriſti typum gerit, qui decima qua
Luna primi menſis pro nobis immolatus, quo die & filii Iſra
Phaſe Domino, hoc eſt, tranſitum celebrare juſſi ſunt. Hu
numerum tam ſollicitè obſervat Matth., ut quo poſſet illu
in generationibus Chriſti ubique retinere, nõnullas genera
XV. tiones prætermiſerit. XV. numerus ſpiritualium aſcenſionu
ſymbolum eſt, ideoq; canticum graduum in quindecim Pſ
mis illi adaptatum eſt: cui etiam XV. anni additi regi Ezech
deputantur: & decim⁹ quintus dies ſeptimi menſis erat ve
XVI. rabilis & ſanctus. XVI. numerum ex quadrato æquilater
parente denarii compoſitum, idcirco Pythagorici nume
felicitatis appellant: ipſe etiam veteris teſtamenti prophe
omnes, tum novi Teſtamenti Apoſtolos & Evangeliſtas co
XVIII. plectitur. Numerum XVIII. & XX. utrumq; infauſtum
XX. terpretantur Theologi. nam in priore ſervivit Iſrael Egl
regi Moab: in altero ſervivit Iacob, & vẽditus eſt Ioſeph. De
niq; inter polypoda nullum eſt, quod vicenum pedum nu
rum excedat. Numerus autem XXII. plenitudinem ſapien
XXII. ſignificat, totidem ſiquidem ſunt Hebraicarum literarũ ch
racteres, totidemq; libris totum vetus teſtamentum conti
tur. Numero autem viceſimo octavo Lunæ favor deſig
XXVIII. tur. eius enim motus diſtans á curſu aliorum ſiderum,
ſolitarius viceſimo octavo die completur, quo redit ad id
punctum zodiaci unde proceſſit. Hinc & viginti octo man
ones Lunæ, ſingulari virtute & influentiâ pollentes, in cœ
XXX. ſtibus numerantur. Triceſim⁹ numerus multis myſteriis m
morabilis eſt, quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus appre
qui ipſe quoq; triceſimo ſuę ætatis anno baptizatus eſt, cœp
que facere miracula, & docere regnum Dei. Ipſe etiam Io



nes Baptiſta triceſimum annum agebat, cùm incepiſſet præ-
dicare in deſerto, & pręparare vias Domini. Ipſeque Ezechiel
eadem annorum ætate, incœpit prophetare: & Ioſeph triceſi-
mo ſuæ ætatis anno eductus de carcere, a Pharaone accepit
Aegyptii principatum. Triceſimum ſecundũ numerum He- XXXII.
bræorum doctores ſapientiæ adſcribunt, totidem enim ſunt
ab Abrahamo deſcriptæ ſemitæ ſapientiæ. Pythagorici verò
hunc numerum iuſtitiæ appellant, quia ſemper diviſibilis in
partes æquales uſque ad unitatem. Quadragenarium nume- XL.
rum veteres magna obſervatione colebant, de quo & feſtum
celebrabant, teſſeracoſten. Fertur ad partus rationem efficere,
totidem diebus ſemen aptari & transformari in utero, quouſ-
que corpus organicum perfectum, ſuis debitis & harmonicis
menſuris conducatur diſpoſitum ad ſuſcipiendum animam
rationalem. Totidem diebus mulieres poſt partum graviori
morbo conflictari, quouſque adaptentur muliebria in partu
commota, antequam purificentur: totidem etiam diebus in-
fantes riſum continere, morbidos eſſe, magnoque diſcrimine
vivere: eſtque hic numerus in religione expiationis & pœni-
tentiæ, magnorumque myſteriorum ſignificativus: ſiquidem
quadraginta dies & noctes diluvii tempore pluit Dominus
ſuper terram: quadraginta annis filii Iſrael habitârunt in de-
ſerto: quadraginta dies dilata eſt ſubverſio Ninivæ. Idemq;
numerus ſanctorum ieiuniis ſacer habitus eſt, ſiquidem per
quadraginta dies Moſes, Helias, & Chriſtus ieiunaverunt.
Quadraginta ſeptimanis Chriſtus in utero virginis portatus
eſt: quadraginta diebus à nativitate manſit Chriſtus in Beth-
lehem, antequam offerretur in templo: quadraginta men-
ſibus publicè prædicavit: quadraginta horis mortuus deli-
tuit in ſepulchro: quadrageſimo die poſt reſurrectionem in
cœlos aſcendit, quæ omnia non ſine huius numeri occulta
proprietate & myſterio facta fuiſſe, noſtri tradunt Theologi. L.
Quinquagenarius numerus eſt remiſſionis peccatorum, &
ſervitutis, libertatiſque ſignificativus: ſecundum legem e-
nim quinquageſimo anno remittebantur debita & reverte-
batur unuſquiſque in poſſeſſionem ſuam. Hinc per Iubilæi
annum, atque per pœnitentiæ Pſalmum, indulgentiæ atque
pœnitentiæ ſacramentum oſtendit. Lex quoque, & ſpiritus
ſanctus in eodem declarantur: nam quinquageſimo die poſt
exitum Iſrael de Aegypto, lex data eſt Moſi in monte Sina.
Quinquageſimo die poſt reſurrectionem deſcendit Spiritus
ſanctus ſuper Apoſtolos in monte Sion: unde dicitur & nu-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

merus gratiæ, & attribuitur ſpiritui ſancto. Erat & ſexage
rius numerus Aegyptiis ſacer: nam crocodilo proprius,
LX. ſexagenis diebus ova ſexaginta pariat, totidemq; diebus
veat, tot annos præterea dicatur vivere, & dentes eodem
mero habere: denique totidem diebus in receſſu quie
LXX. quotannis ſine cibo. Habet & ſeptuagenarius numerus
myſteria, nam totidem annis ignis ſacrificii in Babylon ca
ptivitate ſub aqua latens vixerat: totidem annos prædix
Ieremias templi deſtructionem: totidem annos duravit ca
tivitas Babylonica: totidem annis complebatur deſolatio
ruſalem. Item quinquaginta palmæ erant in loco ubi ca
metati ſunt filii Iſrael: ſeptuaginta animabus deſcēderunt
tres in Aegyptum: ſeptuaginta reges amputatis manuum
pedum ſummitatibus, colligebant cibum ſub menſa Ado
beſech: ſeptuaginta filii egreſſi ſunt de femore Ioas: ſep
ginta viri omnes filii Ieroboal: ſeptuaginta pōdera argenti
bantur Abimelech: totidē viros occidit Abimelech ſuper
no lapide: Septuaginta filios & nepotes habuit Abdon, qui
cendebant ſuper ſeptuaginta pullos aſinarū. Septuaginta
lia virorum erant Salomoni, qui onera portabant. Septua
ta filii Achab regis in Samaria decapitati ſunt. Septuagin
xta Pſalmiſtam ſunt anni annorū ætatis noſtræ. Septua
ſepties iudicatum eſt de Lamech: ſeptuageſies ſepties per
LXXII. donantur delinquenti. Eſt & numerus ſecundus ſupra
geſimum totidem linguarum ſermonibus, totidem Syna
gæ ſenioribus, totidem veteris Teſtamenti interpretibus
tidem Chriſti diſcipulis inſignis: habetq; cū duodenario
gnam communionem: hinc in cœleſtibus quovis ſigno
partes diviſo, reſultant ſeptuaginta duo quinarii, quibus
ſident totidem angeli, & totidem influūt nomina Dei, &
libet quinarius uni præeſt idiomati, tanta efficacia, ut in
ſtrologi & Phyſionomi cognoſcere queant, cuius idio
quiſq; fuerit oriundus: reſpondent iſtis etiam totidem
tes in humano corpore articuli, quorum in quovis digito
nuum & pedum habentur tres: qui cum principalibus de
cim ſuperius in duodenario numeratis, conſtituunt ſe
C. ginta duos. Centenarius in quo ovis collocatur inventa
etiam de ſiniſtra tranſit ad dexteram, ſacratus invenitur
quia ex denario in ſeipſum ducto gignitur, cōpletam de
perfectionem. Complementum verò omnium numer
M. millenarius eſt, qui eſt cubus denarii, ſignificans conſu
tam & abſolutam perfectionem. Sunt autem duo num
Pla



Platone in Republica maximé celebrati, & ab Ariſtotele in
ſuis Politicis non improbati, quibus civitatibus magnæ mu
tationes portenduntur: hi ſunt duodenarii quadratus, & e
iuſdem cubus, videlicet quadrageſimus quartus ſupra cente
narium, & ſeptingenteſimus viceſimus octavus ſupra mille
narium, qui numerus fatalis eſt: ad quem cùm civitas quævis
ſive Reſpublica pervenerit, completo cubo poſtea declinabit:
in quadratis tamen mutationem ſubit, ſed in melius, ſi pru
denti diſciplina regatur: nec fato tunc, ſed imprudentia col
labi poterit. Atque hæc de numeris particulatim dicta ſuffi
ciant.

### *De numerorum notis, in certis geſticulationibus conſtitutis.* CAP. XVI.

Legi ſæpiſſimè in magicis libris, eorundemque operibus & experimentis mirabiles quaſdam, & quales mihi videbantur, ridiculas geſticulationes, & putabam illa eſſe occulta quędam dæmonum pacta, propter quod reſpuebam, & proieci ea: ſed poſtquam rem profundius examinavi, tunc primum intellexi, in illis magicis geſticulationibus, non dæmonum fœdera, ſed numerorum deliteſcere rationem, qua veteres per manuum & digitorū varios inflexus & reflexus numeros repræſentabant: quorum geſticulatione Magi, ineffabilium virtutum vocabula, ſono ignota, numeris varia, iugatis alternatiſq; digitis tacitè inclamant, veneraturq; ſacro ſilentio mūdi præſules deos. Eius ritus meminit etiā Martianus de Arithmetica, inquiens: Digiti verò virginis recurſantes, & quædā incomprehenſæ mobilitatis ſcaturigine vermiculati, quæ mox ingreſſa, ſeptingentos decem & ſeptem numeros complicatis digitis, Iovem ſalutabūda ſurrexit. Tum Philoſophia, ut Tritonidem propter adſtabat, quid numero tali Arithmetica intuliſſet, exquirit. Cui Pallas: Proprio, inquit, Iovem nomine ſalutavit. Vt ergo hæc melius intelligantur, placuit illa ex traditione Bedę hic ſubiungere, inquit itaque: Cum dicis unum, minimum in læva digitum inflectens, in mediū palmæ locum figes: cùm dicis duo, ſecundum á minimo inflexum ibidem impones: cum dicis tria, tertium ſimiliter inflectes: cum dicis quatuor, itidem minimum levabis: cùm dicis quinque, ſecundum a minimo ſimiliter eriges: cùm dicis ſex, tertium nihilominus levabis: eo ſolo qui medicus appellatur, in medium palmæ fixo: cum dicis ſeptem, minimum ſolùm ſupra palmę radicem, cæteris interim levatis, imponens: iuxta quem cúm



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

dicis octo, medicum: cum dicis novem, medicum é regione
compones: cum dicis viginti, unguem indicis in medio figes
articulo pollicis: cum dicis viginti, ſummitatem medii digi
inter nodos pollicis & indicis arctè figes: cum dicis triginta,
ungues indicis & pollicis blando coniunges amplexu: cum
dicis quadraginta, interiora pollicis lateri vel dorſo indicis
ſuperduces, ambobus duntaxat erectis: cúm dicis quinqua-
ginta, pollicem exteriore articulo inſtar Græcæ literæ gamma
curvatim ad palmam inclinabis: cum dicis ſexaginta, pollicé
ut ſupra curvatim indice circumflexo diligenter à fronte præ-
cinges: cùm dicis ſeptuaginta, indicem ut ſupra circumflexũ,
pollice in longum tenſo implebis, ungue illius duntaxat ere-
cto trans medium indicis articulum: cùm dicis octoginta, in-
dicem ut ſupra circumflexum, pollice in longum extenſo im-
plebis, ungue videlicet illius in medium indicis articulum fi-
xo: cùm dicis nonaginta, indicis inflexi ungem radici pollicis
erecti configes. Hactenus in læva. Centum verò in dextra,
quomodo in læva decem facies: ducenta in dextra, quomodo
viginti in læva, ſiniſtraque manu. Duo millia in dextra, quo-
modo duo in læva, &c. uſque ad novem millia. Porrò decem
millia cum dicis, lævam in medio pectoris ſupinam appones
digitis tantum in cœlum erectis: viginti millia cum dicis, e-
dem pectori expanſam latè ſuperpones: triginta millia cum
dicis, eadem prona, ſed erecta, pollicem cartilagini medii pe-
ctori immittes: quadraginta millia cum dicis, eadem in um-
bilico arectam ſupinabis: quinquaginta millia cum dicis, e-
iuſdem pronæ, ſed erecto pollicem umbilico impones: ſexa-
ginta millia, eadem prona femur lævum deſuper comprehen-
des: ſeptuaginta millia cum dicis, eandem ſupinam, femori
ſuperimpones: octoginta millia cum dicis, eandem pronam
femori ſuperpones: nonaginta millia cum dicis, eadem lum-
bos comprehendes, pollice ad ima verſo. At verò centum mil-
lia, ducenta millia, & cætera uſque ad nonaginta millia, eo
modo quo diximus, ordine in dextra corporis parte comple-
bis. Decies autem centum millia cùm dicis, ambabus ſibi ma-
nibus conſertis, invicem digitos implicabis. Hæc ex Beda an-
notata hactenus ſufficiant. Plura de iſtis apud fratrem
Lucam de S. Sepulchro in ſua magna Arith-
metica comperies.





*De variis numerorum notis apud Romanos obſeruatis.*

CAP. XVII.

Numerorum notæ apud varias gentes diverſimodè pingun-
tur. Romani illos ſequentibus notis figurabant, quos de
literis antiquis deſcribit Valerius Probus, & hodie adhuc in u-
ſu ſunt, ſic videlicet.

Vnum I. Quinque V. Decem X. Quinquaginta L.

Centum C. Ducenta ꟊ CC. Quingenta D.

Mille. M S. I. CXↃ.

Quinque millia. IↃↃ. ICC. V.

Decem millia. CCIↃↃ. CMↃ. ↃMC. IMI.

Quinquaginta millia. IↃↃↃ. DↃↃ. I.

Centum millia. CCCIↃↃↃ.  CM. C.

Ducenta millia ꟊ CC.

Quingenta millia. DM. qↃ D̄.

Mille millia. DMↃ. CqↃ M̄S.

Sunt aliæ numerorum notæ, hodie apud Arithmeticos &
calculatores uſitatæ, quę iuxia numerorum ordinem his figu-
ris pinguntur, 1.2.3.4.5.6.7.8.9. quibus additur nota privati-
onis, orbiculo ſignata, hac ſcilicet figura, o. quæ licèt nume-
rum nullum ſignificet, alios tamen aut denarios, aut centena-
rios, aut millenarios ſignificare facit, quemadmodum hæc in
Arithmeticis manifeſta ſunt. Sunt etiam, qui denarium per
virgulam, quæ lineam tranſverſim agat, notant: quinarium
autem per eam, quæ lineam contingat, non autem ſecet, uni-
tatem verò per eam, quæ ſeorſim ponitur, ſicut in hoc exem-
plo videre licet: † ſignificat decem, F. ſignificat decẽ & quin-
que: ŀ ſignificat ſexdecim, : ħı decem & ſeptem, orbiculus
verò denotat centum, ſic ſcilicet, o, ſeorſum poſitus: coniun-
ctus verò totidem quot numeris apponitur centenarios indi-
cat, ut ſic, oo, vel ſic, IIo, ducenta, ſic ooo, vel ſic, IIIo. tre-
centa: ꟼ quingenta: ⌐ decies centena ſive mille. Atque
hæ notæ frequenter in Magicis characteribus adiectæ conſpi-
ciuntur.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

## *De notis Græcorum.* CAP. XIIX.

NOtis numerorum utuntur Græci literis alphabeticis, idq; tribus modis: primò ſingulis elementis ſecundum alphabeti ſeriem loci ſui numerum ſignificantibus. Nam quotum in ordine alphabeti locum quæque litera ſortita eſt, eiuſdem numerum repræſentat, ut hic videre licet.

| | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 |
| A | B | Γ | Δ | E | Z | H | Θ | I | K | Λ | M | N | Ξ |
| 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | | | | | |
| Π | P | Σ | T | Υ | Φ | X | Ψ | Ω | | | | | |

Et ſic eſt primus ordo numerorum apud Græcos. Secundò dividunt Græci totum alphabetum in tres claſſes, quarum prima incipiens ab Alpha, unitatum eſt. Secunda incipiens à Iota, denariorum eſt. Tertia incipiens à Rho, eſt centenariorum: & hic ordo á poſterioribus Græcorum ita ad Hebræorum imitationem inſtitutus eſt. Quia verò alphabetum eorum ab ea regula tribus literis mancum eſt, neceſſe fuit illis tres figuras adfingere, & literis intercalare: quibus videl. ſextum, nonageſimum, & nonagenteſimum numeros explicarent, ut in ſequentibus liquet.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
| A | B | Γ | Δ | E | ϛ | Z | Θ | H |
| 10 | 20 | 30 | 40 | 50 | 60 | 70 | 80 | 90 |
| I | K | Λ | M | N | Ξ | O | Π | ϙ |
| 100 | 200 | 300 | 400 | 500 | 600 | 700 | 800 | 900 |
| P | Σ | T | Υ | Φ | X | Ψ | Ω | ϡ |

Quòd ſi alicui harum literarum ſubſignetur virgula toni acuti, tunc totidem millenarios ſignificat, ut in his exemplis:

| | | |
|---|---|---|
| 1000. | 10000. | 100000. |
| ,A | ,I | ,P |

Tertio modò ſex duntaxat literis deſignandis numeris Græci utuntur, videlicet I, pro unitate: Π pro quinario, quia caput eſt dictionis Πέντε, h. e. Quinque: ΔΔ pro denario, à Δέκα: EH pro cētenario, ab ἑκατὸν: XX pro millenario, à voce Χίλια: M Iy I decem millibus à Μυρία. Ex quibus ſex literis ſuo modo uſque ad quatuor numero iunctis, vel aliis adiunctis, cæteros numeros formam, præter Π, quæ non multiplicatur, nec ſibi iungitur, ſed ſemper aliorum quinarios ſignificat, ut in ſequentibus exemplis patet:





| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
| I | II | III | IIII | Π | ΠI | ΠII | ΠIII | ΠIII II |
| 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 20 | 21 |
| Δ | ΔI | ΔII | ΔIII | ΔIIII | ΔΠ | ΔΠI | ΔΔ | ΔΔI |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 50 | 60 | 100 | 200 | 500 |
| (Δ) | (Δ) Δ | H | HH | (H) |
| 1000 | 5000 | 10000 | 50000 | |
| X | (X) | M | (M) | |

## *De notis Hebræorum, & Chaldæorum, & quibuſdam aliis Magorum notis.* CAP. XIX.

HEbræorum etiam literæ numerorum notas habent, ſed longè excellentiꝰ, quam ulla aliarum linguarum, cũ maxima lateant in Hebraicis numeris myſteria, ſicuti de his tractatur in ea parte Cabalæ, quam Notariacon vocant Sunt autem Hebræorum literæ numero viginti duæ principales, quarum quinque alias quaſdam diverſas figuras in fine dictionis ſortiuntur, quas idcirco quinq; finales vocant. quæ ſuperioribus additæ, viginti ſeptem conſtituũt: quæ deinde in tres gradus partitæ, quæ in primo gradu ſunt, unitates referunt: quæ in ſecundo, denarios: quæ verò in tertio gradu ſunt, centenarios ſignificant: quælibet autem illarum, ſi grandi degatur charactere, totidem ſignificat millenarios, ut hic:

| | | |
|---|---|---|
| 3000 | 2000 | 1000 |
| ג | ב | א |

Claſſes autem numerorum Hebraicorum ſunt iſtæ:

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 9 | 8 | 7 | 6 | 5 | 4 | 3 | 2 | 1 |
| ט | ח | ז | ו | ה | ד | ג | ב | א |
| 90 | 80 | 70 | 60 | 50 | 40 | 30 | 20 | 10 |
| צ | פ | ע | ס | נ | מ | ל | כ | י |
| 900 | 800 | 700 | 600 | 50 | 400 | 300 | 200 | 100 |
| ץ | ן | ת | ם | ך | ת | ש | ר | ק |

Sunt tamen qui finalibus literis non utuntur, ſed pro illis ſic ſcribunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1000 | 900 | 800 | 700 | 600 | 500 |
| א | תתק | תת | שת | רת | קת |

Et ex iſtis in ſimilibus figuris earum combinatione & compo-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ſitione reliquos omnes compoſitos numeros deſcribunt, ut undecim, duodecim, centũ & decem, centũ & undecim, addendo denario quæ unitatũ ſunt: ſimiliter & reliquis ſuo modo. Tandem decimum quintũ numerum, non per decem & quinq;, ſed per novem & ſex ſcribunt, ſic ſcilicet: טו, idq; ob reverentiam divini nominis יה, quod quindecim importat, ne ſacro nomine ad prophana aliquando abuti cõtingat. Habentq; & Aegyptii & Aetiopes & Chaldæi & Arabes ſuas numerorũ notas, quæ & ipſæ ſæpiſſimé inter magicos characteres occurrũt: has igitur qui noſſe velit, apud harum literarum peritos requirat. Chaldæi namq; alphabeti ſuis literis numeros, Hebræorum more ſignant: horum alphabetũ in fine primi libri adnotavimus. Inveni præterea in duobus antiquiſſimis libris aſtrologicis & magicis, quaſdã elegantiſſimas numerorũ notas, quas huc etiam ſubiungere decrevi: erant autem in utroq; volumine tales:

1 2 3 4 5 6 7 8 9



Iſtis autem notis in ſiniſtrum latus converſis, conſtituuntur denarii, hoc modo:

10 20 30 40 50 60 70 80 90



Rurſusq; notis illis deorſum converſis, in dextro latere, centenarios: in ſiniſtro, millenarios dabunt, ita videlicet:

100 200 300 400 500 600 700 800 900



1000 2000 3000 4000 5000 6000 7000 8000 9000



Atq; ex harum notarum compoſitione & mixtione, cæteri quoque



quoque mixti & compoſiti numeri elegantiſſimè exeunt, ſicut hoc in paucis facilè deprehendi poteſt.

1510. 1511. 1471. 1486. 3411



Ad quorum exemplum & in reliquis compoſitis procedentũ eſt: atque hæc de notis numerorum hactenus ſatis ſint.

*Qui numeri literis attribuuntur, atq; de divinatione per eoſdem.* CAP. XX.

TRadunt Pythagorici, adſentiũt Ariſtoteles & Ptolmæus ipſa literarum elementa certos quoſdam, divinosq; poſſidere numeros, per quos ex propriis rerum nominibus in ſummam collectos, de rebus occultis futurisq; eliciamus ſententiam. Vnde hanc divinationis ſpeciem Arithmantiam vocant, quia videlicet per numeros fit, ſicut de illa meminit Terentianus in his verſibus:

*Et nomina tradunt literis peracta,*
*Hæc ut numeris pluribus, illa ſint minutis,*
*Quandoq; ſubibunt dubia pericula pugnæ:*
*Maior numerus qua ſteterit, fauere palmam:*
*Præſagia læti minima patere ſumma.*
*Sic & Patroclum Hectorea manu periſſe,*
*Sic Hectora tradunt cecidiſſe mox Achilli.*

Ait etiam Plinius, Pythagoræ inventis datum, impoſitivorũ nominum imparem vocalium numerum, claudidates oculorumve orbitatem, ac ſimiles caſus, ſi ſint dextris adſignatę partibus, partem verò numerũ lævis: docuitq; Alexandrinus philoſophus, quomodo ex literarum numeris etiam natorũ horoſcopia dominatricesq; ſtellas invenire poterimus, quisque inter virum & vxorem prior moriturus ſit, aut ſupervicturus, cęterorumq; operum noſtrorum proſperos infelicèsve eventus, eiusque traditiones hic ſubiungere libuit, etiam à Ptolemæo aſtrologo non improbatas. Sed qui numeri ſingulis literis deputentur, ſuperius in Græcis & Hebraicis oſtendimus, diviſo alphabeto in tres claſſes, quarum prima eſt, unitatum, ſecunda denariorum, tertia centenariorum: cumq; in Romano alphabeto ad complementum viginti ſeptem characterum deſint quatuor, illorum locum ſupplent I & V. conſonantes ſimplices, ut in Iohanes, & Valentinianus nominibus: deinde hi & hu conſonantes aſpiratæ, ut in Hieronymus, & Guilhelmus, licèt

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

licet Germani pro hu aſpirato, duplici W utantur, Itali verò & Galli in ſuo vulgari g cum u cõiunctum loco eius ponunt, ſic ſcribentes, VVihelmus & Guilhelmus.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
| A | B | C | D | E | F | G | H | I |
| 10 | 20 | 30 | 40 | 50 | 60 | 70 | 80 | 90 |
| K | L | M | N | O | P | Q | R | S |
| 100 | 200 | 300 | 400 | 500 | 600 | 700 | 800 | 900 |
| T | V | X | Y | Z | I | V | HI | HV |

Quòd ſi nunc ſcire deſideras nati alicuius dominatricem ſtellam, computa nomen ſuum, & utriuſque parentis ſui per ſingulas literas ſecundum numerum ſupra ſcriptum, collectamq; totius ſummam divide per novenarium, ſubtrahendo illum quoties potueris: & ſi remanſerit unitas, aut quaternarius, uterq; ſolem indicat: ſi verò binarius, aut ſeptenarius, uterq; ſignat Lunam. Cæterùm ternarius, Iovem: quinarius, Mercurium: ſenarius, Venerem: octonarius Saturnum: novenarius, Martem notant, & eius rationes oſtenduntur alibi. Simili ratione ſi nati alicuius horoſcopon ſcire deſideras, computa nomen illius, & nomen matris ſuæ, & patris ſui, & ſummam totam collectam divide per duodenarium: ſi reſtabit unitas, Leonem notat: ſi Iunonia dias, Aquarium: ſi ternarius Veſtalis, Capricornum: ſi quaternarius, Sagittarium: ſi quinarius, Cancrum: ſi Venereus ſenarius, Taurum: ſi Palladis ſeptenarius, Arietē: ſi Vulcanius octonarius, Libram: ſi Martius novenarius, Scorpium: ſi denarius, Virginem: ſi undenarius, Piſces: ſi Phœbus duodenarius, Geminos repræſentabunt. & horum rationes etiam alibi redditæ ſunt. Nemo autem miretur, per numeros nominũ multa prognoſticari poſſe, cùm teſtibus Pythagoricis philoſophis, & Hebræorum Cabaliſtis, in illis numeris lateant occulta aliqua myſteria, à paucis intellecta: omnia enim numero, menſura, pondere creavit altiſſimus, à quibus & literarum, & nominum veritas originem ducit, quæ non caſu, ſed certa (licet nobis ignota) ratione inſtituta ſunt. Hinc Ioannes in Apocalypſi ait: Qui habet intellectum, computet numerum nominis beſtiæ, qui eſt numerus hominis. Hæc tamen non de illis nominibus, quæ diſſonans diſcrepantia nationum, ac diverſi gentium ritus, pro locorum cauſis cultibusq;, hominibus impoſuerunt: ſed naſcenti cuilibet ab ipſo cœlo ſiderea compaginatione inſpirata ſunt, quæque ex cujuſque geneſi elicere Hebræorum Macubales, atq; Aegyptiorum ſapientes docuerunt.

Qui



## *Qui numeri quibus diis ſacri ſunt, & qui quibus elementis adſcripti.* CAP. XXI.

IAM Verò etiam & elementis & cœleſtium numinibus ſacratos numeros Pythagorici dedicârunt: nam aeri octonarium: igni, tetractyn: terræ, ſenarium: aquæ duodenariũ aſſignarunt. Præterea competit unitas Soli, qui unicus ſtellarum rex eſt, in quo poſuit Deus tabernaculum ſuum: hanc etiam Iovis eſſe, idealis illius, intellectualiſque ſpeciei vis cauſativa teſtatur, qui idem caput & pater eſt deorum, ſicut monas principium & parens numerorum. Dualites verò datur Lunæ quæ ſecundum luminare eſt, & animam mundi figurat, vocaturque Iuno, quòd inter eam & monadem prima coniunctio eſt, conſortiumque conſimile. Datur & Saturno & Marti, duabus apud aſtrologos infortunis. Sic ternarius competit Iovi, & Soli & Veneri, tribus videlicet fortunis. & deputatur Veſtæ & Hecatæ & Dianæ: hinc dicunt:

*Dualitas.*

*Ternarius.*

*Tergeminam Hecaten, tria virginis ora Dianæ.*

Trias ergo dedicata eſt huic virgini, quam dicunt cœlo Ereboque potentem. Quaternarius ipſe Solis eſt, qui eo numero cœli cardines conſtituit, temporaque diſcernit: deputatur etiam Cyllenio, quod quadratus Deus ſolus habetur. Quinarius ex primo pari & primo impari, velut ex fœmineo & maſculo utroq; ſexu conſtans, adſignatur Mercurio: etiam mundo cœleſti attribuitur, qui ſuper quatuor elementa ipſe ſub alia forma eſt quintus. Senarius, qui ex triade per diadem ducta confertur, velut ex utriuſque ſexus cõmixtione, a Pythagoricis geneſi nuptiiſq; accommodatus, pertinet ad Venerem & Iunonem. Septenarius quietis numerus, Saturni eſt. idem etiam lunæ motum lumenq; diſpenſat: ideoque Tritoniæ virginis vocabulum poſſidet, quia nihil gignit: Minervę adſignatur, quód à nullo naſcitur: Palladi quoque viragini, quia ex numeris tam maſculis quàm fœmineis conſtat. Hunc Plutarchus etiam dat Apollini. Octonarius ob iuſtitiæ ſacramentum Iovis eſt: dicatur etiam Vulcano: nã ex primo motu & diade, quæ Iuno eſt, in ſe bis ducta, conſtat: etiam matri Deum Cybele attribuitur, cui omnis cubus tribuitur. Plutarchus illũ Baccho ſeu Dionyſio adſignat, qui ipſe octavo menſe natus dicitur: alii, quoniam octimeſtres partus vitales non ſunt, Saturno atq; parcis illum conſtituerunt. Novenarius ad Lunam omnium cœleſtium influxuum virtutumq; ultimũ receptaculũ pertinet, non minus & novem Muſis dicatus, tũ

*Quaternarius.* *Quinarius.* *Senarius.* *Septenari[us]* *Octonari[us]* *Novena[rius]*

etiam

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

*Denarius.* *Duodenarius.* *Vndenarius.*

etiam Marti, à quo finis omnium rerum Denarius numerus circularis, ea ratione qua monas ad Solem ſpectat: datur etiam Iano, quia primi verſus finis ſecundæ monadis implet annum; inſuper etiã mundo adſignatur, ſimiliter & duodenarius, quia ſol duodecim ſigna permeans, annũ duodecim menſib. diſtribuit, mũdo & cœlo ſoli attribuitur. Vndenarius verò, quia ſemicircularis eſt, attribuitur lunę, & deputatur etiã Neptuno.

### *De planetarum menſulis, earumq; virtutibus & formulis, & quæ illis perficiantur divina nomina, intelligentiæ & dæmonia.*

### CAP. XXII.

TRaduntur inſuper à Magis quædam numerorum menſulæ planetis ſeptem diſtributæ, quas planetarum ſacras tabulas vocant, multis admodum magniſque cœleſtium virtutibus inſignitas, quatenus repræſentant divinam illã cœleſtium numerorum rationem divinæ mentis ideis per rationem animæ mundi cœleſtibus impreſſam, illorumq; ſuaviſſimam cœleſtium radiorum harmoniam, ſecundum effigierum proportionem, intelligentias ſupramundanas conſignificantium, quæ aliter exprimi non poſſunt, quàm per notas numerorum & characterum: nihil enim materiales numeri & figuræ poſſunt in myſteriis rerum abditarum, niſi repræſentative per numeros & figuras formales, quatenus reguntur & informantur ab intelligentiis & numerationibus divinis, quæ nectunt extrema materiæ atque ſpiritus ad voluntatem animæ elevatæ per magnum affectum, operantis cœleſti virtute, poteſtatem accipiens à Deo, per animam univerſi & cœleſtium conſtellationum obſervationes in materiam applicatam ad formam convenientem, diſpoſitis mediis ſolertia & ſcientia magicali: ſed nunc ad tabulas ſingulatim explicandas properemus.

*Saturni tabula.* Harum prima Saturno adſignata, ex quadrato ternarii conſtat, continens numeros particulares novem, & in quolibet linea tres quaque verſum, & per utrumque diametrum conſtituentes quindecim: tota autem numerorum ſumma quadraginta quinque. Huic ex divinis nominibus præficiuntur, prædictos numeros implentia nomina, cum intelligentia ad bonum, & dæmonio ad malum: eliciturque ex iiſdem numeris ſignaculũ ſive character Saturni & ſpirituũ eius, qualia inferius huius tabulæ adſcribemus. Dicunt hanc tabulã fortunato Saturno in lamina plumbea ſculptã adiuvare partũ, reddere hominẽ tutũ & potentẽ, atq; præſtare ſucceſſiones petitionũ apud principes & poteſtates: ſi verò infortunato Saturno

fiat,



fiat, impedire ædificia & plantationes, & conſimilia, hominẽ deiicere ab honoribus & dignitatibus, gignere rixas & diſcordias, & diſpergere exercitus. *Tabula Iovis.* Secunda dicitur tabula Iovis, quę conſtat quaternario in ſe ducto continens numeros particulares ſexdecim, & in qua vis linea atq; diametro quatuor cõſtituentes triginta quatuor: omniũ autem ſumma centũ triginta ſex. Et præſunt illi nomina divina cũ intelligentia ad bonũ cum dæmonio ad malum, & elicitur ex ea character Iovis & ſpirituũ eius. Ferunt illã ſi Iove potẽte dominanteq; argenteę laminæ fuerit impreſſa, conferre lucrũ & divitias, gratiam & amorem, pacem & concordiam hominum, & placare inimicos, confirmare honores & dignitates & conſilia: & diſſolvere maleficia, ſi in corallio inſculpta fuerit. *Martis tabula.* Tertia tabula ad Martem ſpectat, quæ quinario quadrato conſtituitur, complectẽs numeros XXV. & ex his in quovis latere & diametro quinq;, qui faciunt ſexaginta quinq;, & omniũ ſumma eſt CCCXXV. Et præſunt illi nomina divina cum intelligentia ad bonum, & dæmonio ad malũ, & elicitur ex eo character Martis & ſpirituũ eius. Hæc fortunato Marte in lamina ferrea aut enſe ſculpta, potentem facit in bello, & iudiciis, & petitionibus, & terribilem adverſariis ſuis, & victoriam præſtat adverſus hoſtes: & ſi in lapide corneola ſculpta ſit, ſtringit ſanguinem & menſtrua: ſi verò fortunato Marte ſculpatur in lamina æris rubri, impedit ædificia, deiicit potentes à dignitatibus & honoribus & divitiis, generat diſcordiã & lites & odia hominum & beſtiarum, fugat apes, & columbas, & piſces, & impedit molendina, & infortunat euntes ad venationes & prælia, & generat ſterilitatem in viris & mulieribus, & cæteris animantibus, adverſariiſq; omnibus timorem incutit, & ad reverentiam exhibendam compellit. *Solis tabula.* Quarta tabula Solis, ex quadrato ſenario conſtituta eſt, & continet numeros triginta ſex, quorum ſex in quolibet latere & diametro, producunt centum & undecim, & ſumma omnium ſexcentum ſexaginta ſex. Præſunt illi nomina divina cum intelligentia ad bonum, & dęmonio ad malũ, & eliciuntur ex ea characteres ſolis & ſpirituũ eius. Hæc fortunato ſole in lamina aurea ſculpta, reddit geſtantem glorioſum, amabilem, gratum, potentem in omnibus operibus, & comparat hominem regibus & principibus, elevans eum ad ſublimia fortunæ faſtigia, impetrare faciens quicquid voluerit: ſole autem infortunatò, facit tyrannum, ſuperbum, ambitioſum, inexplebilem, & malo fine terminantem. Quinta tabula, Veneris eſt, conſtans ſeptenario in ſe ducto, numeris vi-

ris vi-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Veneris tabula.*

ris videlicet quadraginta novem, quorum ſeptem in omni
tere & diametro conſtituũt centum & ſeptuaginta quinq
ſumma omniũ mille ducẽta viginti quinque. & præſunt il
mina divina cum intelligentia ad bonũ, & dæmonio ad ma
& elicitur ex ea charácter Veneris & ſpirituũ eius. Hæc fo
nata Venere in lamina argẽti ſculpta, conciliat concordia
rimit lites, largitur amores mulierum, confert ad concep
pellit ſterilitatẽ, redit potentes in coitu, & diſſolvit malefi
& pacem generat inter virũ & mulierẽ, & quorumcunq; a
maliũ & pecorũ greges copioſo partu fœcundat: & poſit
columbari, multiplicat columbas. Confert adverſus omnes
gritudines melancholicas, & generat læticiã, & geſtant
tunat itinerantes: quod ſi infortunata Venere in ære form
omnibus prædictis contraria facit. Sexta tabula Mercurii

*Mercurii tabula.*

ex octonario in ſe ducto reſultans, numeros cõtinens ſexag
ta quatuor, quorum octo in quovis latere & per utramq; d
metrum faciunt ducenta & ſexaginta: & ſumma omniũ
milia octoginta. Et præſunt illi nomina divina cum intell
tia ad bonum, & dæmonio ad malum, & elicitur ex ea cha
cter Mercurii & ſpirituum eius: & ſi fuerit Mercurio fo
to ſculpta in argento vel ſtanno, vel ære citrino, vel in
in pergameno virgineo, reddit geſtantem gratũ, fortun
ad impetrandum quicquid voluerit: confert lucrũ & pell
opiam, confert memoriam & intellectum, & divination
noticiam occultorum per ſomnia: & ſi fuerit Mercurius
tunatus, facit his omnibꝰ contraria. Septima tabula Lunæ

*Lunæ tabula.*

conſtans ex novenario in ſe multiplicato, habens numeros
ctoginta & unum, in quolibet latere & diametro novem, p
ducentes tercentum ſexaginta novem: & omniũ ſumma
tria millia trecenta & viginti unum. Et præſunt illi nomi
vina cum intelligẽtia ad bonum, & dæmonio ad malum, &
liciuntur ex ea characteres Lunæ & ſpirituũ eius. Hæc fo
nata Luna in argento ſculpta, facit geſtãtem gradum, am
lem, iucundum, alacrem, honoratum, auferens omnem ma
am & malã voluntatem: præſtat ſecuritatem in itinere, & p
fectum divitiarum, & corporis ſanitatem, & pellit inimico
alias res nocivas de quocunq; loco volueris. & Luna infor
nata fiat in lamina plumbea, ubicunq; fuerit ſubhumata
fortunat locum illum, & habitantes & converſantes in eo
militer naves, fontes, flumina, molendina: & infortun
omnem hominem, adverſus quem ritè facta fuerit, facit
lum profugum de terra & patria ſua & è loco manſioni



ubi ſubhumata fuerit: & impedit Medicos & Oratores, & quoſcunque homines in officio ſuo, contra quos fuerit fabricata. Qualiter autem eliciantur ſignacula & characteres, cum ſtellarum tum ſpirituum, ex iſtis menſulis ſagax ſervator, & qui harum menſularum verificationem intellexerit, facilè invenire poterit.

*Nomina diuina reſpondentia numeris Saturni.*

3. Ab. אב 9. Hod. הד 15. Iah. יה 15. Hid. הוד

45. Tetragrammaton extenſum. יודהאואוהא

45. Agiel. Intelligentia Saturni. אגיאל

45 Zazel. Dæmonium Saturni. זאזל

*Nomina diuina reſpondentia numeris Iouis.*

4. Abba. אבא. 16. הוה 16. אחי 34. El Ab אל אב

136. Iohphiel. Intelligentia Iovis. יהפיאל

136. Hiſmael. Dæmonium Iovis. הסמאל

*Nomina reſpondentia numeris Martis.*

5. He litera nominis ſancti. ה

25. יהי 65. Adonai. אדני

325. Graphiel. Intelligentia Martis. גראפיאל

325 Barzabel. Dæmonium Martis. ברצאבאל

*Nomina reſpondentia numeris Solis.*

6. Vau litera nominis ſancti. ו

6. He extenſum litera nominis ſancti. הא

6. Eloh. אלה

212. Nachiel, Intelligentia Solis. נכיאל

666. Sorath. Dæmonium Solis. סורת

*Nomina reſpondentia numeris Veneris.*

7. אהא 48. Hagiel. Intelligentia Veneris. הגיאל

157. Kedemel. Dæmonium Veneris. קדמאל

1252. Bne Seraphim. Intelligentię Vener. בנישרפים

*Nomina reſpondentia numeris Mercurii.*

8. Asboga. Octonarius extenſus. אזבוגה

64. Iin. דין 64. Doni. דני

260. Tiriel. Intelligentiæ Mercurii. טיריאל

280. Taphthartharat. Dæmon. Merc. תפתרתרת



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Nomina reſpondentia numeris Lunæ.*

9. Hop. הד  81. Elim. אלים

369. Haſmodai. Dæmonium Lunæ. חשמודאי

3321. Sched barſchemoth Schartacham. Dæmonium dæmoniorum Lunæ. שד ברשהמעת שרתתן

Intelligentia intelligentiarum Lunæ.

3321. Malcha betarſiſim hed beruah ſchehakim.

מלכא בתרשיסים עד ברוח שחקים

Tabula Saturni in abaco.

| | | |
|---|---|---|
| 4 | 9 | 2 |
| 3 | 5 | 7 |
| 8 | 1 | 6 |

In notis hebraicis

| | | |
|---|---|---|
| ד | ט | ב |
| ג | ה | ז |
| ח | א | ו |

Signacula ſive characteres.

Saturni. Intelligentiæ Saturni. Dæmonii Saturni.





Tabula Iovis in abaco.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 4 | 14 | 15 | 1 |
| 9 | 7 | 6 | 12 |
| 5 | 11 | 10 | 8 |
| 16 | 2 | 3 | 13 |

In notis hebraicis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ד | יד | יה | א |
| ט | ז | ו | יב |
| ה | יא | י | ח |
| יו | ב | ג | יג |







Tabula Martis in abaco.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 11 | 24 | 7 | 20 | 3 |
| 4 | 12 | 25 | 8 | 16 |
| 17 | 5 | 2 | 21 | 9 |
| 10 | 18 | 1 | 14 | 22 |
| 23 | 6 | 19 | 2 | 15 |

In notis hebraicis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| יא | כד | ז | כ | ג |
| ד | יב | כה | ח | יו |
| יז | ה | יג | כא | ט |
| י | יח | א | יד | כב |
| כג | ו | יט | ב | יה |

Signacula ſive characteres

Martis Intelligentiæ Martis. Dæmonii Martis.





Tabula Solis in abaco.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 6 | 32 | 3 | 3 | 35 | 1 |
| 7 | 11 | 27 | 28 | 8 | 30 |
| 19 | 14 | 16 | 15 | 23 | 24 |
| 18 | 20 | 22 | 21 | 17 | 13 |
| 25 | 29 | 10 | 9 | 26 | 12 |
| 36 | 25 | 33 | 4 | 2 | 31 |

In notis hebraicis.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ו | לב | ג | לד | לה | א |
| ז | יא | כז | כח | ח | ל |
| יט | יד | יו | טו | כג | כד |
| יח | כ | כב | כא | יז | יג |
| כה | כט | י | ט | כו | יב |
| לו | ה | לג | ד | ב | לא |

Signacula ſive characteres

Solis. Intelligentiæ Solis. Dæmonii Solis.







НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Tabula Veneris in abaco.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 47 | 16 | 41 | 10 | 35 | 4 |
| 5 | 23 | 48 | 17 | 42 | 11 | 29 |
| 30 | 6 | 24 | 49 | 18 | 36 | 12 |
| 13 | 31 | 7 | 25 | 43 | 19 | 7 |
| 38 | 14 | 32 | 1 | 26 | 47 | 20 |
| 21 | 39 | 8 | 33 | 2 | 27 | 45 |
| 46 | 15 | 40 | 9 | 34 | 3 | 28 |

Signacula ſive characteres Veneris.



Tabula Veneris in notis Hebraicis.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| כב | מז | יז | מא | י | לה | ד |
| ר | כג | מה | יד | מב | יא | כט |
| ל | ו | בה | מט | חי | לו | יב |
| יג | לא | ו | בה | מג | יט | לו |
| לה | יד | לב | א | בו | דמ | כ |
| כא | לט | ח | לג | ב | בו | מה |
| מו | יה | מ | ט | לד | ג | בח |

Intelligentiæ Veneris.



Dæmonii Veneris.



Intelligentiæ Veneris.



TAB



Tabula Mercurii in abaco.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 8 | 18 | 59 | 5 | 4 | 62 | 63 | 1 |
| 49 | 15 | 14 | 52 | 53 | 11 | 10 | 56 |
| 41 | 23 | 22 | 44 | 45 | 19 | 18 | 48 |
| 32 | 34 | 35 | 29 | 28 | 38 | 39 | 25 |
| 40 | 26 | 27 | 37 | 36 | 30 | 31 | 33 |
| 17 | 47 | 4 | 20 | 21 | 43 | 42 | 24 |
| 9 | 55 | 54 | 12 | 13 | 51 | 50 | 16 |
| 64 | 2 | 3 | 61 | 60 | 6 | 7 | 57 |

Tabula Mercurii in notis Hebraicis.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ח | נח | נט | ה | ד | סב | סג | א |
| מט | יה | יד | נב | נג | יא | י | נו |
| מא | כג | כב | מד | מה | יט | יח | חמ |
| לב | לד | לה | כט | כה | לד | לט | כה |
| מ | כו | כז | לז | לו | ל | לא | כג |
| יז | מז | מו | כ | כא | מג | מב | כד |
| ט | ה | נד | יב | צ | נא | נ | יז |
| סד | גב | ג | סא | ס | ו | ז | נז |

Signacula ſive characteres.

Mercurii. Intelligentiæ Mercurii. Dæmonii Mercurii.







Tabula lunæ in abaco.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 37 | 78 | 29 | 70 | 21 | 62 | 13 | 45 | 5 |
| 6 | 38 | 79 | 30 | 71 | 22 | 63 | 14 | 46 |
| 47 | 7 | 39 | 80 | 31 | 72 | 23 | 55 | 15 |
| 16 | 48 | 8 | 40 | 81 | 32 | 64 | 24 | 56 |
| 57 | 17 | 49 | 9 | 41 | 73 | 33 | 65 | 25 |
| 6 | 58 | 18 | 50 | 1 | 42 | 74 | 34 | 66 |
| 67 | 27 | 19 | 10 | 51 | 2 | 43 | 75 | 35 |
| 36 | 68 | 19 | 60 | 11 | 52 | 3 | 44 | 76 |
| 77 | 28 | 69 | 20 | 61 | 12 | 53 | 4 | 45 |

Tabula Lunæ in notis Hebraicis.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| לז | עח | כמ | ע | בא | סב | יג | מה | ה |
| ו | לח | עט | ל | עא | כב | סג | ונ | מו |
| מז | ז | לש | פ | לא | עב | בג | נח | יה |
| יז | מח | ח | מ | פא | לב | סד | כד | נו |
| נז | יז | מט | ט | מא | עג | ל | סה | כה |
| כו | נח | יח | נ | א | מב | עד | לד | סו |
| סז | בז | נט | י | נא | ב | מג | עה | לה |
| לו | סח | יט | ס | יא | נב | ג | מד | ע |
| עז | כח | סט | כ | סא | יב | נג | ד | מה |

Signacula ſive characteres

Lunæ | Dæmonii Lunæ. | Dæmonii dæmoniorum Lunæ. | Intelligentiæ intelligentiarum Lunæ



*De Geometricis figuris atq; corporibus, qua virtute in Magia p... leant, & quæ quib. elementis cõueniant, atq; cœlo.* CAP. ...



Figuræ etiam Geometricæ ex numeris ortæ, non minoris potentiæ putãtur. Ex his inprimis circulus reſpõdet unitati atq; denario, nam unitas omnium rerũ centrum atq; circumferentia eſt: ipſeq; denarius coacervatus in unitatẽ redit, à quo exordium habuit, numerorum omnium finis & cõplementum, diciturq; circulus linea infinita, in qua nõ eſt terminus á quo, nec terminus ad quem, cuius principium & finis eſt in quolibet puncto, unde & motus circularis dicitur infinitus, nõ quidem quo ad tempus, ſed quo ad ubi. Hinc circularis figura omnium ampliſſima & perfectiſſima, ligationib. & exorciſmis aptiſſima cenſetur. Vnde qui malos dæmones adiurant, circulo ſeſe cõmunire ſolent. Ipſe etiam pentagonus cùm virtute quinarii numerii mirãdum in malos dæmones habet imperiũ, tum ex lineatura ſua qua habet intus quinq; angulos obtuſos, & extra quinq; acutos, quinq; triangulorum hexagonorum, quib. circundatur. Interior pentagonꝰ magna in cõtinet myſteria, quod ita etiam de cæteris figuris triangulo, quadrangulo, hexagono, heptagono, octogeno, & reliquis inquirẽdum & intelligendum eſt, quarum plures quatenus multiplicib. diverſisq; interſectionibus conſtituuntur, diverſas etiam nanciſcuntur ſignificationes atq; virtutes, juxta diverſimodũ linearum numerorumq; ductum & proportionem. Figuram à Græcis Aegyptii atq; Arabes ſummã potentiam habere confirmabant, quodq; ſit omnium cœleſtium virium atq; intelligentiarum firmiſſimum receptaculum: quia ipſa ſit figura omnium rectiſſima, continens quatuor angulos rectos, ſitque prima ſuperficiei deſcriptio, habens longitudinem & latitudinem: dicebantq; eam cœleſtium fortitudine conſpiratã, quia eorum fortitudo per rectitudinem angulorum atque radiorũ reſultat, ſuntq; ſtellæ tunc maximè potentes, quando in figura cœli quatuor obtinent cardines, atq; radiorum ſuorum in ſe invicem proiectione crucem conſtituunt. Habetque præterea (quod ſupra oſtendimus) cũ quinario, ſeptenario, novenario potentiſſimis numeris maximam convenientiam. Ab Aegyptiis etiam ſacerdotibus ab initio religionis inter ſacras literas relata fuit, vitam futuræ ſalutis apud eos allegoricè ſignificans. Fuit etiam Serapidis pectori impreſſa, & apud Græcis magna veneratione habita. Verùm quod hîc ad religionem attinet, diſcutiemus alibi. Illud advertendum eſt, quicquid mirificum operantur figuræ, quando à nobis in chartis, vel laminis, vel imaginibus inſcribuntur, id nõn agunt niſi per virtutem ipſis acquiſitam à figuris ſublimioribus,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ex amore quodam quam naturalis aptitudo aut ſimilitudi comparat: quatenus ad amuſſim ad illas cõfigurantur, quem admodum ex oppoſito pariete cauſatur echo, atque in ſpecu concavo collectio radiorum ſolarium quos poſtea repercuſ in oppoſitum corpus vel lignum vel aliud combuſtibile, pro nus comburat: ſive quemadmodum cithara cauſat reboatu in alia cithara, non niſi quia figura conformis & conſimili cõſpectu ſit poſita: ſive ut duæ in lira fides æquo interſtitio m ctæ & ad eandem intentionem temperatæ quando pulſatur na, ſubitò tremit & altera. Similiter & figuræ de quib. diximus atq; characteres quicunq; concipiunt virtutes figurarum ce leſtium, quatenus dominantibus illis opportune fuerint rite impreſſæ aut ritè fabricatæ, tanquam conſpiret figura ad con ſimilem figuram atq; exigat. Et ſicut hęc de figuris dicta ſunt ita pariter etiã de Geometricis corporibus intelligenda ſunt quæ ſunt ſphæra, tetracedron, hexacedron, octocedron, icoce dron, dodecacedron & cõſimiles. Neq; verò prætereundum quas figuras Pythagoras & illum ſecuti Timæus Locrus ac Plato, elementis & cœlis adſignarunt. Nam terrę primum cu bum octo angulorum ſolidorũ & viginti quatuor planorum & ſex baſium quadratum in forma teſſeræ dederunt. Igni pyramidem quatuor baſium triangulorum, & totidem ang lorum ſolidorum & duodecim planorum tribuerũt. Aeri au tem canſtituerunt octocedrontem, ex octo baſibus triãgu & ſex angulis ſolidis & vidinti quatuor planis. Aquæ dein adſignarut icocedrontem, baſium viginti, angulorum ſolido rum duodecim, Cœlo autem dederunt dodecacedrontem duodecim baſibus pentagonis & viginti angulis ſolidis, pla autem ſexaginta. Harum autem figurarum & corporum vir & eorum ad invicem reſpectus & proprietates qui noverit m rabilia multa operari poterit in magia naturali & perſpecti maximè quidem in ſpeculis: & ego novi ex illis miranda con cere, & ſpecula in quibus quis videre poterit quæcunq; vo rit à longiſſima diſtantia.

*Elementorũ & cæli figuræ.*

*Terra.* *Ignis.* *Aeris.* *Aqua.* *Cœli.*

### *De muſicali harmonia eiusq; virib. & potentia.* CAP. XXI[III]

MVſicalis etiam harmonia non eſt ſiderum muneribus duada: eſt enim imitatrix omnium potentiſſima: quæ corpora cœleſtia opportunè inſequitur, cœleſtem influxu mirificè provocat, omniumq; audientium affectus inten nes, geſtus, motus, actus atq; mores immutat, & ad ſuas prop etates ſubitò provocat, ut ad lætitiam vel lamentationem audaciam vel tranquillitatẽ, & ad ſimilia: ipſas quoq; beſtias, ſerpentes, volucres, delphines, ad auditum ſuæ modulationis provocat. Sic aves fiſtulis alliciuntur: eiſdem capiuntur cervi. Piſces in ſtagno Alexandriæ crepitu detinentur. Fides delphinis hominum amicitias perſuaſere. Cygnos hyperboreos citharæ cantus adducit. Elephantes indicos organæ voces permulcent. Ipſa etiam elementa modulis gaudent. Haleſius fõs, alias tranquillus & quietus, ſi inſonent tibiæ, exultabundus elevatur, & ultrà margines intumeſcit. Sũt in Lydia, quę Nympharum inſulæ nuncupãtur: quæ ad cantum tibiarum in medium ſtagnum à continenti procedentes, in circulum motæ choream ducunt, dehinc ad litora revertuntur. Eas M. Varro ſe vidiſſe teſtatur. Et ſunt iſtis mirabiliora: nã in Attico littore mare citharam ſonat. Megaris ſaxum quoddam ad ſingulos ictus fidicinat, adeo magna vis eſt muſicæ. Ipſa quidem animũ mulcet, mentẽ erigit, præliatores ad bella incitat, & ſingulorum operum labores fatigationemque ſolatur. Lapſos & deſperatos revocat, viatores confortat. Et dicunt Arabes, quod cameli onera portantes confortantur canentibus ductoribus. Simili modo ferentes onera gravia cantãt, & habilitantur atq; allevantur ex eo: cantus enim delectationem operatur & habilitationem, iracundos mitigat, triſtes & iratos lætificat, diſcordes pacificat, phreneticorum rabiem temperat, vanas cogitationes diſſipat: hinc eſt quod morbos aliquos corporis, & animi ſic vel curari, vel inferri poſſe, Democrit. & Theophraſtus affirmant. Sic legimus Terpandrum & Arionem Methymnæum, Lesbios & Iones ægrotantes ſanaſſe: & Iſmeniam Thebanum quamplurimos graviſſimis morbis vexatos concentibus curaſſe. Præterea Orpheum, Amphionem, Davidem, Pythagoram, Empedoclem, Aſclepiadem, Timotheum, concentibus atque ſonis mira quædam facere conſueviſſe: nunc enim aſſuetis modulis torpentes animos exitabant, nunc gravioribus tonis laſcivos, furentes, iratos cohibebant. Sic David furentem Saulẽ cithara repreſſit. Sic Pythagoras luxurioſum adoleſcentem ab immoderata libidine revocavit. Sic Timotheus Alexandrum regem excitavit in furorem, rurſusque repreſſit. Narrat Saxo Grammaticus in hiſtoria Danica de quodam muſico, qui ſonorum modulis tanta vi homines in amẽtiæ furorem ſe poſſe pertrahere iactabat, ut audientium nemo mente conſtare poſſet: cumque regis iuſſu præſtare effectum compelleretur, animorum habitus ſonorum varietate inflectere aggreſſus, inuſitato ſeveritatis concentu eo to, pri-

ma ſpecie audientes veluti mœſtitia & ſtupore complevit, de- inde vegetioribus ſonis ſeveritatem in plauſum permutans, ad iucundiorem mentis ſtatum, petulantioresq; corporis motus geſticulationesq; inflectebat: poſtremò acrioribus modis in tantum amentiæ ſpiritum concitavit, ut furor ad rabiem usq; & temeritatem proceſſerit. Legimus etiam eos qui in Apulia à phalangio tacti ſunt, ſtupeſcere, exanimesque iacere, donec certum ſonum audierint, quo quisque ſuo audito ſaltat atque ad numerum, ac convaleſcit: atq; poſtea ſi poſt longum tempus conſimilem ſonum audierit, ſubitò concitatur ad ſaltum. Et creditum eſt (Gellio teſte) iſchiacos cum maximè dolent, tibiæ modulis minui dolorem. Narrat idē ex Theophraſto viperarum morſibus adhibitum tibiæ modulamen mederi: & Democritus ipſe fatetur, tibiarum concentum plurimis hominum morbis fuiſſe medicinam.

*De ſono atq; concentu, & unde illis mirabilitas in operando.*

CAP. XXV.

Eſſe præterea in ſono virtutem ad cœleſtia dona capienda non negabimus, ſi cum Pythagora & Platone ſenſerimus, cœlum harmonica compoſitione cōſtare, harmonicisq; tonis atq; motibus cuncta gubernare, ac efficere: cantus quā instrumentalis ſonus plus poteſt, quatenus per harmoniam cum concentum, ex mentis conceptu, ac imperioſo phātaſiæ cordisq; affectu proficiſcens, ſimulq; cum aere fracto ac temperato, aerium audientis ſpiritum, qui animæ atq; corporis vinculum eſt motu facile penetrans, affectum animumq; canētis ſecum transferens, audientis affectum movet affectu, phantaſiam phantaſia, animum animo pulſatq; cor, & uſque ad penetralia mētis ingreditur, ſenſu quoque mores infūdit: movet præterea membra atq; ſiſtit, corporisq; humores. Hinc in movēdis affectibus tantum confert harmonia, ut nō modo naturalis, ſed etiam artificialis & vocalis vim animis atq; corporibus inferat. Neceſſe eſt autem omnes cōcentus ex convenientibus fundamētis procedere, ſive in fidibus, ſive in fiſtulis, ſive in vocibus ſint, ſi in unum debeant convenire. Neq; enim rugitum leonis, mugitum boum, hinnitum equorum, ruditum aſini, gruntum porci quis convenire faciet: nec ex lupi, & agni nervis factæ fides in conſonantiam aliquam deduci poſſūt, quia eorum diſſona ſunt fundamenta. Conveniunt tamen multorum hominum voces variæq;, quia unicum ſecundum ſpeciem eſt ipſarum fundamentum. Conveniunt & multæ aves, quia unicum ha- propi



propinquum genus, & á ſuperis ſymbolū. Conveniunt & artificialia inſtrumenta, & cum vocibus naturalibus: quia utrobique ſimilitudo, aut vera & expreſſa, aut per analogiam quādam. Omnis autem concentus, ſonorum aut vocum eſt: ſonus ſpiritus eſt, vox eſt ſonus & ſpiritus animatus: ſermo eſt ſpiritus cum ſono, & voce aliquid ſignificante prolatus, cuius ſpiritus cū ſono & voce ex ore procedit. Chalcidius ait vocem ex penetrali pectoris & cordis gremio mitti, nitente ſpiritu, qua nervis obſitus limes interiectus cor à pulmone ſecernitur, utroq; & vitalibus cæteris, quo faucium anguſtias pulſante formanteq; lingua, & cæteris vocalibus organis, articulatos edit ſonos, ſermonis elemēta, quo quidem interprete mentis arcani motus aperiantur. Uerum Lactantius ait, vocis rationē adeò modum obſcurā eſſe, ut non ſit comprehenſum quomodo fiat, aut quid ſit omnino. Tota deniq; muſica in voce & ſono, & auditu poſita. Sonus ſine aere audibilis fieri nōn poteſt: qui quum adeo neceſſarius ſit auditui, aer tamen ut aer per ſe non eſt audibilis, nec ullo ſenſu attingi poteſt, niſi per accidēs: neque enim viſus videt illum niſi coloratum, nec auditus niſi ſonantem, nec odoratus niſi olentem, nec guſtus niſi ſapidum, nec tactus niſi calidum, aut frigidum, aut ejuſmodi: itaq, licet ſonus ſine aere non fiat, nō tamen eſt ſonus de natura aeris, nec aer de natura ſoni, ſed corpus vitæ ſpiritus nòſtri ſenſitivi exiſtit aer: & nō eſt naturæ alicujus obiecti ſenſibilis, ſed ſimplicioris & altioris virtutis. Oportet autem animam ſenſitivam aerem vivificare ſibi coniunctum, & in vivificato & cōiuncto ſpiritui aere ſentire ſpecies objectorum, in actu poſitas, idq; in aere vivo: ſed in diaphano & ſubtili ſpecies viſibiles, in cōmuni audibiles, in groſſiori ſpecies aliorum ſenſuum.

*De convenientia eorum cum cœleſtibus: & qui concentus, quiq; ſoni ſingulis ſtellis reſpondent.* CAP. XXVI.

Cæterùm nunc ſcias, quòd ex planetis ſeptem, Saturnus, Mars atq; Luna plus vocis habent, quam cōcentus. Habet autem Saturnus voces triſtes, raucas, graves, tardas, & veluti ad centrum coartatos ſonos. Mars verò aſperas, acutas, minaces, veloces, iracundas. Inter has Luna obſervat medias: Iupiter verò, Sol, Uenus & Mercurius poſſident cōcentus: habet tamen Iupiter concentus graves, conſtantes, intentos, ſuaves, hilares & iucundos. Sol venerabiles, intentos, puros, & cum gratia dulces. Venus autē laſcivos, luxurioſos, molles, & voluptuoſos, & in circumferētia diſſolutos dilatatosq;. Mercurius vero

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

verò habet concentus remiſſiores, multiplices, & cum eo-dam ſtrenuitate lætos & iucundos. Ex particularibus verò di-centibus, & proportionatis, tonus Muſis novem obtempe- Iupiter habet gratiam vocis octavæ ſimul & quintæ. ſcilicet diapaſon cum diapente. Sol obtinet octavæ vocis melodiam ſcilicet diapaſon, ſimiliter per tonos quindecim diſdiapaſon. Venus tenet gratiam vocis quintæ ſcilicet diapente, Mercuri-us habet diateſſaron, ſcilicet gratiam quartæ. Veteres præte-rea tetrachordi veluti quatuor elementorum numero con-tenti. Mercurio inventore quatuor nervos habuere, ut Nico-machus autor eſt: quorum hypate terram, parhypate, vel no-ſe aquam, nete, vel diezeugmenon, aut hyperbolæos ignem, paranete, vel ſynemmenon aerem reſignare voluerunt. De-inde verò Terpanter Lesbius ſeptimam chordam inveniens illas planetarum numero æquavit. Pręterea qui elementa-rum numerum ſequuti ſunt, quatuor Muſicæ generaliſſi-mul atq; quatuor humoribus convenire dicebant, & Dorium aquę & Phlegmati, Phrygium choleræ & igni, Lydium ſan-gui ni & aeri: Mixolydium atræ bili, & terræ conſonare pu-bant. Alii ad cœlorum numerum virtutemque reſpicientes Dorium Soli, Phrygium Marti, Lydium Iovi, Mixolydium Saturno, hypophrygiū Mercurio, hypolydium Ueneri, hypo-dorium Lunæ, hypomixolydium cœlo ſtellato contribuerunt. Præterea cum his concentuum modis etiam Muſas & chor-das ad cœlos referebant, ſed non eo ordine quo inter na-ros, & cœlorum animas de novem Muſis narravimus: na-Thaliam muſam dicunt concentum non habere, ſilentium terræ eam adſcribentes: Clio autem cum Luna hypodorium modum & cordam proſlambanomenos movent: Calliope Mercurius hypophrygium modum, & chordam hypate-ton poſſident: Terpſichore cum Venere hypolydium, & pa-patehypaton: Melpomene & Soli Dorius & lichanos hy-ton coaptantur: Erato cū Marte Phrygium. & hypatemeſon cuſtodiunt: Euterpe & Iovi Lydius, & pathypate meſon- veniunt Polymnia & Saturnus mixolydium, & lichanos me-ſon ſervant: Vraniæ ac cœlo ſtellato hypermixolydius mo-atque meſes chorda adſcribuntur: quæ ita in ſequentibus ver-ſibus expreſſa legimus.

*Germinat in primo nocturna ſilentia cantu,*
*Quæ terræ in gremio ſurda Thalia iacet,*
*Perſephone, & choſpirant, hypodorius ergo*
*Naſcitur, hinc ortum proſmeledes generat.*



*Dat hypochorda ſequens Phrygium, quem parturit ipſa*
*Calliope, interpres parturit ipſe Deûm.*
*Tertios oſtendit hypolida exordia nervus,*
*Terpſichore occurrit, ordinat alma Paphis.*
*Melpomene & Titan ſtatuunt mihi crede modum qui*
*Dicitur in quarto Dorius eſſe loco.*
*Vult Erato quintum Phrygio præſcribere nervum,*
*Mars quoq; non pacem, prælia ſemper amans.*
*Lydius Euterpes Iovis, & modulamen habebit,*
*Dulce tenens iuſſit ſexta quod eſſe fides.*
*Septeno Saturnus agit Polymnia nervum,*
*Principium mixolydius unde capit.*
*Vraniæ octavam dum perſcrutatur amicam.*
*Verſat hypermixolydius arte polum.*

Nonnulli etiam cœlorum cōcentus ex eorundem ad invicem diſtantia rimantur: nam id ſpatium quod à terra ad lunam in-teriacet, videlicet centum & viginti ſex millia ſtadiorum Ita-licorum, toni intervallum facit: à luna autem ad Mercuriū di-midium illi⁹ ſpacii facit ſemitonium: tantundē ab illo ad Ue-nerem facit aliud ſemitoniū: inde verò ad ſolem triplū quaſi tonum, & dimidium ſtatuit diapente: à luna autem ad ſolem duplum cum dimidio faciens diateſſeron: à ſole verò ad Mar-tem rurſus tantum eſt intervalli, quantum à terra ad lunam, faciens tonū, inde ad Iovem dimidium illius aliud faciens ſe-mitonium, tantundem ab illo ad Saturnum etiā conſtituens ſemitonium: à quo ad ſtellatum orbem iterum ſemitonii ſpa-cium interiacet. Eſt itaq; à ſole ad cœlum ſtellatum diaſtema diateſſeron duorum tonorum cum dimidio: à terra autē per-fectum diapaſon ſex tonorum integrorum. Iam verò etiam ex proportione motuum planetarum ad invicem, & cum octa-vo cœlo reſultat harmonia omnium ſuaviſſima. Eſt autem proportio motuū Saturni ad Iovem dupla ſeſquialtera: Iovis ad Martem ſeſcupla: illius ad ſolem, Venerem & Mercurium, qui pariter iter perficiunt, proportio dupla: illorum ad lunam duodecupla: Saturni verò ad ſtelliferum orbem millecupla, & ducentupla, ſi verum ſit quod ait Ptolomæus, cœlum illud moveri contra primum mobile in centum annis gradu uno. Motu itaque proprio lunæ motus velocior eſt, & acutiorem ſonum facit ſtellato orbi: qui omnibus tardior, ſonum gra-viſſimū facit: ſed motu violento qui eſt primi mobilis, omni-um velociſſimus eſt, & acutiſſimus: lunaris verò tardiſſimus & graviſſimus, quæ motuum proportio & reciprocatio, ſua-viſſimum

Eſt etiam quadrata menſura corpus proportionatiſſimu quippe ſtatuatur expaſſis brachiis in cõiunctos pedes ere homo, quadratum conſtituet æquilaterum, cuius cent eſt in imo pectinis.





Quòd ſi ſuper eodem centro circulus fabricetur per ſummum caput, demiſſi brachii, quouſque extremi digiti circuli illius circumferentiam contingant, paſſique pedes in eadem circũferentia, quantum extrema manuum à ſummo vertice diſtãt, tunc circulum illum ſuper imi pectinis cẽtro ductum in quinque æquas partes dividunt, perfectumque pentagonum conſtituunt, ipſique pedum extremi tali ad umbilicum relati, triangulum faciunt æquilaterum.





НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Quòd ſi immotis talis pedes dextrorſum ſiniſtrorſumq; utrumque latus protendantur, & manus ad capitis line[am] leventur, ipſi tunc extremi pedum manuumque digiti [æqui]laterum quadratum dabunt, cuius centrum ſupra um[bili]cum eſt in cinctura corporis.






Quòd ſi manibus ſic elevatis, taliter pedes, & crura pandantur, quo homo decimaquarta parte erectæ ſtaturæ ſuæ brevior ſit: tunc pedum diſtantia ad imum pecten relata, æquilaterum triangulum faciet, & centro in umbilico poſito, circumductus circulus manuum pedumque extrema continget.




НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Quòd ſi manus ſuprà caput quàm altiſſimè extendantur,
bitus æquabunt verticem : & ſi tunc iunctis pedibus
homo in quadratum æquilaterum locetur, per extrem
nuum & pedum conductum, centrum illius quadrati
bilico erit : qui idem medium eſt inter ſummum vertice
genua.




Sed iam ad particulares menſuras perveniamus, Circ
hominis ſub alis, medietatem continet ſuæ longitudinis
ius medium eſt in imo pectore : abinde verò ſurſum ad
dium pectus inter utraſque mamillas, & á medio pect
ſummum verticem utrobique pars quarta : ſimiliter ab
pectine uſque ſub genua, & inde ad extremos talos pars
minis quarta. Eadem eſt latitudo ſpatularum ab uno extr
in alterum : eadem eſt longitudo a cubito in extremum
gioris digiti, ideoque hic cubitus dicitur: hinc quatuor c
ti conſtituunt longitudinem hominis: latitudinem verò
in



in ſpatulis eſt, cubitus unus: quę verò in cinctura eſt, pes un⁹:
cubitum autem conſtituunt palmi ſex, pedem verò quatuor:
& quatuor digiti palmum: totaque hominis longitudo pal-
marum viginti quatuor, pedum ſex, digitorum ſex, & nona-
ginta. Ab imo pectinis ad ſummum pectoris, pars longitu-
dinis ſexta: à ſummo pectore ad ſupremam frontem, & radi-
ces imas capillorum, pars longitudinis ſeptima: corporis ro-
buſti, & benè quadrati pes, eſt pars longitudinis ſexta: proce-
rioris autem ſeptima: nec poteſt Varrone & Gellio teſtibus,
humanum corpus proceritatem ſeptem pedum excedere. De-
inque cincturæ diameter, & quod à reſtricta manus uſque in
interiorem plicaturam cubiti ſpatium eſt: & quòd á pectore
uſque ad utraſque mamillas ſurſum ad ſuprema labra, ſive de-
orſum uſque ad umbilicum eſt, quodque eſt inter extrema oſ-
ſium ſupremi pectoris gulam cingentium, & quod a planta
pedis ad finem lacerti: & ex inde in mediam genu rotulam,
omnes hæ menſuræ ſibi coæquales ſunt, & ſeptimam totius
altitudinis conſtituunt. Caput hominis ab imo mento in ſum-
mum verticem, pars longitudinis octava: totidem à cubito
in finem ſpatularum: tantus etiam reperitur procerioris ho-
minis cincturæ diameter. Circulus capitis per ſupremam frõ-
tem, & imas radices occipitis ductus, facit totius longitudinis
partem quintam: tantundem etiam præſtat latitudo pectoris.
Hominem quadratum & compactum conſtituunt facies no-
vem, procerum verò decem. In novem itaque portiones ho-
minis longitudine partita, facies à ſuprema fronte uſque in
extremũ mentum, una eſt: deinde ab imo gutturis ſive ſupre-
mo pectoris ad ſummũ ſtomachũ altera: abinde ad umbilicũ,
tertia: ab hoc ad imum femur, quarta: ab illo coxendices ad
poplitem conſtituunt duas: abinde uſque ad nodum pedis,
crura continent duas alias: quæ omnes partes ſunt octo. Por-
rò arcus à ſumma fronte ad ſummum verticem, & quod eſt à
mento ad ſummum pectoris guttur, atque quod à nodo pe-
dis ad imam plantam, hæc tria ſpacia coniuncta conſtituunt
nonam. In latum quoque pectus habet partes duas, & utraque
brachia ſeptem. Quod verò corpus decem facies conſtituunt,
ipſum eſt proportionatiſſimum. Huius itaque prima portio
eſt à ſummo vertice ad imas nares: abinde ad ſupremum pe-
ctus ſecunda, & conſequenter ad ſupremum ſtomachum, ter-
tia. abeo ad umbilicum, quarta. & inde ad imum pecten,
quinta, ubi eſt medium humanæ longitudinis. à quo uſque in
extremas plantas, ſunt quinque aliæ partes, quæ prioribus



Наукова бібліотека ОНУ ім. І.І. Мечникова

iunctæ, faciũt decem integras, quibus proinde corpus om menſura proportionatiſſima commenſuratur. nam facies h minis ab imo mento ad ſummam frontem & radices ima pilli eſt, quãta pars una decima. Manus hominis à reſtricti que ad extremum longioris digiti, etiã pars una: ſimiliter ter utraque mammillarum puncta, pars una: & ab utriſque imam gulam, triangulus æquilaterus. Frõtis inferioris ab u aure ad alteram, latitudo eſt partis unius: totius autem pecto ris latitudo videlicet à ſupremo pectore ad iuncturas ſpatu rum, utrobique partis unius: quæ faciunt duas. Circulus ca tis transverſus ab interſtitio ſuperciliorum per ſupremam fr tem usque in finem occipitis, ubi terminatur capillitium, e iam partium duarum: ab humeris extrinſecus ad iuncturas a ticulorum manus, & intrinſecus ab axellis ad confinia pal digitorum: partes tres: circulus capitis per mediam frontem, partium trium. Circulus cincturæ tenet partes quatuor, in r buſto homine: in delicatiori corpore, partes tres cum dimidia ſeu, quantum eſt á ſummo pectore in imum pecten. Circu pectoris per alas ad tergum, partes quinque, videlicet qu tum longitudinis totius medium. A ſummo vertice ad no gulæ, ſunt totius altitudinis quæ decimætertiæ: elevatis tum brachiis, cubitus accedit ſummo vertici. Cæterum quæ adhuc reliquæ commenſurationes ſibi æquales ſunt ctemus. Quantum eſt à mento ad ſummum pectus, tan latitudo colli: quantum à ſummo pectore ad umbilicum, ta eſt colli circulatio: quantum à mento in ſupremum verticem tanta eſt latitudo cincturæ: quantum eſt ab interciliis ad ſum mas nares, tantum à iugulo diſtat productio mẽti, quant que à ſummis naribus ad mentum, tantum à iugulo ad ima gulam. Item oculorum ab interciliis ad interiores angu concavitas, ac ſummarum narium prominentia: & quod ab imis naribus ad extremum ſupremi labri interſtitium eſt, hæc tria ſunt inter ſe æqualia.

A ſu





A ſummo unge indicis ad imam eius iuncturam, atq; abinde ubi manus brachio colligatur in parte ſylveſtri, in domeſtica quoque, á ſummo ungue medii usq; in imam iuncturam, & abinde ad reſtrictam manus, omnes hæ portiones in ſe æquales. Maior indicis articulus altitudinem frontis æquat: reſidui duo, ad extremum unguem æquant naſum, ab interciliis videl. in ſummas nares; primus & maior articulus medii æquipollet illi ſpacio quod eſt ab imis naribus in extremum mentum: & ſecundus medii tantus eſt, quantum ab imo mento ad ſupremum inferioris labri: tertius veró, quantum ab ore ad inferiora narium: tota autem manus, quantus totus vultus. Maior pollicis articulus dat oris aperturam: & puod eſt ab imo mẽto ad ſupremum inferioris labri: minor verò quantũ à ſupremo imi labri ad imas nares: omnium extremorum articulorum quos onychios vocant, ungues obtinẽt iuſtam medietatem. Ab interciliis ad extremos oculorum angulos tantũ eſt,

quantum ab angulis illis ad primas aures. Altitudo frontis, longitudo naſi, latitudo oris per ſupremum labrum, inter ſe ſunt æqualia. Similiter palmaris latitudo & plantaris eadem. Altitudo quæ eſt ab imo talo ad ſummũ pedis, æqualis eſt longitudini, quæ eſt à ſummo pedis ad extremum unguem. A ſummo frontis ad interſtitium oculorum, & ab illo ad imas nares, & proinde ad extremum mentum, partes ſunt æquales. Iuncta ſupercilia oculorum, circulos æquant, & ſemicirculi auricularum æquant os apertum. Vnde circuli oculorum, aurium & aperti oris, ſunt æquales. Latitudo naſi, eſt quãta longitudo oculi: hinc ſpacii illius quod eſt inter utramq; extremitatem oculorum. duas partes oculi tenent: tertiam naſus intermedius excipit. A ſummo vertice in genua, medium facit umbilicus: à ſupremo pectore ad imam narem, medium deſignat nodum gulæ: à ſummo vertice in imum mentũ medium locat oculos: ab oculorum interſtitio in extremum mentum, medium dat imas nares: ab imis naribus ad imum mentũ, medium dat extremum inferioris labri: eiuſdem autem diſtantia pars tertia dat ab imis naribus labrum ſuperius. Sunt præterea omnes iſtæ menſuræ per proportiones multiplices & harmonicos concentus ſibi invicem conſonantes. nam digitus groſſior qui pollex dicitur, ad brachium in extremo lacerti aput pulſum & iũcturam manus, in circulari menſura, eſt in proportione ſubdupla ſeſquialtera: continet enim illam bis & mediam, ſicut quinq; ad duo. Eiuſdem verò ad armum brachii in lacerto propinquo ſpatulis, ſubtripla: cruris autem ſive tibiæ magnitudo ad eam quæ brachii, eſt proportio ſequialtera, ſicut trium ad duo. ſimilisq; proportio colli, ad tibiam eſt, quæ illius ad brachium. Coxæ autem proportio ad brachium tripla eſt. Totius corporis ad truncum eſt proportio ſeſquioctava: à trunco ſive thorace ad crura uſq; ad plãtas, ſeſquitertia: pectoris à collo uſq; ad umbilicium ad lumbos vel alvum uſq; ad finem trunci, dupla: latitudo illorum ad coxæ latitudinem ſeſquialtera: capitis ad collum, tripla: capitis item ad genu tripla: eademq; ad pernam & petaſonem. Longitudo frontis inter prima tempora ad eius altitudinem quadrupla. Hæ ſunt quæ paſſim reperiuntur menſuræ quib, corporis humani membra ſecundúm eorum longitudinem, latitudinem, altitudinẽ & circumferentiam inter ſe, & cũ cœleſtibus ipſis conveniunt: quæ menſuræ omnes partitæ ſunt per multiplices proportiones, aut ſuperpartientes, aut mixtas. ex quibus & multiplex reſultat harmonia: dupla enim proportio facit ter diapaſon: quadrupla, bis diapaſon & diapente: pa-



te: pariq; modo elementa, qualitates & cõplexiones & humores ſunt proportionata, nam homini ſano & bene compoſito hæc humorum & complexionum pondera adſignantur: videlicet, ſanguinis octo: phlegmatis quatuor: choleræ duo: melancholiæ unum: ut utrobiq; per ordinem ſit proportio dupla: ſed primi ad tertium, & ſecundi ad quartum, quadrupla: primi aũt ad ultimum, octupla. Dioſcorides tradidit cor hominis in primo anno pondus habere drachmarum duarum: in ſecundo quatuor: & inde pro curſu pari in annum quinquageſimum habere centum drachmarum pondus; à quo decrementa rurſus ad æquilibrium ſupputentur, quæ ambitu peracto ad metam redeant tandem, nec ſupereſſe ſpacia vitæ eius viſceris dilapſu: ex qua ratione centum annorum hominum vitam circumſcripſit: & hanc etiam Aegyptiorum hæreſim fuiſſe teſtatur Plinius. Ipſi etiam humanorum membrorum motus, cœleſtibus motibus correſpondent. & habet quiſque homo in ſe motum cordis ſui, qui ſolis motui reſpondeat, per arterias in totum corpus diffuſus, & annos, & menſes, & dies, & horas, & momenta nobis certiſſima regula indicat. Compertus prætereà eſt per anatomiſtas nervus quidam circa micham, qui tractus ſic cuncta hominis membra movet, ut ſingula propriis motibus moveãtur: cuiuſmodi tractu, putat Ariſtoteles à Deo etiam mundi membra moveri. Et ſunt in collo duæ venæ, quæ in iugulo ubi ſcinduntur, caput ſubeunt, quibus foris validè apprehenſis, mox collabuntur homines ſenſibus ereptis, quouſque remittantur. Ipſe itaque mundi æternus opifex, miſſurus animum in corpus velut domicilium, prius id atque eo dignum metitur hoſpitium, nobiliſſimumque animum etiam ſpecioſo corpore cõdonat, quod tunc etiam animus ipſe divinitatis ſuæ conſcius. pro habitu ſuo ſibi adſignit atque adornat. Hinc Aethiopum populi, qui Gymnoſophiſtarum ſapientia regebantur, quod teſtatur Ariſtoteles, reges ſibi non ex his, qui fortiſſimi & opulentiſſimi eſſent, creabat, ſed eos tantum, qui forma eſſent pulcherrimi atque præſtantiſſimi: quippe quoniam animorum magnidecentiam ex corporis effigie ſeſe viciſſim intueri poſſe arbitrabantur. Quod conſiderantes multi admodum tum veteres tum recentiores philoſophi, qui abditarum in ipſa naturæ maieſtate cauſarum ſecreta rimati ſunt, auſi ſunt aſſerere, nullum corporis vitium evenire: nullamque diſproportionem corpori ineſſe, quæ non etiam animi vitium intemperantiamq; ſequatur: quia certum ſit, alterũ alterius officio viciſſim creſcere & coaleſcere atq; operari.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*De animæ humanæ compoſitione & harmonia.*

## CAP. XXXVIII.

SIcut conſonantia corporis conſtat debita membrorũ me- ſura ac proportione, ſic animi conſonantia conſtat debi- temperamento proportioneque ſuarum virtutum & opera- onum, quæ ſunt cõcupiſcibilis, iraſcibilis, & ratio, quæ ſic- proportionantur. nam ratio ad concupiſcentiam habet pro- portionẽ diapaſon, ad iram verò diateſſaron. Iraſcibilis a- concupiſcibilem habet proportionẽ diapente. Quando ita- cum proportionatiſsimo corpore etiam proportionatiſsima coniungitur anima, conſtat talem hominem etiam in do- diſtributione felicißimam ſortiri ſortem, prout anima c- corpore in naturalium diſpoſitione conveniunt, quæ quide- convenientia reconditiſsima eſt, tamẽ à ſapientibus aliqu- ter adumbrata. Sed ad animæ harmoniam properantes, op- tet illam nos à mediis illis, per quæ ad nos tranſitum hab- inquirere, hoc eſt, à corporibus ſphæriſq; cæleſtibus. Sci- tes igitur quæ animæ vires cui planetarum reſpondent, - quæ ſuperius dicta ſunt, earundẽ inter ſe concẽtus facile c- noſcemus. Luna n. creſcendi & decreſcendi vires regit, ph- raſtica vis atque ingenium à Mercurio pẽdet? concupiſci- virtus à Venere, vitalis à Sole, impulſiva, quæ & iraſcibilis di- citur, à Marte, naturalis à Iove, receptiva omnis à Saturno- pſa a. voluntas tanquã primũ mobile, & omnium illarũ - ductrix ad libitũ, ipſaque cum intellectu ſuperiori iuncta, - per eſt in bonum tendens: qui quidem intellectus volun- ſemitas monſtrat, ſicut lumen oculo, non tamen ipſam mo- ſed manet ſuæ operationis domina, vnde liberum arbitriũ- citur: & licet ſemper ad bonum tanquam ad obiectum ſibi- æquatum tendat, aliquando tamen excæcata errore & vi- mali impellente, malũ eligit, credens illud eſſe bonũ, ideo- definitur liberũ arbitrium eſſe facultas intellectus & volun- tis, qua bonum eligitur gratia aſsiſtente, & malum, ea de- te. Ipſa itaque gratia, quam etiam charitatem ſive amorẽ- ſum vocant Theologi, eſt in voluntate ſicut primum mo- qua abſente vniverſus concẽtus labitur in diſſonantiam. - terea anima correſpondet terræ, per ſenſum, aquæ per ima- nationem, aeri per rationem, cælo per intellectum, - anima in illorũ harmoniam, ſecundumquod temperatur- in hoc mortali corpore. Sapientes igitur antiqui cognoſc- corporum & animarũ harmonicas diſpoſitiones diverſas, -

*Liberum arbitrium.*



diverſitatem complexionum hominum, non fruſtrà uſi ſunt muſicis ſonis & cantibus, cùm ad conſervandam corporis ſanitatem, & amiſſam reſtituendam, tùm etiam ad conducendum animos ad ſalutiferos mores, quouſq; hominem cœleſti harmoniæ contemperent, reddantque totum cœleſtem. Nihil præterea pulſandis malis dæmonib. muſicali harmonia efficacius, ut qui ab harmonia illa cœleſti collapſi, concentum aliquem verum tanquam ſibi inimicum nequeunt ſuſtinere, proculque fugiunt: ſicut Saulem ſpiritu nequam furentem David cithara repreſſit. Hinc ab antiquis prophetis atque patribus qui hæc harmoniæ ſacramenta cognoverunt, cantus & muſici ſoni ſacris officiis illati ſunt.

*De obſervatione cœleſtium, in omni opere magico neceſſaria.*

## CAP. XXIX.

OMnis virtus naturalis multò quidem agit mirabiliora, quando non ſolum proportione phyſica componitur, ſed etiam opportuna ad hoc cœleſtium obſervatione electa (videl. quando vis cœleſtis fortiſſima ad talem effectũ quem deſideramus, eſſe probatur, tum etiã cœleſtibus multis adiuta) informatur, inferiora cœleſtib. tanquã proprias fœminas ſuis marib. fœcundãdas paſſim ſubjiciẽdo. Sunt itaq; obſervanda in quovis opere ſitus & motus & aſpectus ſtellarum & planetarum in ſignis & gradibus, & qualiter hęc omnia ſe habeant ad longitudinẽ & latitudinẽ climatis: ex hoc enim variantur qualitates angulorũ, quos deſcribunt radii corporũ cœleſtiũ ſuper figurã rei, ſecundũ quos infunduntur virtutes cœleſtes. Sic quoties operaturus fueris quæ ad planetã aliquẽ pertinẽt, oportebit te eum in ſuis dignitatibus collocare fortunatũ & potentẽ in die & hora & in figura cœli dominantẽ: nec ſolũ ſignificatorem operis expectabis potentẽ, quin etiam lunam ad hunc obſerves opportunè directam, nihil enim ſine lunæ beneficio perfeceris. Quod ſi plures habueris operis patronos, omnes obſerva potentes, & amicabili aſpectu ſe invicem cõtuentes: quòd ſi nequeas ejuſmodi aſpectus habere, cõvenit tibi ſaltem angulares accipere. Lunã verò obſervabis, quando vel ambos intuetur, vel jũgitur uni & aſpicit alterũ: vel quãdo à cõjunctione ſive aſpectu unius trãſit ad coitũ vel ad aſpectũ alterius. Illud etiam neutiquam credo omittendũ, quin Mercuriũ in omni opere diligẽter obſerves: hic enim utrorumq; inferũm & ſuperũm deorum cõmeator, quando congreditur bonis, eorum auget bonitatem: quando malis, eorũ malitiam influit.

*Quæ in q- vis opere ſervanda.*

*Planetæ modo ob- vanda.*

*Luna modo o- vanda.*

*Mercu- diligẽte- ſervan-*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

influit. Infortunatum autem dicimus ſignum vel planetam per Saturni vel Martis aſpectum, maximè oppoſitum vel quadratum: hi enim aſpectus, ſunt inimicitiæ: coitus verò & trinus atque ſextilis aſpectus, ſunt amicitiæ: inter hos fortior eſt coniunctio: veruntamen ſi per trinum iam aſpiciens, planeta etiam ſuſcipiatur, æſtimatur quaſi iam coniunctus. Solis verò coniunctionem omnes planetæ timent, aſpectu gaudent trino & ſextili.

*Quando planetæ ſunt potentioris influentiæ.*

## CAP. XXX.

Potentes verò habebimus planetas, quando ſunt in domicilio, vel exaltatione, vel triplicitate, vel termino, vel facie, extra combuſtionem directi, in auge & in figura cœli dominantes: ſcilicet quando ſunt in angulis, maximè orientis vel decimæ, vel in plagis mox ſuccedentibus, vel in ſuis gaudiis. Cavendũ autẽ, ne ſint in finib⁹ vel ſub dominio Saturni vel Martis, nec ſint in gradib. tenebroſis puteis vel vacuis. Obſervabis ut ãnuli aſcendentis & decimæ & ſeptimæ ſint fortunati, & aſcendentis dominus, & locus ſolis, & locus Lunæ & locus partis fortunæ, & eius dominus, dominus coniunctionis vel præventionis præcedentis: planetæ verò malevoli cadant infortunati, niſi fortè operis tui ſignificatores extiterint vel quovis pacto utiles tibi eſſe poſſint: vel ſi in revolutione ſeu geneſi tua principatum obtinuerint: tunc enim minimè ſunt deprimendi. Lunam verò habebimus potententem, ſi in domicilio ſuo: vel exaltatione, vel triplicitate, vel facie, & in gradu ſibi ad opus optatum convenienti, atque ſi manſionem ex viginti illis & octo ſibi & operi competentem obtineat: nec ſit in via combuſta, nec tarda curſu: non ſit in ecliptica, nec combuſta à ſole, niſi fortè ſit in unitate cum ſole non deſcendat in latitudine meridionali, quando combuſtionem egreditur nec ſit oppoſita ſoli, nec lumine minuatur, non ſit impedita à Marte vel Saturno. De his nolo hic longius ſermonem prorogare, cum hæc & plura alia neceſſaria in Aſtrologorum voluminibus ſufficienter tradita ſunt,

*De obſervatione ſtellarum fixarum, earumq; naturis.*

## CAP. XXXI

Similis per omnia ratio eſt tibi de ſtellis fixis habenda illud ſcias, omnes ſtellas fixas eſſe ex ſignificatione & natura ſeptem planetarum: ſed quædam ſunt de natura vnius planetæ, quædam



quædam verò duorum: hinc quotieſcunque iungitur aliquis planeta cum aliqua ſtellarũ fixarum ſuæ naturæ, efficitur ſignificatio illius ſtellæ potentior, & natura planetæ augmentatur; quo ſit ſtella duarum naturarum, qui fuerit cum ea fortior, illius natura vincet in ſignificatione, ut puta ſi ſit de natura Martis & Veneris: ſi fuerit Mars cum ea, vincet natura Martis; ſi verò Venus cum ea fuerit, natura Veneris ſuperabit.

*Stellæ fixæ planetarum naturas ſortiuntur.*

Dignoſcuntur autem naturæ ſtellarum fixarum ex coloribus earum, quemadmodum illi certis planetis congruunt, eiſque aſcribuntur. Colores verò planetarum ſunt; Saturni lividus ſive plumbeus, atque cum hoc candens: Iovis citrinus iuxta pallorem, & cum hoc clarus: Martis rubeus igneus: Solis croceus, & cum oritur ardens, poſtea radians: Veneris albus, ſed Lucifero candens, Veſpero refulgens: Mercurii radians: Lunæ blandus.

*Stellarum fixarum natura unde dignoſcatur.*

*Plnetarum colores.*

Scias quoque ſtellas fixas quantò maiores & lucidiores ſunt & apparent, tantò maior & fortior eſt earum ſignificatio, ſicut ſunt ſtellæ, quæ dicuntur apud Aſtrologos primæ & ſecundæ magnitudinis. Ex his narrabo tibi aliquas potiores ad hanc facultatem, quæ ſunt Vmbilicus Anaromedæ, in viceſimo ſecundo gradu Arietis, de natura Veneris & Mercurii; alii Ioviam atque Saturniam dicunt. Caput Algol, in decimo octavo gradu Tauri, de natura Saturni & Iovis. Pleiades in eiuſdem gradu viceſimo ſecundo, ſidus natura lunare, & complexione Martium. Item in geminorum gradu tertio Aldeborum de natura Martis & complexione Veneris: ſed Hermes hanc locat in viceſimoquinto Arietis: In eorundem Geminorum gradu decimo tertio Hircus, de natura Iovis & Saturni. In Cancri gradu ſeptimo, Canis maior, Venereus: in eiuſdem decimoſeptimo Canis minor, Mercurialis natura, & complexion e Martius: in viceſimo primo gradu Leonis eſt ſtella regia, quæ dicitur Cor Leonis, de natura Iovis & Martis. In Virginis gradu decimo nono, Cauda Vrſæ maioris, Venerea & Lunaris: in ſeptimo gradu Libræ, Ala corvi dextra, & in eiuſdem decimotertio, Ala ſiniſtra, utraq; de natura Saturni & Martis: in eiuſdem gradu decimo ſeptimo, Alchameth, de natura Martis & Iovis: ſed huius cum luminare bene aſpexeris, illius cum ex contrario. In Scorpionis gradu quarto, Elepheia, de natura Veneris & Martis: in Sagittarii gradu tertio, Cor Scorpionis, de natura Martis & Iovis: in Capricorni gradu ſeptimo Vultur cadẽs tẽperatus Mercurialis & Venereus: in decimo ſexto gradu Aquarii, Cauda Capricorni, de natura Saturni & Mercurii in Piſcium tertio, Humerus

*Stellæ fixæ lucidiores.*

influit. Infortunatum autem dicimus ſignum vel planetam per Saturni vel Martis aſpectum, maximè oppoſitum vel quadratum: hi enim aſpectus, ſunt inimicitiæ: coitus verò & trinus atque ſextilis aſpectus, ſunt amicitiæ: inter hos fortior eſt coniunctio: veruntamen ſi per trinum iam aſpiciens, planeta etiam ſuſcipiatur, æſtimatur quaſi iam coniunctus. Solis verò coniunctionem omnes planetæ timent, aſpectu gaudent trino & ſextili.

### *Quando planetæ ſunt potentioris influentiæ.*

### CAP. XXX.

POtentes verò habebimus planetas, quando ſunt in domicilio, vel exaltatione, vel triplicitate, vel termino, vel facie, extra combuſtionem directi, in auge & in figura cœli dominantes: ſcilicet quando ſunt in angulis, maximè orientis vel decimæ, vel in plagis mox ſuccedentibus, vel in ſuis gaudiis Cavendũ autẽ, ne ſint in finibꝰ vel ſub dominio Saturni vel Martis, nec ſint in gradib. tenebroſis puteis vel vacuis. Obſervabis ut ãnuli aſcendentis & decimæ & ſeptimæ ſint fortunati, & aſcendentis dominus, & locus ſolis, & locus Lunæ, & locus partis fortunæ, & eius dominus, dominus coniunctionis vel præventionis præcedentis: planetæ verò malevoli cadant infortunati, niſi fortè operis tui ſignificatores extiterint, vel quovis pacto utiles tibi eſſe poſſint: vel ſi in revolutione ſeu geneſi tua principatum obtinuerint: tunc enim minimè ſunt deprimendi. Lunam verò habebimus potententem, ſi in domicilio ſuo: vel exaltatione, vel triplicitate, vel facie, & in gradu ſibi ad opus optatum convenienti, atque ſi manſionem ex viginti illis & octo ſibi & operi competentem obtineat, nec ſit in via combuſta, nec tarda curſu: non ſit in ecliptica, nec combuſta à ſole, niſi fortè ſit in unitate cum ſole non deficiat in latitudine meridionali, quando combuſtionem egreditur nec ſit oppoſita ſoli, nec lumine minuatur, non ſit impedita à Marte vel Saturno. De his nolo hic longius ſermonem prorogare, cum hæc & plura alia neceſſaria in Aſtrologorum voluminibus ſufficienter tradita ſunt,

### *De obſervatione ſtellarum fixarum, earumq; naturis.*

### CAP. XXXI

SImilis per omnia ratio eſt tibi de ſtellis fixis habenda illud ſcias, omnes ſtellas fixas eſſe ex ſignificatione & natura ſeptem planetarum: ſed quædam ſunt de natura vnius planetæ, quædam



quædam verò duorum: hinc quotieſcunque iungitur aliquis planeta cum aliqua ſtellarũ fixarum ſuæ naturæ, efficitur ſignificatio illius ſtellæ potentior, & natura planetæ augmentatur; quo ſit ſtella duarum naturarum, qui fuerit cum ea fortior, illius natura vincet in ſignificatione, utputa ſi ſit de natura Martis & Veneris: ſi fuerit Mars cum ea, vincet natura Martis; ſi verò Venus cum ea fuerit, natura Veneris ſuperabit.

*Stell fixæ planetarum naturas ſortiuntur.*

Dignoſcuntur autem naturæ ſtellarum fixarum ex coloribus earum, quemadmodum illi certis planetis congruunt, eiſque adſcribuntur.

*Stellarum fiarum natura unde dignoſcatur.*

Colores verò planetarum ſunt; Saturni lividus ſive plumbeus, atque cum hoc candens: Iovis citrinus iuxta pallorem, & cum hoc clarus: Martis rubeus igneus: Solis croceus, & cum oritur ardens, poſtea radians: Veneris albus, ſed Lucifero candens, Veſpero refulgens: Mercurii radians: Lunæ blandus.

*Plnetarum colores.*

Scias quoque ſtellas fixas quantò maiores & lucidiores ſunt & apparent, tantò maior & fortior eſt earum ſignificatio, ſicut ſunt ſtellæ, quæ dicuntur apud Aſtrologos primæ & ſecundæ magnitudinis. Ex his narrabo tibi aliquas potiores ad hanc facultatem, quæ ſunt Vmbilicus Anaromedæ, in viceſimo ſecundo gradu Arietis, de natura Veneris & Mercurii; alii Ioviam atque Saturniam dicunt.

*Stellæ fixæ lucidiores.*

Caput Algol, in decimo octavo gradu Tauri, de natura Saturni & Iovis. Pleiades in eiuſdem gradu viceſimo ſecundo, ſidus natura lunare, & complexione Martium. Item in geminorum gradu tertio Aldeborum de natura Martis & complexione Veneris: ſed Hermes hanc locat in viceſimoquinto Arietis: In eorundem Geminorum gradu decimo tertio Hircus, de natura Iovis & Saturni. In Cancri gradu ſeptimo, Canis maior, Venereus: in eiuſdem decimo ſeptimo Canis minor, Mercurialis natura, & complexione Martius: in viceſimo primo gradu Leonis eſt ſtella regia, quæ dicitur Cor Leonis, de natura Iovis & Martis. In Virginis gradu decimo nono, Cauda Vrſæ maioris, Venerea & Lunaris: in ſeptimo gradu Libræ, Ala corvi dextra, & in eiuſdem decimotertio, Ala ſiniſtra, utraq; de natura Saturni & Martis: in eiuſdem gradu decimo ſeptimo, Alchameth, de natura Martis & Iovis: ſed huius cum luminare bene aſpexeris, illius cum ex contrario. In Scorpionis gradu quarto, Elepheia, de natura Veneris & Martis: in Sagittarii gradu tertio, Cor Scorpionis, de natura Martis & Iovis: in Capricorni gradu ſeptimo Vultur cadẽs tẽperatus Mercurialis & Venereus: in decimo ſexto gradu Aquarii, Cauda Capricorni, de natura Saturni & Mercurii in Piſcium tertio,

Humerus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Humetus Equi, de natura Iovis & Martis. Et erit tibi genera-lis regula, ab unaquaq; ſtellarũ propria dona ſperate ipſa do-minante: impedire verò ipſa infortunata & oppoſito modo habente, quod ſuperius oſtenſum eſt. Corpora enim cœle-ſtia quatenus ipſa feliciter vel infortunatè ſunt affecta, eate-nus & nos & noſtra opera, atque ea quibus nos utimur, felici-ter vel calamitoſè afficiunt. Et licet à ſtellis fixis plurimi pro-cedant effectus, attribuuntur tamen planetis: tum quia nobis vicinioribus magiſque diſtinctis & cognitis, tum quia ipſi e-equuntur quæcunque ſuperiores ſtellæ influunt.

*De Sole & Luna, eorumq; rationibus magicis.*

## CAP XXXII.

COelorum & omnium quæ ſub cœlo ſunt corporum ad-miniſtrationem Sol & Luna ſortiti ſunt: Sol elementa-ũm omnium virtutum dominus, & Luna virtute Solis do-na generationis augmẽti & decrementi. Hinc ait Albumazar, per Solem & Lunam vitam cunctis infundi, quod idcirco Or-pheus vivificos cœli oculos appellat: Sol omnibus lumen à ſe ipſo dat, & omnibus copioſe largitur, non ſolum in cœlo & a-ëre, ſed etiam in terra & intimis profundis abyſſi quicquid ha-bemus boni, ut ait Iamblichus, habemus à ſole, vel ab ipſo ſo-lo, vel ab ipſo per alia. Heraclitus ſolem cœleſtis luminis fon-tem appelat: & multi Platonicorum mundi animam in ſo-le principaliter collocarunt, ut quæ globum ſolis totum implens, radios ſuos undiq; quaſi ſpiritum effundit per omnia, vitam, ſenſum & motũ ipſi univerſo diſtribuens. Hinc veteres phy-ſici ſolem ipſum cor cœli appellaverunt: & Chaldæi illum medium planetarum poſuerunt. Aegyptii etiam illum in me-dio mundi collocarunt, puta inter duos mundi quinarios, ni-pe ſupra ſolem planetas quinq; collocant: ſub ſole autem Lu-nã & quatuor elementa. Ipſe inter reliqua ſidera eſt imago & ſtatua ſummi principis, utriuſq; mundi terreſtris & cœleſtis vera lux, atq; ipſius Dei exactiſſimum ſimulachrum, cuius eſ-ſentia patrem, ſplendor filium, calor ſpiritũ ſanctũ deſignat: adeo ut non habeant Academici aliquid per quod divinam eſ-ſentiam expreſſius mõſtrare poſſint. Tanta conſonantia Deo reſpõdet, ut Plato eum vocet conſpicuum Dei filiũ: & Iambli-chus illum imaginẽ divinæ intelligentiæ appellat: & noſter Dionyſius illum perſpicuam Dei ſtatuam vocat: Ipſe tanquam rex ſedet in meditullio aliarum planetarum, luce, magnitu-dine, pulchritudine omnes excellens, omnes illuminans, vir-

tutem



tutemq́ue illis ad inferiora quæque diſponenda diſtribuens, greſſus eorum regulans & diſponens, adeo ut inde motus eorum dicantur diurni vel nocturni, meridionales vel aquilonares orientales aut occidentales, directi vel retrogradi: & ſicut ipſe ſuo lumine fugat tenebras noctis, ita etiam quaſcunque tenebrarum poteſtates, de quibus legitur in Iob: Cum primum apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis, & pſalmiſta loquens de catulis leonis quærentibus à Deo devorandi licentiam. Ortus eſt ſol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur: quibus fugatis, ſequitur: Exibit homo ad opus ſuũ. Sol itaque cum mediam mundi regionem teneat atque ut in animantibus univerſo corpori ipſum cor: ſic cœlo & mundo præeſt Sol, in ipſum univerſum mundum, & quæ in eo ſunt, imperium habens ipſe temporum autor, à quo dies & annus, frigus & calor, cæteræque temporum qualitates: & ut ait Ptolomæus, cũ in alicuius ſtellæ locũ devenerit, illius vim excitat quàm in aere habet: ut, cum Marte calorem, cum Saturno frigus, ipſumq́ue hominis ſpiritum animũque diſponit: unde ab Homero dicitur, & ab Ariſtotele comprobatur, tales motus ineſſe menti, quales ſingulis diebus Sol planetarum princeps ac moderator adferat. Luna autẽ terris finitima, receptaculũ omnium cœleſtium influxuũ, curſus ſui pernicitate ſingulis menſibus Soli cæteriſque planetis & ſtellis coniungitur, & velut ſtellarũ omniũ uxor facta, ſtellarum fœcundiſſima, Solis cæterorumq; planetarum atque ſtellarum radios & influxus quaſi fœtum ſuſcipiens, inferiori mundo ſibi vicino velut parturiẽs edit: omnes enim ſtellæ in ipſam influunt ultimam ſuſcipientem, quæ deinceps omnium ſuperiorum influxus inferioribus communicat, terriſque refundit manifeſtiuſq; ipſa præ cæteris hæc inferiora diſponit, motuſq; eius magis ſenſibilis eſt, ex familiaritate & propinquitate quàm habet nobiſcum, & tanquã medium inter utraque ſuperiora & inferiora, iſtis omnibus communicat: ideoq; motus eius præ cæteris obſervãdus eſt; quaſi omnium conceptuum parentis, quos ipſa his inferioribus variè explicat, pro varia ſua cõplexione, motu, ſitu & aſpectibus ad planetas cæteraq; ſidera diverſis: & licebit ab omnibus ſtellis vires ſuſcipiat, potiſſimũ tamen à ſole, quoties illi coniungitur, vivifica virtute repletur, ac pro illius intuitu complexionem mutuatur, nã in prima quarta, ut tradũt Peripatetici, calida eſt & humida: in ſecunda, calida & ſicca: in tertia, frigida & ſicca: in quarta, frigida & humida. Et licet ipſa ſit ſiderũ infima, ſuperiorũ

*Luna inferiora res.*

*Luna m[illegible] diligẽter ſervanda*

tamen

men conceptus omnes explicat, ab ea enim in cœleſtibu cipit rerum ſeries, quam Plato vocat catenam auream, qu naquæque res aut cauſa alteri connexa, à ſuperiori depen quouſque deveniatur ad ſupremam omnium cauſam, à qu pendent omnia. Hinc eſt, quòd abſque ipſa Luna interm vim ſuperiorum attrahere omnino nequeamus. Vnde in Thebit ad captandam alicuius ſtellæ virtutem, accipiend eſſe lapidem & herbam iſtius ſtellæ, quando Luna eand ſtellam aut feliciter ſubit, aut feliciter aſpicit.

*De XXVIII. manſionibus Lunæ, earundemq; viribus.*

## CAP. XXXIII.

ET quoniam Luna viginti octo dierum ſpatio totum zodi acum metitur: hinc eſt, quòd Indorum ſapientes & ve ſtiſſimi Aſtrologi octo & viginti manſiones Lunę conceſ runt, quæ in octava ſphęra fixæ à diverſis earundem ſideri & ſtellis, quæ in eis continentur, ut inquit Alpharus, div ſas proprietates & nomina ſortiuntur; quas dum Luna pe grat, alias & alias ſortitur poteſtates atq; virtutes. Manſio autem illarum iuxta ſententiam Abrahami, unaquæq; duo cim gradus, unum & quinquaginta minuta, & viginti ſer rè ſecundas complectitur, quorũ nomina ſimul atque earu dem initia in Zodiaco octavæ Sphęræ ſunt hęc. Prima voca tur Alnath, hoc eſt, cornua Arietis. Initium eius eſt à capi arietis octavæ ſphæræ. Facit ad itinera & diſcordiam. Secu da dicta eſt Albothaim ſive Albocham, h. e. venter Arietis: initiũ eius ab eiuſdem ſigni gradu duodecimo, minuto qui quageſimo primo, ſecundæ vigeſimaſecunda cõpletis. Co fert ad inveniẽdos theſauros, & ad retentionem captivoru Tertia vocatur Achaomazone ſive Athoraye, id eſt, pluvia ſive Pleiades: initium eius ab Arietis gradibus completis, gintiquinque minutis quadraginta duobus, & quinquag uno ſecundo: Prodeſt navigantibus, venatoribus, & oper Alchymiæ. Quarta manſio dicta eſt Aldebram aut Aldela hoc eſt, oculus Tauri, vel caput Tauri. Initium eius à gra octavo, minuto xxxi v. ſecunda decimaſeptima eiuſdem ri excluſis. Facit ad deſtructionem & impedimenta ædifico rum, fontium, puteorũ, aurifodinarũ, fugam reptilium, & generandum diſcordiam. Quinta eſt vocata Alchataya, ſiv Albachaya: Initium eius eſt poſt tauri gradũ viceſimum mum, minutum viceſimum quintum, ſecunda quadrag tria. Cõfert ad reditum ex itinere, ad inſtructionem diſcip lorum



torum: confirmat ædificia, largitur ſanitatem, & benevolentiam. Sexta appellatur Alhanna ſive Alchaya, hoc eſt, ſydus parvũ lucis magnæ. Initium ejus poſt quartum gradum, decimum ſeptimum minutum & novem ſecundas Geminorum. Facit ad venationem, & obſidionem urbium, vindictam principum: deſtruit meſſes & fruges, & impedit operam medẽtis. Septima dicitur Aldimiach vel Alarzach, id eſt, brachium Gemini, & incipit à gradu Geminorum decimoſeptimo, minuto octavo, ſecunda xxx i v. & durat uſq; ad finẽ ſigni. Confert lucrum & amicitiam: prodeſt amantibus, fugat muſcas, deſtruit magiſteria. Et ita complexa eſt in iſtis ſeptem manſionibus una cœli quarta: ſimiliq; ordine & graduum & minutorum & ſecundarum numero reſiduæ manſiones in ſingulis quartis, ſeptem ſua initia habent: ita videlicet, quòd in primo illius quartæ ſigno tres manſiones initia ſumant, in reliquis duobus ſignis duæ manſiones in quolibet. Incipiunt itaque à capite Cancri ſeptem manſiones ſequentes, quorum nomina ſunt Alnaza vel Anatrachya, hoc eſt, nebuloſa aut nubiloſa: manſio videl. octava. Facit ad amorem & amicitiam, & ſocietatem itinerantium, pellit mures, & affligit captivos, confirmans carcerẽ. Poſt hanc nona vocatur Archaam vel Alcharph, id eſt, oculus Leonis: obeſt meſſibus & itinerantibus, & pon diſcordiam inter homines. Decima dicitur Algeliache, vel Agrebh, id eſt, cervix vel frons Leonis. Confirmat ædificia, largitur amorem, benevolẽtiam & auxilium contra hoſtes. Undecima vocatur Azobra vel Ardaf, hoc eſt, capillus Leonis. Facit pro itineribus & lucro ex mercimoniis, & pro redemptione captivorũ. Duodecima dicitur Alzarpha, hoc eſt, cauda Leonis. Proſperitatem dat meſſib. & plantationibus, ſed obeſt navigantibus: bona autem pro ſervis & captivis & ſociis meliorandis. Decimatertia dicitur Alhayre, hoc eſt, canes aut alares virginis. Valet ad benevolentiam, lucrum, itinera, meſſes & liberationem captivorum. Decimaquarta dicitur Achureth vel Arimes, ab aliis Azimeth vel Albumech ſive Alchcymech, hoc eſt, ſpica virginis, vel ſpica volans. Valet ad amorem conjugatorum, ac ſanãdum infirmos, prodeſt navigantibus, ſed obeſt itinerib. per terram: & in iſtis completa eſt ſecũda quarta cœli. Sequuntur aliæ ſeptem, quarum prior incipit in capite Libræ, manſio videl. decimaquinta, & nomen ejus Agrapha vel Algarpha, hoc eſt, cooperta vel coopertum volans: confert pro extrahendis theſauris, pro fodiendis puteis: facit ad divortium, diſcordiam, & ad deſtructionem domorum & inimico-

ita etiam in horis planetariis aſcenſiones quindecim gradu
in eclyptica conſtituunt unam horam planetariam
qualem, quarum menſuram inquirere & invenire oporte
tabulis aſcenſionum obliquarum uniuſcujuſque regionis.

*Quomodo res quæq; artificiales ut imagines & ſigilla ſimilia*
*virtutem aliquam ſortiantur à corporibus cœleſti-*
*bus.* CAP. XXXV.

TAnta eſt cœleſtium magnitudo, virtus & poteſtas, ut non ſolum res naturales, verum etiam artificiales, qu ſuperis ritè ſunt expoſitæ, ſubitò patiuntur ab agente po tiſſimo vitaq; mirabili, quæ ipſis virtutem cœleſtem ape rificam largitur, quod D. Thomas Aquinas Doctor ſan ita confirmat in libro de Fato: ubi dicit etiam veſtes & æ cia, & quæcunq; artis opera, certam à ſideribus ſuſcipere q litatem. Sic magi non modò mixtione & applicatione re naturalium, ſed etiam imaginibus, ſigillis, annulis, ſpecu quibuſdam aliis inſtrumentis, opportunè ſcil. ſub certa ſtellatione fabricatis, cœleſtem quandam illuſtrationem pi, & mirandum aliquod ſuſcipi poſſe confirmant. Cœle enim corporum radii animati vivi, ſenſuales, dotes mi potentiamq; vehementiſſimam ſecum ferentes, etiam tino momento ac ſubito tactu mirabiles in imaginibus primunt vires, etiam in materia minus apta. Efficaciores men largiuntur imaginibus virtutes, ſi non ex qualibet, certa materia fabricentur; cujus videlicet virtus naturali ſpecifica ſimul operi conveniat, figuraq; imaginis ſimilis guræ cœleſti: talis namq; imago, cum propter materiam turaliter operi ac cœleſti influxui congruam, tum propter guram cœleſti figuræ ſimilem paratiſſima eſt ad actio vires cœleſtium corporum & figurarum capiendas. & cœ munus ſubitò in ſe concipit, tum agit aſſiduè in alterum, & aliæ per obedientiam ſeſe inclinant ad illam. Unde inquit lemæus in Centiloquio, quòd res inferiores obediunt cœ ſtibus, non ſolum iis, ſed etiam earum imaginibus, ſicut ſolum ſcorpiones terrei obediunt ſcorpioni cœleſti, ſed et imagini ſcorpionis illius, quæ fuerit opportunè ſub ejus ſcenſu ac dominio figurata.

*De imaginibus Zodiaci, quas inſculptæ à ſuis ſtellis concipi*
*virtutes.* CAP. XXXVI.

IMagines autem cœleſtes, ad quarum ſimilitudinem h modi imagines configurantur, in cœlis ſunt quamplu

qu



quædam viſibiles & conſpicuæ, quædam ſaltem imaginabiles, ab Ægyptiis, Indis, Chaldæisque perſpectæ & deſignatæ, partesque earum ſic ſe habent, ut ipſæ etiam figuræ quædam ſint ab aliis diſtinctæ. Hac ratione ponunt in zodiaco circulo imagines duodecim univerſales, ad numerum ſignorum: harum itaq; Arietem, Leonem, Sagittarium, triplicitatem conſtituentes igneam & orientalem, ferunt prodeſſe contra febres, paralyſim, hydropiſim, podagram; & contra omnes infirmitates frigidas ac phlegmaticas, & reddere geſtantem gratum, facundum, ingenioſum, & honoratum: quia domicilia ſunt Martis, Solis & Jovis. Faciebant quoque Leonis imaginem contra phantaſmata melancholica, hydropiſim, peſtem, febres, & ad expellendum morbos, hora ſolis primo gradu faciei Leonis aſcendente: quæ quidem facies ac decanatus Jovis eſt, ſed contra calculum. & contra renum morbos, ac contra nocumenta beſtiarum faciebant eandem, quando Sol in corde Leonis medium cœli obtinebat. Rurſus nunc Gemini, Libra & Aquarius, quia triplicitatem conſtituunt aeream & occidentalem, atque domicilia ſunt Mercurii, Veneris & Saturni, dicuntur morbos effugare, & conducere ad amicitiam & concordiam, valere contra melancholiam, & conferre ſanitatem: & præcipue Aquarium ferunt liberare à febre quartana. Item Cancer, Scorpius atque Piſces, quia triplicitatem conſtituunt aqueam & ſeptentrionalem, valent contra febres calidas & ſiccas, item contra hecticam & omnes paſſiones cholericas. Scorpius verò, quia inter membra obſervat genitalia, provocat ad luxuriam. Configurabant autem ad hoc aſcendente ejus facie tertia, quæ eſt Veneris. faciebant eandem cōtra ſerpentes & ſcorpiones, venena & dæmonia, aſcendente facie ejus ſecunda, quæ eſt facies ſolis & decanatus Jovis. feruntque geſtantem etiam reddere ſapientem & colorem efficere bonum: ferturque imago Cancri efficaciſſima contra ſerpentes & venena, quando Sol & Luna in eo conjuncti, aſcenderint in facie prima vel tertia. hæc enim eſt facies Veneris, decanatus Lunæ, illa verò facies Lunæ, decanatus Jovis. Dicuntur etiam torqueri ſerpentes, cùm Sol ſit in Cancro. Item Taurus, Virgo & Capricornus: quia triplicitatem conſtituunt terream & meridionalem, curant infirmitates calidas, valent contra ſynocham: reddunt geſtantes gratos, acceptos, facundos, devotos ac religioſos: quia domicilia ſunt Veneris: Mercurii & Saturni. Fertur etiam Capricornus reddere homines incolumes, & loca tuta efficere: quia exaltatio eſt Martis.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*De imaginibus facierum, earumq; virtutibus, atq; de his quæ extra Zodiacum ſunt imaginibus.* CAP. XXXVII.

SUnt præterea in Zodiaco imagines ſex atq; triginta, ſecundum numerum facierum, de quibus (quod ait Porphyrius) ſcripſit olim Teucer Babylonicus, vetuſtiſſimus mathematicus, poſt quem ſcripſerunt de illis etiam Arabes. Dicitur itaque in prima facie arietis aſcendere nigri hominis ſimulachrum, ſtantis quidem, & alba veſte induti præcinctique, magni corporis, ruffis oculis, validis viribus atq; irato ſimilis: & eſt imago ſignificans & faciens audaciam, fortitudinem, altitudinem & inverecundiam. In ſecunda facie aſcendit forma mulieris, indutæ exterius quidem veſte rubra, & ſubtus alba, alterum protendens pedem: & facit hæc imago ad nobilitatem, altitudinem regni & magnitudinem dominii. In tertia facie oritur figura hominis albi, pallidi, ruffo capillo, & rubra veſte induti, qui altera manu auream armillam geſtans, & ligneum baculum proferens, inquietus & irato ſimilis eſt, quia præſtare nequeat bona quæ velit. Confert hæc imago ingenium, manſuetudinem, gaudia & pulchritudinem. In prima facie tauri aſcendit vir nudus & ſpiculator ſive arator, & proficit ad ſeminandum, arandum, ædificandum, populandum, dividendum terras, & ad artes geometriæ. In ſecunda facie aſcendit vir nudus, tenens in manu clavem: confert potentiam, nobilitatem, dignitatem ſuper populos. In tertia facie aſcendit vir in cujus manu ſerpens & ſagitta, & eſt imago neceſſitatis & utilitatis, atq; etiam miſeriæ & ſervitutis. In prima facie geminorum aſcendit vir, in cujus manu virga, & ipſe tanquã alteri ſerviens, & confert ſapientiam & ſcientiam numerorum & artium in quibus non eſt utilitas. In ſecunda facie aſcendit vir, in cujus manu eſt fiſtula, & alter incurvatus fodiens terram: & ſignificant agilitatem infamem & inhoneſtam, qualis eſt joculatorum & præſtigiatorum, & ſignificat labores & inquiſitiones cum labore. In tertia facie aſcendit vir quærens arma, atque ſtultus, in dextra avem tenens, & in ſiniſtra tibiam: & ſignificationes eorum ſunt oblivionis, indignationis, audaciæ, jocorum, truſarum, & verborum inutilium. In prima facie cancri aſcendit forma puellæ virginis, pulchris ornatæ veſtibus, coronam gerentis in capite: præſtat acuitatem ſenſuum, ſubtilitatem ingenii & amorem hominum. In ſecunda facie aſcendit vir decoris & indutus veſtibus, ſive vir & mulier ad menſam ſedentes & ludentes: confert divitias, hilaritatem, lætitiam & amores mulierum. In tertia facie aſcendit vir venator cum lãcea & cornu, educens canes ad venandum: ſignificatio ejus eſt contrariari hominibus, inſequendi fugientes, venandi, & occupandi res per arma & rixas. In prima facie leonis aſcẽdit vir ſuper leonem equitans: & ſignificatio ejus eſt audaciæ, violentiæ, crudelitatis, maleficiorum, libidinis & ſuſtinendi laboris. In ſecunda facie aſcendit imago manibus elevatis, & vir, ſuper cujus caput corona, & forma viri irati & minabundi, in dextra habens gladium evaginatum, & in ſiniſtra clypeum: & ſunt ſignificationes eorum ſuper rixas occultas, & victorias ignotas, & per viles homines, & ſuper occaſiones litium & præliorum. In tertia facie aſcendit vir juvenis, in cujus manu ſcutica, & vir vehementis triſtitiæ, & turpis faciei: & ſignificatio eorum eſt amoris & ſocietatis, & demittendi de ſuo pro vitandis rixis. In prima facie virginis aſcendit figura puellæ bonæ, & vir jaciens ſemina, & ſignificatio ejus eſt congregandi divitias, dirigendi victum, arandi, ſeminandi & populandi. In ſecunda facie aſcẽdit vir niger, indutus ex corio, & vir habens comam, & tenens ſacculos: & ſignificatio eorum eſt ad lucrum & congregationẽ ſubſtantiæ, & ad avaritiam. In tertia facie aſcendit mulier alba & ſurda, ſive homo ſenex innixus baculo: & ſignificatio ejus eſt ad debilitatem & infirmitatem, & damnamẽtum membrorum, & ad deſtructionem arborum, & depulationem terrarũ. In prima facie libræ aſcendit forma irati viri, in cujus manu fiſtula & forma viri in libro legentis: & operatio ejus in juſtitia & auxilio miſerorum & debilium contra malos & potentes: In ſecunda facie aſcendunt duo viri ſævientes & irati, & vir ornato veſtitu in cathedra ſedens: & ſignificatio eorum eſt ad indignationem contra malos, & ad quietem & ſecuritatem vitæ cum bonorum ubertate. In tertia facie aſcendit vir vehemens, arcum tenens: & ante illum vir nudus, atque alius vir una manu panem tenens, altera vini cyathum: ſignificatio iſtorum eſt ad libidinem nefandam, cantus & jocos & gulam. In prima facie Scorpii aſcendit mulier bonæ faciei & habitudinis, ac duo viri ſe percutientes: & operatio eorum eſt ad decorem & pulchritudinem, & ad rixam, inſidias, deceptiones, detractiones, & perditiones. In ſecunda facie aſcendunt vir nudus & mulier nuda, & vir in terra ſedens, & ante illum duo canes ſe mordentes: & operatio eorum eſt ad impudentiam, deceptionem & ſycophantiam, & ad mittendum malum & rixas inter homines. In tertia facie aſcendit vir curvatus ſuper genua ſua, & mulier percutiens illum baculo: & ſignificatio

ejus eſt ebrietatis, fornicationum, iracundiæ, violentiæ & litis. In prima facie Sagittarii aſcendit forma viri armati lorica, gladium nudum in manu tenentis; & operatio ejus ad audaciam, malitiam & libertatem. In ſecunda facie aſcendit mulier plorans, & pannis cooperta: & operatio ejus eſt ad triſtitiam, & timorem de corpore ſuo. In tertia facie aſcendit vir ſimilis in colore auri, ſive vir ocioſus, ludens cum baculo: & ſignificatio ejus eſt in ſequendo voluntates proprias, & pertinacia in illis, & in agilitate ad res malas, & rixas, & res horribiles. In prima facie Capricorni aſcendit forma mulieris, & vir niger gerens plenos loculos; & ſignificatio eorum eſt ad ſpaciandum & gaudendum, ad lucrandum, & perdendum cum debilitate & vilitate. In ſecunda facie aſcendunt duæ mulieres, & vir reſpiciens avem in aere volantem: & ſignificatio eorum eſt in poſtulando, quæ fieri nequeunt, in inquirendo quæ ſciri non poſſunt. In tertia facie aſcendit mulier pudica in corpore, & ſapiens in opere, & nummularius pecunias in menſa colligens, & ſignificatio ejus eſt in prudentia gubernandi, & in cupiditate ſubſtantiæ & in avaritia. In prima facie Aquarii aſcendit forma viri prudentis & forma mulieris nentis: & ſignificatio eorum eſt in cogitatione & labore pro lucro, in paupertate & utilitate. In ſecunda facie aſcendit forma viri cum prolixa barba: & ſignificatio ejus eſt intellectus, manſuetudinis, modeſtiæ, libertatis, & bonorum morum. In tertia facie aſcendit vir niger & iratus: & ſignificatio ejus eſt in detectione, inſolentia & imprudentia. In prima facie Piſcium aſcendit vir onera portans ſuper dorſo ſuo, bene indutus: & ſignificatio ejus eſt in itineribus, & mutatione loci, & ſolicitudine inquirendi ſubſtantiam & victum. In ſecunda facie aſcendit mulier boni vultus, & ornata: & ſignificatio ejus eſt petendi, & intromittendi ſe de rebus magnis & altis. In tertia facie aſcendit vir nudus vel vir adoleſcens, & juxta illum puella pulchra, cujus caput floribus ornatum, & ſignificatio ejus eſt ad quietem, & ocium & delectationem, & ad fornicationem & amplexus mulierum. Et hæc de facierum imaginibus hactenus, ultra quas ſunt adhuc in zodiaco trecentæ & ſexaginta imagines, ad numerum graduum; quarum formas deſcripſit Petrus de Ebano. Extra zodiacum ſunt etiam figuræ generales, quas deſcripſere nobis Hyginius & Aratus: & plurimæ particulares, pro facierum & graduum numero ibidem exiſtentium, de quibus omnibus dicere nimis longum eſſet: ex his tamen magis principales habentur, Pegaſus qui valet contra morbos equorum, & conſervat



conſervat equites in bello: deinde eſt Andromacha, quæ conciliat amorem inter virum & uxorem, ita quod dicitur etiam reconciliare adulteros. Caſſiopeja debilia corpora reſtituit, & membra roborat. Serpentarius fugat venena, & curat morſus venenatorum. Hercules victoriam largitur in bello. Draco cum utraq; urſa reddunt hominem aſtutum, ingenioſum, fortem, diis & hominibus placentem. Hydra confert ſapientiam & divitias, & reſiſtit venenis. Centaurus confert ſanitatem & longævam ſenectutem. Ara conſervat caſtitatem, redditque gratum diis. Cetus reddit amabilem, prudentem, terra mariq; felicem facitque recuperare ablata. Navis præſtat ſecuritatem in aquis. Lepus valet contra deceptiones & inſaniam. Canis curat hydropiſim, reſiſtit peſtilentiæ, & tutum reddit à beſtiis & feris. Orion confert victoriam. Aquila largitur novos honores, veteresque conſervat: Cygnus liberat paralyſi, & febre quartana. Perſeus liberat ab invidia & maleficiis, & præſervat à fulgure & tempeſtate. Cervus ſanat phreneticos & maniacos. Hæc hactenus dicta ſufficiant.

*De imaginibus Saturni.* CAP. XXXVII.

CÆterùm nunc quas imagines planetis attribuebãt, quamvis de his ampliſſima volumina apud antiquos ſapientes habeantur conſcripta, ut non ſit opus illas hic narrare, tamen paucas earum recitabo. Faciebant enim ex operibus Saturni, ipſo aſcendente, in lapide qui magnes dicitur, imaginem hominis, cervinum vultum & camelipedes habentis, ſuper cathedram vel draconem ſedentis: in dextra falcem, in ſiniſtra ſagittam tenentis: quam quidem imaginem ſperabant ſibi ad vitæ longitudinem profuturam. Saturnum enim ad vitæ longitudinem conferre probat Albumaſar in libro Sadar, ubi etiam narrat quaſdam Indiæ regiones Saturno ſubjectas, homineſque ibi longævos valde fore, nec niſi extremo ſenio decedere. Item faciebant & aliam ad vitæ longitudinem Saturni imaginem, in ſapphiro, hora Saturni, ipſo aſcendente vel feliciter conſtituto, cujus figura erat homo ſenex ſupra altam cathedram ſedens, habens manus ſupra caput erectas, & in eis piſcem tenens vel falcem, & infra pedes ejus racemum, caput tectum habens panno nigro vel fuſco, & omnes veſtes ejus nigræ ſunt vel fuſcæ. Faciebant etiam eandem imaginem contra calculum, & renum morbos, hora ſcilicet Saturni ipſo aſcendente cum tertia facie Aquarii. Faciebant quoq; etiam ex operibus Saturni imaginem ad poteſtatem creſcendi, aſcendente Saturno in Capricorno, cujus forma erat vir ſenex baculo

innixus, habens in manu falcem decurvam, nigris indutus veſtibus: faciebant quoque imaginem ex ære fuſam, Saturno aſcendente in ortu ſuo, ſcilicet primo gradu Arietis: vel, quod verius eſt, in primo gradu Capricorni: quam quidem imaginem humana voce loqui confirmant. Faciebant etiam ex operibus Saturni ſimul atque Mercurii imaginem ex metallo fuſam, ad pulchri hominis formam, quam futura prædicere pollicebantur: faciebantque eam die Mercurii hora tertia ſcilicet Saturni, aſcendente Geminorum ſidere Mercurii domicilio prophetas deſignante, Saturno & Mercurio conjunctis in Aquario nona cœli plaga, quæ & Deus appellatur. Præterea Saturnus ex trino aſpiciat aſcendentem, ac Luna ſimiliter, & Sol conjunctionis locum aſpiciat: Venus angulum aliquem obtinens ſit potens & occidentalis: Mars à Sole comburatur, ſed non aſpiciat Saturnum atq; Mercurium. Dicebant enim, quòd ſplendor potentiarum ſtellarum illarum diffundebatur ſuper hanc imaginem, & loquebatur cum hominibus, & annunciabat eis utilia.

*De imaginibus Iovis.* CAP. XXXIX.

EX operibus Jovis faciebant ad vitæ longitudinem imaginem hora Jovis, ipſo in exaltatione ſua feliciter aſcendente, in lapide claro & albo, cujus figura erat homo coronatus, croceis indutus veſtibus, equitans ſuper aquilam vel draconem, in dextra ſagittam habens tanquam miſſurus eam in caput aquilæ vel draconis ejuſdem: faciebant & aliam Jovis imaginem eadem opportunitate in lapide albo & claro, præcipuè in cryſtallo: & erat homo nudus coronatus, elevatis & conjunctis manibus, tanquam deprecans, ſedens in cathedra quadrupedali, quæ fertur à quatuor pueris alatis: quam quidem imaginem augere felicitatem, divitias, honorem, & conferre benevolentiam & proſperitatem, & ab inimicis liberare confirmant. Faciebant & aliam Jovis imaginem ad religioſam & glorioſam vitam, atque ad fortunæ dexteritatem: cujus figura erat homo habens caput leonis vel arietis, & pedes aquilinos, croceis indutus veſtibus, dicebaturque Jovis filius.

*De imaginibus Martis.* CAP. XL.

EX operibus Martis faciebant imaginem hora Martis, ipſo aſcendente in ſecunda facie Arietis, in lapide Martiali, præcipuè in adamãte: cujus forma erat homo armatus ſupra leonem equitans, in dextra habens enſem nudum erectum, in ſiniſtra caput hominis geſtans. Ferunt hujuſmodi imaginem



reddere hominem potentem in bono & in malo, ita quòd timebitur ab omnibus: & qui geſtaverit eam, tribuunt ei vim faſcinandi, ita quòd terrebit homines aſpectu ſuo quando iraſcitur, & liget in ſtuporem. Faciebant aliam Martis imaginem ad conferendum audaciam, animoſitatem, & fortunam in bellis & rixis: cujus forma erat miles armatus & coronatus, cinctus gladio, in dextra longam gerens lanceam: faciebantq; eam hora Martis, prima Scorpionis facie cum ipſo aſcendẽte.

*De imaginibus Solis.* CAP. XLI.

EX operibus Solis faciebant imaginem hora Solis, prima facie Leonis cum Sole aſcendente: cujus forma erat rex coronatus in cathedra ſedens, corvum habens in ſinu, & ſub pedibus globum crocea veſte indutus. Ferunt hanc imaginem reddere hominem invictum & honoratum, & incœpta deducere ad finem, ac ſomnia vana pellere, valere etiam contra febres & peſtem: faciebantque eandem in lapide balayo vel rubino, hora Solis, quando ipſe in ſua exaltatione feliciter aſcendit. Faciebant aliam ſolis imaginem in lapide adamante, hora ſolis, ipſo in ſua exaltatione aſcendente: cujus figura erat mulier coronata cum geſtu ſaltantis & ridentis, ſtans in curru quatuor equis tracto, habens in dextra ſpeculum vel clypeum, in ſiniſtra baculum ſuper pectus innixum, flammam ignis geſtans in capite. Ferunt imaginem hanc reddere hominem fortunatum & divitem, & ab omnibus dilectum: faciebantque eandem imaginem in lapide Sardio hora ſolis ipſo aſcendente in prima facie Leonis, contra paſſiones lunaticas, quæ proveniunt in combuſtione Lunæ.

*De imaginibus Veneris.* CAP. XLII.

EX operibus Veneris faciebant imaginem, quæ conveniebat ad gratiam & benevolentiam, hora Veneris, ipſa aſcendente in Piſcibus: cujus forma erat imago mulieris habens caput avis, & pedes aquilæ, in manu ſagittam tenens. Faciebant aliam Veneris imaginem ad amorem mulierum in lapide lazuli hora Veneris, ipſa aſcendente in Tauro: cujus figura erat puella nuda diffuſis capillis ſpeculum habens in manu, & collo catenam alligatam, & juxta eam adoleſcens pulcher ſiniſtra manu tenens eam per catenam, dextra verò ejus aptans capillos, ſintq; ambo amicabiliter ſe intuentes, & circa eas ſit puer parvus alatus, enſem vel ſagittam tenens. Faciebãt aliam Veneris imaginem prima facie Tauri vel Libræ vel Piſcium

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

cum Venere aſcendente, cujus figura erat puella diffuſis capillis, longis & albis induta veſtibus, laurum vel pomum, vel flores in dextra tenens, in ſiniſtra pectinem. Fertur efficere hominem placidum, jucundum, robuſtum, alacrem, & conferre pulchritudinem.

### *De imaginibus Mercurij.* CAP. XLIII.

EX operibus Mercurii faciebant imaginem hora Mercurii ipſo aſcendente in Geminis, cujus forma erat adoleſcentis pulcher, barbatus, habens in ſiniſtra caduceum, videlicet virgam, in qua involutus ſit ſerpens, in dextra gerens ſagittam, pedes habens alatos. Ferunt imaginem hanc conferre ſcientiam, & facundiam, & ſolertiam in mercibus atque lucrum: præterea conciliare pacem & concordiam, & febres curare. Faciebant aliam Mercurii imaginem, ipſo aſcendente in Virgine, ad benevolentiam, ingenium, & memoriam: cujus forma erat homo ſedens ſupra cathedram, vel pavonem equitans, pedes habens aquilinos, & in capite criſtam, & in ſiniſtra gallum tenens, vel ignem.

### *De imaginibus Lunæ.* CAP. XLIV.

EX operibus Lunæ faciebant imaginem pro itinerantibus contra laſſitudinem, hora Lunæ, ipſa in exultatione ſua aſcendente, cujus figura erat homo ſuper baculum incumbens, habens in capite avem, & ante ſe arborem floridam. Aliam faciebant Lunæ imaginem pro augmento terræ naſcentium: & contra venena, atque infirmitates puerorum, hora Lunæ ipſa aſcendente in prima facie Cancri: cujus figura erat mulier cornuta, equitans ſupra taurum vel draconem ſepticipitem vel cancrum, habeatque in dextra ſagittam, in ſiniſtra ſpeculum, veſtibus induta albis vel viridibus: habensque in capite duos ſerpentes cornibus circumvolutos; & cuilibet brachio unum habens ſerpentem circumvolutum, & cuilibet pedi unum ſimiliter. Et hæc de figuris planetarum dicta ſufficiant.

### *De imaginibus capitis & caudæ draconis Lunæ.* CAP. XLV.

FAciebant etiam imaginem capitis & caudæ draconis Lunæ, ſcilicet inter circulum aereum & igneum ſerpentis effigiem, cum capite accipitris illos circundantem, ad inſtar Græcæ literæ theta: faciebantque quando Jupiter cum capite me-

dium





dium cœli obtinebat: quã quidem imaginem ſucceſſus petitionum multum conferre affirmant: volebantque per eam imaginem bonum ac felicem dæmonem notare, volebantque eum per ſerpentis imaginem figurare, hunc enim Ægyptii atque Phœnices ſuper omnia animalia eſſe divinum animal, atque ejus divinam naturam celebrant: quia in eo ſuper cætera animalia ſpiritus acrior atque amplior ignis exiſtat: quæ res cùm ex illo celeri greſſu oſtenditur, ſine ullis pedibus manibusque, vel aliis inſtrumentis, tum quòd ætatem ſubinde cum exuviis renovat, ac juveneſcit. Caudæ verò imaginem faciebant ſimilem, quando Luna in cauda erat eclipſata, aut à Saturno vel Marte malè affecta: faciebantque illam ad anxietatem & infirmitatem, & infortunium inducenda: & vocabant illam malum genium. Talem imaginem Hebræus quidam incluſerat aureo gemmatoque baltheo, quem Blancha ducis Borbonii filia marito ſuo Petro Hiſpaniarum regi, ejus nomine primo (ſive conſcia, ſive ignorans) dono dedit: quo cùm ille cingeretur, ſerpente ſuccinctus ſibi videbatur: compertoque deinde rem magicam cingulo inſertam, eam ob cauſam uxorem repudiavit.

### *De imaginibus manſionum Lunæ.* CAP. XLVI.

FAciebant etiam imagines in ſingulis manſionibus Lunæ. In prima ad deſtructionem alicujus faciebãt in annulo ferreo imaginem hominis nigri, induti cilicio, & præcincti, dextra lanceolam jacientis: ſigillabantque in cera nigra, & fumigabant ſtorace liquida, & imprecabantur. In ſecunda contra iram principis, & pro reconciliatione illius ſigillabant in cera alba & maſtiche, imaginem regis coronati, & fumigabãt cum ligno aloës. In tertia faciebant imaginem in annulo argenteo, cujus menſa erat quadrata, & cujus figura erat mulier bene inducta, ſedens in cathedra, dextra manu ſuper caput ſuum elevata, & ſigillabant, & fumigabant cum moſcho, camphora, & ungula aromatica: hanc proſperitatem fortunæ, & omne bonum elargiri aſſerebant. In quarta ad vindictam & ſeparationem, inimicitiam, & malevolentiam, ſigillabant in cera rubea,

imaginem

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

imaginem militis equo insidentis in dextra ſerpentem tenentis, & fumigabant cum myrrha rubea, & ſtorace. In quinta pro gratia regum & officialium, & bona receptione, ſigillabant ex argento caput hominis, & fumigabant cum ſandalo. In ſexta ad amorem inter duos ponendum, ſigillabant in cera alba duas imagines ſeſe amplexantes, & fumigabant cum ligno aloes & umbra. In ſeptima ad acquirendum omne bonum, ſigillabant ex argento, imaginem hominis bene veſtiti, manus ad cœlum protendentis, tanquam orantis & ſupplicantis, & fumigabant bonis odoribus. In octava ad victoriam in bello, ſigillabant ex ſtanno imaginem aquilæ faciem hominis habentis, & fumigabant cum ſulphure. In nona ad inferendam infirmitatem, ſigillabant ex plumbo, imaginem viri carentis virga & teſtibus, manibus oculos ſuos obturantis, & fumigabant cum reſina pini. In decima ad juvandum partum, & ſanandum infirmos, ſigillabant ex auro, caput Leonis, & fumigabant cum ambra. In undecima, ad timorem, reverentiam, & venerationem, ſigillabant ex lamina aurea, imaginem hominis ſuper leonem equitantis, ſiniſtra manu illius auream apprehendentis, dextra darum proferentis, & fumigabant bonis odoribus, & croco. In duodecima ad ſeparationem amantium, ſigillabant ex plumbo nigro, imaginem draconis pugnantis cum homine, & fumigabant cum pilis leonis, & aſa fœtida. In decima tertia pro concordia conjugatorum, & diſſolvendo maleficio coitus, ſigillabant utriſque imagines, viri in cera rubea, mulieris in alba, & conjungebant in amplexum, fumigantes cum ligno aloes, & ambra. In decimaquarta pro divortio & ſeparatione viri à muliere, ex ære rubeo ſigillabant imaginem canis ſuam caudam mordentis, & fumigabant cum pilis canis nigri & cati nigri. In decimaquinta pro acquirenda amicitia & benevolentia, ſigillabant imaginem hominis ſedentis, & literas legentis, & fumigabant cum thure & nuce muſcata. In decimaſexta ad lucrandum in mercibus, ex argento ſigillabant imaginem hominis ſuper cathedra ſedentis bilancem in manu tenentis, & fumigabant cum ſpecieb. bene redolentibus. In decima ſeptima contra fures & latrones, cum ſigillo ferreo ſigillabant imaginem ſimiæ, & fumigabant cum pilis ſimiæ. In decima octava contra febres & dolores ventris, ex ære ſigillabant imaginem colubri, caudam ſupra caput tenentis, & fumigabant cum cornu cervi, idemque ſigillum ferebatur fugare ſerpentes & venenata quæque a loco ubi ſubhumatum fuerit. In decima nona ad facilem partum, & pro-

vocationem



vocationem menſtruorum, ſigillabant ex ære imaginem mulieris, manus ſuas ſupra faciem tenentis, & fumigabant cum ſtorace liquida. In viceſima pro venatione, ſigillabant ex ſtanno imaginẽ ſagittarii ſemihominis & ſemiequi, & fumigabant cum capite vulpis. In viceſima prima pro deſtructione alicujus, faciebant imaginem hominis cum duplici vultu, ante & retro, & fumigabant cum ſulphure & carabe, & reponebant in pyxide æris, & cum ea ſulphur & carabe, & capillos illius cui nocere voluerant. In viceſima ſecunda pro ſecuritate fugientium, ſigillabant ex ferro imaginem hominis alatis pedibus, in capite galeam ferentis, & fumigabant cum argento vivo. In viceſima tertia, ad deſtructionem & devaſtationem, ſigillabant ex ferro imaginem cati caput caninum habentis, & fumigabant cum capillis canis, & ſubhumabant in loco ubi nocere prætendebant. In viceſima quarta ad multiplicandum greges armentorum accipiebant cornu arietis vel tauri, vel hirci, ſive illius armenti, quod multiplicare voluerunt, & ſigillabant in eo cum ſigillo ferreo, inurentes imaginem mulieris lactantis filium, & ſuſpendebant ad collum illius armenti, quod erat dux gregis, vel ſigillabant in cornu illius. In viceſima quinta pro ſalute arborum & meſſium, ſigillabant in loco fici, imaginem hominis plantantis, & fumigabant cum floribus fici, & ſuſpendebant ad arborem. In viceſima ſexta ad amorem & gratiam, ſigillabant in cera alba & maſtyche, imaginem mulieris abluentis & pectentis capillos ſuos, & fumigabant cum rebus bene redolentibus. In viceſima ſeptima ad deſtruendum fontes, puteos, thermas, & balnea, faciebant ex terra rubea imaginem hominis alati, vas vacuum & perforatum in manibus tenentis, & cocta imagine, ponebant in vaſe aſam fœtidam, & ſtoracem liquidam, & demergebant aut ſepeliebant in puteo, aut fonte, quam deſtruere volebant. In viceſima octava ad congregandum piſces, ſigillabant ex ære imaginem piſcis, & fumigabant cum corio piſcis marini, & projiciebant in aquam, ubicunque piſces congregare voluerant. Prætere a una cum imaginibus prædictis, ſimul inſcribebant nomina ſpirituum, & characteres eorum, invocabant, & imprecabantur ad id quod obtinere prætendebant.

### *De imaginibus ſtellarum fixarum beheniarum.*

### CAP. LXVII.

CÆterùm nunc ex operibus ſtellarum fixarum, ex Hermetis ſententia, ſub capite Algol faciebant imaginem, cujus

figura

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

figura erat caput hominis, cum longa barba, habens coll[um] ſanguinolentum. Ferunt conferre eventus petitionum, red[de]re geſtantem audacem & magnanimum, conſervare mem[bra] corporis illæſa, conferre contra maleficia, & reflectere con[a]tus malos, & incantationes malas in adverſarium. Sub ſidere Pleiadum faciebant imaginem puellæ virginis, vel figuram lampadis. Fertur augere lumen oculorum, aggregare dæmones, citare ventos, revelare ſecreta & abſcondita. Sub Aldeboram faciebant imaginem ad ſimilitudinem Dei vel hominis volantis: confert divitias & honorem. Sub hirco faciebant imaginem, cujus figura erat tanquam hamo volens ſatiari in inſtrumentis muſicis: efficit geſtantem gratioſum, & honoratum, & exaltatum coram regibus & principibus, & confert contra dolorem dentium. Sub Cane majore faciebant imaginem canis leporarii, vel puellæ virginis: Confert honorem & benevolentiam, & gratiam hominum, & ſpirituum aereorum: & dat poteſtatē pacificandi & concordandi reges & principes, & alios homines. Sub Cane minori faciebant imaginem galli, vel trium puellarum: Confert gratiam Deorum, ſpirituum, & hominum: dat poſſe contra maleficia, & conſervat ſanitatem. Sub corde Leonis faciebant imaginem leonis, [...] cati, vel figuram hominis honorati, ſedentis in cathedra. Reddit hominem temperatum, aufert iram, & dat gratiam. Sub cauda Urſæ majoris faciebant imaginem hominis cogitabundi, vel tauri, vel figuram vituli: Valet contra incantationes, & reddit geſtantem ſecurum in itineribus. Sub ala Corvi faciebant imaginem corvi, vel colubri, vel hominis nigri induti nigra veſte: Efficit hominem iracundum, audacem, animoſum, cogitabundum, maledicum: & efficit mala ſomnia, dat poſſe fugandi dæmones, & congregandis proficit contra malitiam hominum, & dæmonum, & ventorum. Sub Spica faciebant imaginem avis vel hominis, onuſti mercibus, Confert divitias, facit vincere lites, aufert anguſtiam & malum. Sub Alchameth faciebant imaginem equi vel lupi, vel figuram hominis ſaltantis. Valet contra febres, & ſtringit ac retinet ſanguinem. Sub Elpheya faciebant imaginem gallinæ, vel hominis coronati, & ſublimati: Confert benevolentiam & amorem hominum, & dat caſtitatem. Sub corde Scorpionis faciebant imaginem hominis armati & loricati, vel figuram Scorpionis: Dat intellectum & memoriam: efficit colorem bonum, & auxiliatur contra malos dæmones, & fugat eos, & conſtringit eos. Sub Vulture faciebant imaginem vulturis vel

gallinæ



gallinæ vel hominis itinerantis: Efficit hominem magnanimum & ſuperbum, dat poſſe ſuper dæmones & beſtias. Sub cauda Capricorni faciebāt imaginem cervi, vel hirci, vel hominis iracundi. Dat proſperitatem, & auget divitias. Hæ ſunt imagines quarundam ſtellarum fixarum, quas iubent inſculpi in lapidibus ſuis ſub eis.

### *De figuris Geometricis, quæ inter imagines & characteres media ſunt, & earundem tabula.*

### CAP. XLVIII.

Sunt adhuc aliæ quædam figuræ, per numeros, ſtellarumq; ſitus fabricatæ, atq; cum elementis, tum planetis atque ſignis adſcriptæ, quas Geomanticas vocant, eò quòd Geomātici divinatores proiecta ſortis ſuæ puncta, per paritatis & imparitatis exceſſum, in iſtas figuras reducunt; & ipſæ etiam ſub quorum planetarum & ſignorum dominio inſculptæ ſive impreſſę, imaginum virtutem poteſtatemq; concipiunt: & ſunt iſtæ figuræ velut medium inter imagines & characteres. Harum autem figurarum naturas, qualitates, proprietates, conditiones, ſignificationes, apoteleſmata, qui examuſſim ſcire deſiderat, apud Geomanticorum volumina requirat. Sunt a. numero non plures, quàm ſedecim, quorum nomina & themata ſunt hæc.

| Figura. | Nomen. | Elementum. | Planeta. | Signum. |
|---|---|---|---|---|
| •<br>•<br>•<br>• | Uia.<br>Iter. | Aqua. | ☾ | ♌ |
| • •<br>• •<br>• •<br>• • | *Populus.*<br>*Congregatio.* | Aqua. | ☽ | ♑ |
| • •<br>•<br>•<br>• • | *Coniunctio.*<br>*Coadunatio.* | Aer | ☿ | ♍ |
| •<br>• •<br>• •<br>• | *Carcer.*<br>*Cõſtrictus* | Terra: | ♄ | ♓ |



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| * * / * * / * / * | *Fortunæ maior* *Auxiliū maius* *Tutela intrās.* | Terra. | ☉ | ♒ |
| * / * / * * / * * | *Fortuna minor* *Auxiliū minꝰ.* *Tutela exiens.* | Ignis. | ☉ | ♉ |
| * * / * / * * / * | *Acquiſitio.* *Comprehēſum intus.* | Aer | ♃ | ♈ |
| * / * * / * / * * | *Acquiſitio.* *Comprehenſum extra.* | Ignis. | ♀ | ♎ |
| * / * * / * * / * * | *Lætitia.* *Ridens.* *Sanus.* *Barbatus.* | Aer. | ♃ | ♉ |
| * * / * * / * * / * | *Triſtitia.* *Damnatus,* *Tranſverſus.* | Terra. | ♄ | ♒ |
| * / * * / * / * | *Puella.* *Mundus faсie.* | Aqua. | ♀ | ♎ |
| * / * / * * / * | *Puer.* *Flavus.* *Imberbis.* | Ignis. | ♂ | ♈ |
| * * / * * / * / * * | *Albus.* *Candidus.* | Aqua. | ☿ | ♋ |
| * / * / * * / * * | *Rubeus.* *Ruffus.* | Ignis. | ♂ | ♊ |
| * * / * / * / * | *Caput.* *Limen intrans* *Limen ſuperius.* | Terra: | ☊ | ♍ |
| * / * / * / * * | *Cauda.* *Limen exiens.* *Limen inferius.* | Ignis. | ☋ | ♐ |

*De imaginibus, quarum figura eſt non ad ſimilitudinem alicuius figuræ cœleſtis. ſed ad ſimilitudinem illius, quod deſiderat animus operantis.* CAP. XLIX.

EſT & adhuc alius imaginum modus, non ſecundùm ſimilitudinem figurarum cœleſtium, ſed ſecundùm ſimilitudinem illius, quod deſiderat animus operantis, cuius ſunt effigies & veſtigia. Sic ad amorem fabricamꝰ imagines ſe invicē amplectentes: ad diſcordiam, ſe percutientes: ad inferendam verò calamitatem, vel deſtructionem, vel impedimentum, vel homini, vel domui, vel urbi, vel alteri rei, conficimus imagines diſtortas, confractas in membris & partibus, ad ſimilitudinē & figuram eius rei, quam deſtruere voluerimus vel impedire. Et jubent Magi in fundendis vel ſculpendis imaginibus inſcribere ſibi nomen ſui effectus, & hoc in dorſo, quādo malus, ut deſtructio: in ventre, quando bonus, ut amor: præterea in fronte imaginis nomen ſpeciei vel individui, quā deſignat imago, vel propter quem vel cōtra quem fabricata eſt. Ruſusq; in pectore nomen ſigni vel faciei aſcendentis, & eiꝰ domini: etiam characteres, atq; ſuorum angelorum nomina. Iubent præterea in fabricanda imagine imprecationem illius effectus ad quem conficitur, debere non taceri, quæ quidem omnia etiam Magnus Albertus in ſpeculo ſuo affirmat. Confectis verò imaginibus ſecundum diverſas ejus virtutes, ipſi diverſimodè utuntur: aliquando enim ſuſpenduntur vel alligantur corpori: aliquando ſepeliuntur ſub terra, vel ſub flumine, aliquando ſuſpenduntur in camino ſuper fūmum, vel ad arborem, ut moveantur à vento: aliquando capite ſurſum, aliquando deorſum: aliquando in aquam ferventem mittuntur, vel in ignem. Dicunt enim quod quatenus imaginem operarii ipſam imaginem afficiunt, eatenus illam paſſiones inferre his, quibus adſcripta eſt, prout illud animus operantis dictavit: quemadmodum legimus Nectanabum Ma-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

gum navium imagines cereas eo modo & artificio confeciſſ
ut cum ipſe imagines mergebat in aquam hoſtium, ſuorum
naves in mari ſimili modo mergebantur, atque periclitaba-
tur. Conſtellationes verò ad huiuſmodi imagines & confim-
les obſervandas, docet nos ea pars aſtrologiæ, quæ de electio-
nibus inſcripta eſt.

*De obſervationibus quibuſdam cœleſtibus, & practica quarundam eiuſdem imaginum.* CAP. LI.

MOdò narrabo tibi obſervationes corporum cæleſtium,
quę requiruntur ad practicam aliquarum eiuſmodi ima-
ginum. Sic ad fortunandum aliquem conficimus imaginem,
in qua hæc fortunata ſunt, ſcilicet illius ſignificator vitæ, vi-
tæque datores, & ſigna, & planetæ: fortunemus prætereà a-
ſcendens & medium cœli, & eorum dominos. Item, locum
Solis, & locum Lunæ partem fortunæ, atq; dominum coniũ-
ctionis vel præventionis ante ſuam nativitatem factæ, plane-
tas malevolas deprimendo. Si verò ad calamitatem imagine
fabricare voluerimus, è converſo agemus, atque quæ hic for-
tunata, ibidem infortunata locemus, ſtellas malevolas erige-
do. Simili modo fac pro fortunando loco aliquo, vel regione
vel civitate, vel domo. Similiter pro deſtruendo, vel impe-
diendo aliquo ſupradictorum, fiat imago ſub aſcenſione il-
lius rei, quam deſtruere vel impedire volueris, & infortunabis
dominum domus vitæ illius dominum aſcendentis, & Lu-
nam, dominum domus Lunæ, & dominum domus domini
aſcendentis, & domum decimam, & dominum eius. Pro ad-
aptatione autem loci alicuius, pone fortunas in aſcendente e-
ius: & in domo prima, & decima, & ſecunda, & octava, for-
tunabis dominum aſcendentis, & dominum domus Lunę. Ad
fugandum verò animalia certa à certis locis, ut in eis genera-
ri, vel perſiſtere non poſſint, fiat imago ſub aſcenſione illius a-
nimalis, quod fugare voluerimus, & ad ſimilitudinem illius:
ut ſi fugare velimus ſcorpiones ab aliquo loco, fiat imago
ſcorpionis, aſcendente ſigno Scorpionis cum Luna, & infor-
tunabis aſcendens & dominum eius, & dominũ domus Mar-
tis: & infortunabis dominum aſcendentis in octava: & iun-
gatur aſpectu malevolo, oppoſito vel quadrato: & inſcriba-
tur in imagine nomẽ aſcendentis, & domini eius, & Lunę no-
men, & nomẽ domini diei, & nomẽ domini horæ, & fiat fovea
in medio loci à quo eos pellere volueris: & afferatur in illa de
terra accepta ex quatuor angulis loci eiuſdẽ, & ſepeliatur ibi-
dem



dem imago, capite deorſum imprecando ſive proferendo;
Hæc eſt ſepultura Scorpionum, ut non ingrediantur iſtum lo-
cum, & ſic de ſimilibus. Item pro lucro fiat imago ſub aſcen-
dente nativitatis hominis, vel ſub aſcenſione illius loci, cui
lucrũ addicare volueris, fortuna aſcendens, & dominum eius:
& facias dominum domus ſecundæ, quæ eſt domus ſubſtan-
tiæ, iunctum cum domino aſcendentis in trino vel ſextili: ſit-
que inter eos receptio, fortunabis undecimam, & dominum
eius, & octavam: & ſi poteris, pone partem fortunæ in aſcen-
dente vel ſecunda, & ſepeliatur imago in loco illo, vel defe-
ratur ab illo, cui lucrum adhibere voluerimus. Item pro con-
cordia & amore fiat imago Iovis, ſub aſcendente nativi-
tatis illius, quem vis amari, fortuna aſcendens, & decimam, &
abſconde malos ab aſcendente: & habeas dominum decimæ
& undecimæ planetas, fortunæ iunctos domino aſcendentis,
ex trino vel ſextili cum receptione: deinde fac aliam imagi-
nem, videlicet pro illo, quem vis incitare ad amandum: con-
ſidera ſi ſit amicus vel ſodalis illius, quem vis amari: & ſic fiat
imago ſub aſcenſione domus undecimæ ab aſcendente pri-
mæ imaginis. Si verò fuerit uxor vel marit[9], fiat ſub aſcenſio-
ne ſeptimæ. Si frater, vel ſoror, vel conſanguineus, fiat ſub a-
ſcenſione tertiæ, & ſic de ſimilibus. Et pone ſignificatorem
aſcendentis ſecundæ imaginis, iunctum ſignificatori aſcen-
dentis primæ imaginis, ſitque inter eos receptio, ſintque cæ-
tera fortunata, ut in prima imagine, pòſt iunge ſimul ambas
imagines in amplexum, vel pone faciem imaginis ſecundę ad
dorſum imaginis primæ, & involvantur in ſindone, & defe-
rantur, vel ſpolientur. Item ad ſucceſſus petitionum, & pro
adipiſcenda re denegata, ſive ab alio accepta, vel poſſeſſa, fiat
imago ſub aſcendente illius qui petit rem: & fac dominum
ſecundæ, iunctum cum domino aſcendentis, à trino, vel ſex-
tili: ſitq; inter eos receptio, & ſi fieri poteſt, ſit dominus ſecũ-
dæ in ſignis obedientibus, & dominus aſcendentis in impe-
rantibus fortuna aſcendens, & dominus aſcendentis retro-
gradus, vel combuſtus, vel cadens, vel in domo oppoſitionis,
hoc eſt, in ſeptima à domicilio ſuo, non ſit impeditus à malis,
ſit fortis, & in angulo: fortunabis aſcendens, & dominum ſe-
cundæ, & Lunam: & fac aliam imaginem pro eo, apud quem
eſt quod petitur, & accipe ſub aſcendente pertinenti ad eum:
ut ſi ſit rex vel princeps incipe ſub aſcendente decimæ domus
ab aſcendente primæ imaginis: ſi pater, ſub quarta: ſi filius,
ſub quinta, & ſic de ſimilibus: & pone ſignificatorem ſecun-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

dæ imaginis junctum cum domino aſcendentis primæ imaginis à trino vel ſextili: & ipſe recipiat eum, & pone utroſq; fortes & fortunatos, abſque impedimento: fac omnes malos ab eis cadentes: fortunabis decimam & quartam, ſi poteris, vel aliquid eorum: & cùm fuerit perfecta ſecunda imago, junge eam cum prima, facie verſus faciem, & involve in linteo mūdo, & ſepeli in medio domus illius qui petit rem, ſub ſignificatore fortunato fortuna forti: ſitque facies imaginis primæ verſus Septentrionem, vel potius verſus locum, ubi moratur ille, apud quem eſt quod petitur. Vel ſi contingat petentē pergere ad eum apud quem eſt res petita, deferat imagines ſecū, quouſque pergit. Et fit etiam imago ſomniorum, quæ poſita ſub capite dormiētis, vera ſomnia efficaciter præſtat, de quacunque re animus iam antea deliberaverit: figura illius eſt figura hominis dormientis in ſinu angeli, quam facies aſcendente Leone, Sole in Ariete nonam domum tenente: tum in pectore hominis inſcribes nomen deſiderati effectus, aſcenden e Virgine, Mercurio in Ariete in nona domo fortunato, aut aſcendentibus Geminis Mercurio fortunato, & in Aquario nonam tenente: ſitque à Saturno felici aſpectu receptus, inſcribiturq; nomen ſpiritus Mercurji. Fit etiam aſcendente Libra in Venere in Geminis, in nona domo à Mercurio recepta, inſcribendo angelum Veneris: & fit adhuc eadem imago aſcendente Aquario, Saturno in exaltatione ſua, quę eſt in Libra, nona feliciter poſſidente: & inſcribitur angelus Saturni. Fit adhuc etiam aſcendente Cancro, Luna in Piſcibus à Iove & Venere recepta, & in nona domo feliciter conſtituta, & inſcribitur ſpiritus Lunæ. Et fiunt etiam annuli ſomniorum mirabilis efficaciæ: & ſunt annuli Solis & Saturni, & cōſtellatio ipſorum eſt, quando Sol aut Saturnus in exaltationibus ſuis in nona domo aſcendunt, & quando Luna Saturno iungitur in nona domo & in eo ſigno, quod fuit nona domus nativitatis: & inſcribitur annulis nomen ſpiritus Solis vel Saturni: & infigitur lapis ſua imagine ſculptus, radice aut planta ſubiecta, ſecundùm regulam quam alibi tradidimus: & hæc de imaginibus dicta ſufficiant, nam plura eiuſmodi nunc per teipſum inveſtigare poteris. Illud autem ſcias, nihil operari imagines eiuſmodi, niſi vivificentur ita, quòd ipſi, aut naturalis, aut cæleſtis, aut heroica, aut animaſtica, aut dæmoniaca, vel angelica virtus inſit aut adſiſtat. At quis modo animā dabit imagini aut vivificabit lapidem, aut metallum, aut lignum, aut ceram atque ex lapidibus ſuſcitabit filios Abrahæ? Certè non pene-

tra



trat hoc arcanum ad artificem duræ cervicis, nec dare poterit illa, qui non habet: habet autem nemo, niſi qui iam cohibitis elemētis, victa natura, ſuperatis cœlis, progreſſus angelos, ad ipſum archetypum uſque tranſcendit, cuius tunc cooperator effectus poteſt omnia, ſicut de hoc dicemus in ſequentibus.

*De characteribus, qui ad cœleſtium normam imitationemq; fabricati ſunt, & quomodo ex Geomanticis figuris deducuntur, cum eorundem tabula.*

## CAP. LI.

CHaracteres etiam habent communitatem ſuam ex radiis cœleſtium ſecundum certum numerum in ſe invicem peculiari quadam proprietate conjectis. quæ quidem cœleſtia, ſicut in diverſis radiorum ſuorum ictibus inter ſe aliter atque aliter incidētibus diverſas conſpirant virtutes: ſic etiam characteres, iuxta diverſas ejuſmodi radiorū concurſus aliter atque aliter protracti, diverſas ſubitò nāciſcuntur operationes: ſæpè etiam multò efficaciores; quám phyſicalium commixtionum proprietates. Veri autem characteres cœlorum, ipſa eſt ſcriptura angelorum, quæ apud Hebræos vocatur ſcriptura Malachim, per quam in cœlo ſunt deſcripta & ſignificata omnia cuilibet ſcienti legere. Sed de his in poſterioribus. Iam verò etiam characteres ex Geomanticis figuris fabricāt, vario modo ſingularum puncta inter ſe colligantes, & juxta earundem figurationum rationem ex quibus formati fuerint, planetis atque ſignis illis attribuentes, horumq; fabricam ſequens tabula exponet.

Characteres Lunæ.



*Ab via.*



*A populo:*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Characteres Mercurii.

*A coniunctione.*

*Ab albo.*



Characteres Veneris.

*Ab amiſſione.*

*A puello.*



Characteres Solis.

*A fortuna maiore.*

*A fortuna minore.*



Characteres Martis.

*A rubeo.*

*A puero.*







Characteres Iovis,

*Ab acquiſitione.*

*A lætitia.*



Characteres Saturni.

*A carcere.*

*A triſtitia.*



Characteres capitis Draconis.



Characteres caudæ Draconis.



*De characteribus, quæ à rebus ipſis ſimilitudine quadam abſtrahuntur.* CAP. LII.

Diximus ſuperiùs, eſſe quendam imaginum modum, non ad ſimilitudinem imaginum cæleſtium, ſed ſecundùm æmulationem eius, quod deſiderat animus operantis: id pari ratione etiam de characteribus quibuſdam intelligendum eſt. Sunt ſiquidem nihil aliud characteres huiuſmodi, quàm imagines malè dearticulatæ, habentes tamen quandam probabilem ſimilitudinem cum imagine cæleſti, aut cum eo, quod cupit animus operantis, ſive id ſit á tota imagine, aut à certa aliqua illius nota totam imaginem exprimente. Quemadmo-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

dum characteres Arietis & Tauri à cornibus formamus tales ♈ ♉ Geminorum, ab amplexu: ♊ Cancri à progreſſu & regreſſu: ♋ Leonis, Scorpionis, & Capricorni, à cauda: ♌ ♏ ♑ Virginis à ſpica: ♍ ♍ Libræ, à bilance: ♎ Sagittarii a ſagitta: ♐ Aquarii, ab undis ♒. & piſcium á piſcib. ♓. Simili ratione character Saturni tractus eſt à falce ♄ ♄ Iovis á ſceptro ♃. ♃. Martis a dardo ♂. Solis a rotúditate & aureo fulgore ☉. ☉. Veneris à ſpeculo ♀. Mercurii à caduceo ☿. ☿. Lunæ à creſcentis decreſcentiſque cornibus ☽. Ex iſtis deinceps iuxta mixtiones ſignorum & ſtellarum, naturarumque conſtituũtur etiam characteres mixti, ut triplicitatis igneæ, ♌♐ : terreæ, ♑♍ : aereæ, ♊♒ : aqueæ, ♋♏♓. Similiter iuxta centum & viginti planetarum coniunctiones totidem complexi ſive compoſiti characteres multiplicibus figuris reſultant: ut Saturni, & Iovis, ſic ſcilicet ♃♄, vel ſic ♃♄, vel ſic ♃♄, Saturni & Martis, ♂♄, vel ſic ♂♄, Iovis & Martis ♃♂, vel ſic ♃♂ Saturni, Iovis & Martis ♃♄♂, vel ſic ♃♄♂. Et ſicut hæc de duobus vel tribus exemplificata ſunt, ita etiam de reliquis & pluribus formari debent: eademq; ratione cæterarum imaginum cœleſtium, in aliqua facie vel gradu ſignorum aſcendentium characteres ad ſimilitudinem imaginis quám compendioſé protrahendi ſunt, ſicuti in his, quæ ſecũdum viam imitationis fiunt ad id quod deſiderat animus operantis ad amoré figuræ ſibi permixtæ, ſe invicem complectentes, ſibi invicem obedientes: ad odium veró contrariò, ſe invicem avertentes, impugnantes, diſpares, & diſſolutæ. Cæterùm nunc, quos characteres Hermes aſſignaverit ſtellis fixis & beheniis, non pigebit hic adpingere: Sunt autem hæc.

Caput




Caput Algol.


Pleiades.


Aldebaram.


Hircus.


Canis Maior.


Cauda Urſæ.


Cor Leonis.


Canis minor.


Ala Cornu.


Spica.


Alchameth.


Elpheia.


Cor Scorpii.


Uultur cadens.


Cauda Capricorni.

*Quod nulla divinatio ſine Aſtrologia ſit perfecta.*

## CAP. LIII.

Loquuti ſumus in præcedentibus, de variis divinationum generibus: ſed illud animadvertendum eſt, omnia hęc Aſtrologiæ uſum canoneſq; ſibi depoſcere, veluti clavẽ ad omnium arcanorum notitiam pernęceſſariam: omniaq; divinationum

tionum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tionum quarumcunque genera, ſic in ipſa Aſtrologia ſuas radices & fundamenta habent, ut abſq; hac parum aut nihil videantur adferre. Ipſa tamen Aſtrologica divinatio, quatenus cœleſtia ſunt cauſæ & ſigna, omnium eorum quæ ſunt & fiũt in iſtis inferioribus, ex ſolo ſitu & motu corporum cœleſtiũ, quæcunque occulta aut futura ſunt, illorum certiſſimas largitur demonſtrationes, de quibus plura dicere hic locus nõ exigit, cùm de hac ſcientia ab antiquis ingentia volumina ſcripta ſunt, & palam omnibus extant. Itaque ſive corpus, ſive vultum, ſive frontem, ſive manum inſpiciat Phyſionomus, ſive ſomnium, ſive auſpicium coniectator ſcrutatus fuerit, ſi rectum futurum ſit judicium, cœli figura pariter ſcrutanda erit, ex cuius indiciis, una cum ſimilitudinum ſignorumq; cõjecturis, veridicæ ſignificatorum naſcantur opiniones. Quod ſi etiam prodigium aliquod apparuerit, cœli figura erigenda erit, ſcrutanda etiam quæ præceſſerunt in revolutionibus annorum ex magnis coniunctionibus & eclypſibus: deinde etiã conſiderandæ principum, gentium, regnorum, urbium, ubi hæc apparuerint, nativitates, origines, intronizationes, fundationes, revolutiones, profectiones, directiones, & quæ ex eis ſunt, atque in quem cuiuſque locum cœleſtis figuræ, hæc ceciderint: ut ex his omnibus tandem rationabilem, & veriſimilimam harum rerum venemur ſignificationem. Eadem ſerie, minori tamen labore, etiam in ſomniorum expoſitionibus incedendum eſſe perhibent. Quin etiam qui furore alienati futura prædicunt, non niſi per aſtra, horumve inferiora inſtrumenta agitati, id faciunt: unde & illorum vaticinia tandem etiam ad cœleſtia adaptanda ſunt, quemadmodum apud Lucanum legimus Tuſcum vatem.

*Fulminis edoctum motus, venasq; calentes*
*Fibrarum, & motus errantis in aere pennæ.*

Poſt luſtratam urbem, poſt mactatã victimam, poſt inſpecta exta, tandem ex cœleſtium ſiderum diſpoſitionibus, protuliſſe ſententiam. Iam verò etiam ipſa Geomantia ſortilegiorũ accuratiſſima, quæ per puncta terræ, aut alterius ſuperficiei, vel caſu vel vi quadam inſcripta divinetur, illa primum ad figuras reducit cœleſtes, videlicet ad eas ſedecim, quas ſuperius nominavimus, ex eorum proprietatibus & rationibus, Aſtrologico more judicium formans. Atq; huc ſpectant, quæcunque naturalium ſortilegiorum divinacula, quorũ vis aliunde eſſe non poteſt, quam à cælo, atque ab anima illa operantis: ſiquidem quicquid in his inferioribus aliquo motu movetur,

agitatur,



agitatur & producitur, neceſſe eſt ſuperiorũ motus, influxusque imitari, ad quos velut ad radices, & cauſas, atque ſigna, cùm reductum fuerit, eorundem nobis tunc ex Aſtrologicis regulis indicat ſententiam. Hinc teſſeræ, tretracedon, hexacedron, octocedron, dodecacedron, icocedron, certis numeris, ſignis atque ſtellis, opportunis temporibus, ſub cœleſtium influxibus fabricatæ, & inſcriptæ, mirandam divinãdi, prædicendique ſuis jactibus obtinent virtutem, ceu qualem Præneſtinæ illæ teſſerę, in quibus Romanorum fata contenta fuiſſe leguntur.

*De ſorte, & quando, ac unde illi divinationis virtus contingat.*

## CAP. LIV.

Quæcunque per ſortem divinationes ac eventuum humanorum fiunt prædictiones, præter ſortem cauſam certè aliquam ſublimem, & latentem, & occultam habere neceſſe eſt, quæ quidem non erit cauſa per accidens, qualem Ariſtoteles fortunam deſcripſit. Siquidem in ſerie cauſarum, cùm ſecundum Platonicos cauſa per accidens nunquam poſſit eſſe prima & ſufficiens cauſa, oportet nos altius ſpeculari & invenire cauſam, quæ effectum ipſum cognoſcat, atq; intẽdat. Hanc autem non in corporea natura, ſed in ſubſtãtiis immaterialibus & incorporeis, quæ revera ſortem adminiſtrant, & ad veritatis indicium diſpenſant, collocare neceſſe eſt: ut in humanis animis, aut ſeparatis ſpiritibus & dæmonibus, aut in cœleſtibus intelligentiis, vel in ipſo Deo. Quod autem in humana anima eſſe poſſit ſufficiens poteſtas & virtus, ad ſortes eiuſmodi dirigendas, ex eo patet, quia ineſt animæ noſtræ divina virtus ac ſimilitudo omniumque rerum apprehenſio & poteſtas. Et ſicut in libro primo diximus, omnes res habent naturalem obedientiam ad ipſam, & de neceſſitate habent motum & efficaciam ad id quod deſiderat anima forti deſiderio: & omnes virtutes & operationes rerũ naturalium & artificialium obediunt illi, quando fertur in magnum exceſſũ ſui deſiderii & omnes ſortes cuiuſcunque generis, tunc adiuvant talis animæ appetitum, & acquirunt ſibi mirabiles præſtigiorum virtutes, cùm ab illa, tùm ab opportunitate cœleſti, in illa hora, qua ipſam huiuſmodi appetitus exceſſus maximé invadit. Et hæc eadem ratio, eſt etiam radix omnium Aſtrologicarum quæſtionum, quoniam anima elevata in alicuius deſiderarii exceſſum, arripit ex ſe horam & opportunitatem magis convenientem & efficacem: ſuper qua fabricata cœli

figura,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

figura, poteſt tunc Aſtrologus in ea judicare, & planè cognoſcere de eo quod quærens, ipſe ſcire cupit, atque deſiderat. Quia verò non ſemper humano animo: ſed etiam quod diximus, aliorum ſpirituum miniſterio ſortes nonnunquam diriguntur, nec ſemper diſpoſitus eſt vatis animus ad eum, quem diximus, paſſionis exceſſum: hinc apud veteres mos erat, ante ſortis projectionem ſacra quædam præmittere, quibus divinas intelligentias & ſpiritus ad ſortem rectè dirigendam advocabant. Quantulumque ergo præſagii ſortes huiuſmodi protendunt, non ex caſu & fortuna ſit oportet, ſed ex cauſa ſpirituali, cuius vi movetur phanthaſia, aut manus ſortem mittentis, trahentiſve, ſive illa vis prodeat ab anima operantis, per magnum affectus ſui exceſſum, ſive ab influxu & opportunitate cœleſti, ſive à numine quodam, aut ſpiritu altrinſecus adſiſtente atq; movente: ſive hæ ſortes ſitæ ſint in talorum jactu ſive in teſſararum inpulſu, ſive in occurſu verſiculorum, quales erant olim ſortes Homericæ & Uergilianæ, de quibus legimus apud Aelium Spartianum, olim Hadrianum quæſiſſe, quo animo in ſe eſſet Trajanus Imperator, & obvenisse illi hos Uergilianos verſus:

*Quis procul ille autem, ramis inſignis olivæ,*
*Sacra ferens? noſco crines Lucanaq; menta*
*Regis Romani, primam qui legibus urbem*
*Fundavit, Curibus parvis, & paupere terra,*
*Miſſus in imperium magnum. - - - -*

Quibus verſiculis in ſpem potiundi imperii non fruſtà evaſit. Similiter & apud Hebræos & penes nos Chriſtianos, nō improbantibus quibuſdam Theologis, ſortes ex pſalmorū verſiculis capiuntur. Sunt & alia plura ſortium genera, & ſunt ſortes humanæ, quæ nihil habent divinationis apud veteres, & apud nos obſervatæ, etiam legibus cōmendatæ in deligēdis magiſtratibus, invidiæ vitandæ cauſa, de quibus etiam Cicero in Verrem mentionem fecit, ſed illa noſtri propoſiti non exiſtunt. Quæ verò divinæ ac ſacræ ſortes ſunt, ad oracula & religionem ſpectantia, de his in ſequēti libro diſſeremus: modo illud vos admoneam, quantumcunque præſagii, divinationis, aut vaticinii, ſortes habere comperiantur, non propter hoc quod ſortes ſunt, illud habent: ſed per virtutem alicujus ſublimioris operationis ipſis adjunctam.





*De anima mundi cœleſtium, iuxta traditiones poetarum & philoſophorum.* CAP. LV.

COelum corporaque cœleſtia cum ipſa vim habeant, & influxum, ac manifeſtam operationem in iſta inferiora, neceſſe eſt ea eſſe animata: ſiquidem operatio à puro corpore provenire minimè poteſt. Habere igitur mundum ipſum animam, corporaque cœleſtia ſimiliter, & illam quidem intelligentem, omnes nobiliſſimi tùm poetæ, tùm philoſophi affirmant. Hinc Marcus Manilius in Aſtronomicis ad Auguſtum *Manilius.*
canit.

*Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi,*
*Membraq; naturæ diverſa condita forma.*
*Aeris atq; ignis, terræ, pelagiq; iacentis,*
*Vis animæ divina regit: ſacroq; meatu*
*Conſpirat Deus, & tacita ratione gubernat.* *Lucanus.*

Item Lucanus.

*Aere libratum vacuo qui ſuſtinet orbem,*
*Totius pars magna Iovis. - -* *Boethius.*

Et Boethius.

*Tu triplicis mediam naturæ cuncta moventem*
*Connectis animam, per conſona membra reſolvis.*
*Quæ cum ſecta, duos motus glomeravit in orbes.*
*In ſemet reditura meat, mentemq; profundam*
*Circuit, & ſimili convertit imagine cœlum.*

Et Uirgilius omnis philoſophiæ pleniſſimus, ſexto Aeneidos canit: *Maro.*

*Principio cœlum, & terras, camposq; liquentes,*
*Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra,*
*Spiritus intus alit totumq; infuſa per artus*
*Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*
*Inde hominum, pecudumq; genus, vitæq; volantum,*
*Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus:*
*Igneus eſt ollis vigor, & cœleſtis origo*
*Seminibus, quantum non noxia corpora tardant.*

Quid enim hi verſus aliud velle videntur, quàm mundum non modo ſpiritum & animam, ſed etiam mentis divinæ eſſe participem, atque omnium inferiorum originem, virtutem, vigoremq;, ab ipſâ mundi anima dependere? Hoc Platonici omnes, hoc Pythagorici, hoc Orpheus, hoc Triſmegiſtus, hoc Ariſtoteles, Theophraſtus, Avicenna, Algazeles, omnesq; Peripatetici fatentur, atq; confirmant.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Idem confirmatur ratione.* CAP. LVI.

Habet mundus, habent cœli, habent ſtellæ, habent elementa animam, cum qua cauſant animam in iſtis inferioribus, atque miſtis. Habent etiam ſpiritum, ut in priori libro diximus, qui mediante anima ſua, adeſt corpori: nam cùm mundi corpus totum quoddam eſt corpus, cuius particulæ ſunt omnium animantium corpora: atq; quantò totum partibus eſt perfectius & nobilius, tantò mundi corpus perfectius nobiliusque eſt ſingulorum animantium corpore: abſurdum foret, quod imperfecta quæque corpuſcula, & mundi particulæ, & viliſſima quæque animalcula, muſcæ & vermiculi, vita digna ſint, vitam poſſideant, animam habeant, mundum ipſum integrum, perfectiſſimum, totale, ac nobiliſſimum corpus, neque vivere neque animam habere. Non minus abſurdum eſt, cœlos, ſtellas, elementa, quę ſingulis vitam, animamque largiſſimè præbent, ipſos vita animaque carere: ſitq; planta vel arbor quævis nobilioris cõditionis, quàm cœlum, quàm ſtellæ, quam elementa, quæ naturaliter ſunt ſua cauſa. Quis enim, niſi vitæ inſors terram & aquam neget vivere, quæ ex ſe innumerabiles arbores, plantas, animanteſque generant, vivificant, nutriunt, augent? quod vel manifeſtiſſimè apparet in ſpontè naſcentibus, & in his quibus ſemina corporalia deſunt. Neq; enim poſſent elementa eiuſmodi viventia generare & nutrire, ſi ipſa vita animaque carerent. Dicent fortè aliqui, viventia eiuſmodi nõ ab anima terrę vel aquę, ſed ex cœleſtium animarum influxib. progigni. His reſpondent Platonici, nõ poſſe accidens generare ſubſtantiam, niſi fortè ut inſtrumentum proximę ſubſtantię ſubijciatur. Dicunt aũt proximæ ſubſtantiæ, quia inſtrumentum ab artifice remotũ non movetur ad artis effectum: ſic ẽt cœleſtes illi influxus cũ ſint accidentia quædã, à ſuis vitalib. ſubſtantiis, ſive ab ipſa vita longè remota, vitalẽ ſubſtantiam in iſtis inferiorib. nõ generabunt. Et Mercurius in tractatu quem de Communi inſcripſit, inquit: Totum quod eſt in mundo, aut creſcendo, aut decreſcẽdo movetur. Quod aũt movetur, id propter ea vivit: & cùm omnia moveantur, et terra, maximè motu generativo & alterativo, ipſa quoq; vivit. Si quis aũt cœlos dubitet vivere, inquit Theophraſtus, is non cenſetur philoſophus: & qui neget cœlum animatũ eſſe, ita ut motor eius non ſit forma eius, totius philoſophiæ fundamenta deſtruit. Vivit itaque mundus, habetque animam, ſenſum, ſiquidem vitam dat plantis ex ſe-



mine non gignuntur: & ſenſum præbet animalibus quæ non gignuntur per coitum.

*Quòd anima mundi, ac cœleſtes animæ ſint rationales, ac mentem participantes divinam.*

CAP. LVII.

Quòd etiam animæ quas diximus, rationem habeant, ex eo patet. Nam cum univerſa dictarum animarũ opera, perpetuo quodam ordine inter ſe conſpirent, neceſſarium eſt, nõ caſu, ſed ratione regantur: quibus rationib. cunctas ſuas operationes ad certa dirigant & perducant. Neceſſe eſt enim terram rationes habere terrenorum, & aquam aqueorum: ſimiliter in cæteris, quib. ſingula ſuo tempore, loco & ordine procreantur, & ſæpè læſa recreantur. Non ergo terræ animã, velut abjecti cujuſpiam corporis animam cenſent philoſophi: ſed rationalem, inſuper intelligere, & eſſe deam. Abſurdum præterea foret, cùm nos noſtrorum operum poſſidemus rationes, animas cœleſtes, ipſamq; animam univerſi, ſuorum rationes non habere. Quod ſi (ut inquit Plato) mundus ab ipſo bono quàm optimus effici poterat: eſt effectus: erit certè non ſolum vitæ, ſenſus & rationis, ſed etiã intelligentiæ mẽtisq; particeps: ſiquidem perfectio corporis anima eſt: & illud corpus perfectius eſt, quod perfectiorem habet animam. Neceſſe ergo eſt, cùm cœleſtia corpora perfectiſſima ſint, perfectiſſimas etiam habeant animas. Sunt igitur intellectus mẽtisq; participes, quod Platonici etiam ex ordinis tenoriſq; eorundem perſeverantia comprobant: quia motus cum ſit natura ſua liber, prævaricari facile poteſt, ac viciſſim pervagari, niſi intellectu menteq; regatur: & ea quidem perfecta, electiſſimam viam, atque optimum finem ab initio prævidente: quæ quidem mens perfecta, quia potentiſſimæ adeſt animæ, qualis eſt anima mundi, & quales ſunt animæ corporum cœleſtium, & elementorum, procul dubio ordinatiſſimè & perfectiſſimè adſcriptum ſibi opus gubernat: ſiquidem potentiſſimæ animæ corpora non reſiſtunt, & mens perfecta non variat conſilium. Eſt itaq; anima mundi, vita quædam unica omnia replens, omnia perfundens, omnia colligans & connectens, ut unam reddat totius mundi machinam: ſitq; velut unum monochordum, ex tribus generib. creaturarum, intellectuali, cœleſti & corruptibili reboans, unico ſtatu tantummodo & unica vita.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*De nominibus animarum cœleſtium, eorundemq; dominio in hunc inferiorem mundum, videlicet hominem.*

## CAP. LVIII.

ANimarum autem cœleſtium nomina, multa admodum ſunt, atque diverſa, pro multijuga earum in iſta inferiora potentia atq; virtute: à quibus diverſa nomina ſortita ſunt, quibus veteres in eorum hymnis & invocationibus uſi ſunt. Circa quod advertendum, quod unaquæque eiuſmodi animarum, juxta Orphicam theologiam, duplicem dicitur habere virtutem: unam in cognoſcendo poſitam, alteram in vivificando & regendo corpus ſuum eſſe ſitam. Hoc modo in ſphæris cœleſtibus, priorem illam virtutem vocat Orpheus Bacchum, alteram appellat Muſam. Hinc non inebriatur per aliquem Bacchum, qui ſuæ muſæ prius copulatus non fuerit. Itaque novem Bacchi, circa novem Muſas deſignantur. Unde in nona ſphæra ponit Orpheus Bacchum Cribronium, & Muſam Calliopem: in cælo ſtellato Picionium, & Vraniam: in cœlo Saturni, Amphietum & Polyhymniam: in cœlo Iovis Sabaſium, & Terpſichoren: in cœlo Martis, Baſſarium atque Clio: in cœlo Solis, Trietericum & Melpomenen: in cœlo Veneris, Lyſium & Erato: in cœlo Mercurii, Silenum & Euterpen: in cœlo Lunæ, Bacchum Lyæum, & Thaliam Muſam. Similiter & in ſphæris elementorum, animas nominat hoc modo: In igne ponit planetam & auroram: in aere fulminatorem Iovem & Iunonem: in aqua Oceanū & Thetyn: in terra Plutonem & Proſerpinam. Animam vero mundi, ſive totius univerſi, vocant magi Iovem mundanum: mentem verò mundi Apollinem nuncupant: naturam mundi, Minervam. Præterea in igne Vulcanum, in aqua Neptunum: & nominabant ipſos diverſis nominibus. In ſideribus quoq; Zodiaci, duodecim ponebant Pythagorici particulares Deos, ſive animas in cordibus eiuſmodi ſiderum ſitas, atque exinde totum ſidus regentes: ſcilicet in corde Arietis, Pallas particularis: in corde Tauri, Venus particularis: Geminorum, Phœbus particularis: Cancri, Mercurius: Leonis, Iupiter: Virginis, Ceres: Libræ, Vulcanus: Scorpionis, Mars: Sagittarii, Diana: Capricorni, Veſta: Aquarii, Iuno particularis: in corde Piſcium, Neptunus particularis. Hoc Manilius decantat his verſibus:

*Lanigerum Pallas, Taurum Cytheræa tuetur:*
*Formoſos Phœbus Geminos, Cyllenius Cancrum:*
*Iupiter & cum matre Deûm regit ipſe Leonem:*
*Spicifera eſt Virgo Cereris, fabricataque Libra*
*Vulcano, pugnans Mavorti Scorpius hæret:*
*Venantemque Diana virum: ſed partis equinæ*
*Atque anguſta fovet Capricorni ſidera Veſta:*
*Et Iovis adverſum Iunonis Aquarius aſtrum eſt.*
*Agnoſcitque ſuos Neptunus in æquore Piſces.*



Ipſeque antiquiſſimus Orpheus ad Muſæum ſcribens, amphora iſtis enumerat cœlorum numina, eorundemque varia nomina, reſpectusque & officia adſignans, ſingulaque propriis hymnis compellans. Nemo ergo putet hæc malorum & decipientium dæmonum nomina eſſe, ſed naturalium, divinarumque virtutum, à vero Deo in miniſterium & utilitatem hominis, qui eis uti ſciverit, mundo diſtributarum. Ipſaq; antiquitas ſingulis his numinibus ſingula hominis mēbra adſcripſit: utputa aurem Memoriæ, quam & Virgilius Phœbo dedicat, inquiens: Cynthius aurem vellit, & admonuit. Sic dexteram fortitudinis ſignaculum, & per quam jurãmentum fit, Numa Pompilius, narrante Livio, Fidei conſecravit. Digiti ſub Minervæ tutela ſunt: & genua Miſericordiæ data: hinc ea flectunt veniam precantes. Umbilicum aliqui Veneri, velut luxuriæ ſedem dedicant, alii qui omnia membra ad ipſum veluti centrum referunt, Iovi illum conſecratum perhibent. Hinc in Iovis Hammonis templo, umbilici effigies celebrabatur. Multa alia proſequuntur veteres, etiam minima quæque membra & articulos, ſuis nominibus adſcribentes: quæ ſi rectè intelligantur, & vera his pręſidentia cognoſcantur numina, nihil eorum eſt à debita pietate alienum, cum & ſacra eloquia teſtentur, membra omnia noſtra à ſupernis virtutibus regi: de quibus amplora in ſequenti libro dicemus. Nec membra ſolummodo, ſed & quæcunque hominum exercitia, ſuis numinibus diſtributa ſunt: ut venationes Dianæ, bella Palladi, agricultura Cereri, de quibus ita in oraculis ait Apollo apud Porphyrium:

*Sunt calami matri divum, ſunt tympana curæ,*
*Fœmineique chori: dura atque horrentia bella*
*Pallas amat: nemora & ſaltus venantibus apti*
*Dianam capiunt: Iunonique humidus aër*
*Debetur: Cererique ſeges: perquirit Oſyrim*
*In latu Nili ripis fidiſſima coniunx.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*De ſeptem mundi gubernatorib. planetis, eorundemq; variis nominibus, magnis ſermonibus deſervientibus.*

## CAP. LIX.

PRæterea ſeptem illos Mundi gubernatores (vt vocat Hermes) Săturnum, Iovem, Martem, Solem, Venerem, Mercurium & Lunam, variis nominibus & epithetis nuncupabant invocabantque. Saturnum videlicet vocantes Cœlium, falcigerum, patrem deorum, dominum temporis, dominum altum, magnum, ſapientem, intelligentem, ingenioſum, revolutorem longi ſpatii, ſemen magnæ profunditatis, arcana contemplationis autorem, in cordib. hominum cogitationes magnas imprimentem vel deprimentem, omnia deſtruentem & conſervantem, vim & poteſtatem ſubvertentem, & conſtituentem, abſconditorum cuſtodem & oſtenſorem, facientem amittere & invenire autorē vitæ & mortis. Sic Iupiter dictus quaſi juvans pater, rex cœlorum, magnanimus, tonās, fulminator, invictus, altipotens, magnipotens, bonus, fortunatus, dulcis, mitis bonæ voluntatis, honeſtus, mundus, benè ambulans, & in honore: dominus lætitiæ & iudiciorum, ſapiens, verax, oſtenſor veritatis, iudex omnium, omnes excellens in bonitate, dominus divitiarum & ſapiētiæ. Mars ipſe dicitur Mavors, belli potens, cruentus, ſanguineus, armipotens, enſifer, magnanimus, audax, indomitus, generoſus, fulmineus, fortis potentiæ, & impetuoſæ feſtinationis, contra quem nemo defendere ſe poteſt, ſi ei obſtare velit, qui fortes & potentes deſtruit, & reges de ſuis ſedibus deponit, dominus caloris & potentiæ, dominus igneæ calefactionis, & planeta ſanguinis, qui incendit corda litigantium, eiſque audaciā præſtat & tribuit. Sol vocatur Phœbus, Dieſpiter, Apollo, Titan, Pean, Phanes, Horus, Oſiris, vt eſt in oraculo illo:

*Sol & Oſiris item, Dionyſius Horus, Apollo,*
*Rex & item, retinet lucis qui & noctis habenas,*
*Qui ventos, qui dat imbres, qui tempora mutat,*
*Stellarum ſummus rex, immortalis & ignis.*

Dicitur etiam arcitenens, ardens, igneus, aureus, flammiger, radioſus, ignicomus, auricomus, oculus mundanus, lucifer, multiſidus, omnitenens, creator lucis, rex ſtellarum, dominus magnus, bonus, fortunatus honeſtus, mundus, prudens, intelligens, ſapiens, fulgens ſuper univerſum mundum gubernans & vivificans omnia corpora animam habentia, princeps mundi, ſub ſe omnes ſtellas detinens. omnium ſtellarum lumen &





virtutem ſua propinquitate obfuſcans, comburens, & ſuperans, tamen ex ſplendore & lumine ſuo omnibus lumen & ſplendorem tribuens; vocaturque in nocte Dionyſius, in die autem Apollo, quaſi mala pellens. Ideoque Athenienſes illum Alexicacon, & Homerus Vlium vocaverunt, h. e. malorum expulſorem. Vocatur autem Phœbus à ſpecie & nitore, & Vulcanus ab ignea violentia, quia vis eius ex multis ignibus conſtat. Dicitur autem Sol, quia omnium ſtellarum lucem cōtinens, hinc ab Aſſyriis דאדא Adad, quod ſolem ſignificat; & ab Hebræis שמש Schemeſch, quod proprium interpretatur. Venus, vocatur domina, alma, formoſa, ſiderea, cādida pulchra, placida, multipotens, fœcunda, domina amoris, & pulchritudinis, ſeculorum progenies, hominumque parens initialis, quæ primis rerum exordiis ſexuum diverſitatem geminato amore ſociavit, & æterna ſobole hominum, animaliumque genera, quotidie propagat, regina omnium gaudiorum, domina lætitiæ, amicabilis ductrix, amica, miſericors & bonæ receptionis, perpetuò ſemper mortalibus benefica, dulcem matris affectionem miſerorum caſibus tribuens, humani generis ſoſpitatrix, nullum temporis momentū dimittens ſuis beneficiis vacuum nec otioſum, omnia virtute ſua devincens, faciens humiliari altum depreſſo, forte debili, nobile vili, omnia rectificans & coæquans: vocaturque Aphrodita, quia in omni ſexu, in omni animo reperitur: & dicitur Lucifera, quaſi lucem ferens, Solis annos ducens ad lucem; & vocatur Heſperus, quando Solem ſubſequitur, & vocatur Phoſphorus, quaſi per omnia conducens quantumcunque ardua. Mercurius dicitur filius Iovis, præco deorum, interpres ſuperūm, Stilbon, ſerpentiger, caducifer, alipes, facundus, lucrificus, ſapiens, rationabilis, robuſtus ſtrenuus, potens in bono & malo, notarius Solis, nuncius Iovis, utrorumq; deorum ſuperūm & inferum commeator, maſculus cum maſculis, fœmina cum fœminis, utroque ſexu fœcundiſſimus: & Lucanus vocat eum arbitrum deorum. Dicitur etiam Hermes, hoc eſt, interpres, omnem obſcuritatem elucidans, & aperiens, quæ penetralibus recondita ſunt. Luna vocatur Phœbe, Diana, Lucina, Proſerpina, Hecate, menſtrua, ſemiformis, noctiluca, errans, ſilens, bicornix, ſuſpiratrix, noctivaga, cornigera, regina cœli, ſumma numinum, prima cœlitum deorum, dearumque, regina manium, elementorum omnium domina, cui reſpondent ſidera, redeunt tempora, ſerviunt elementa; cuius nutu ſpirant fulmina, germinant ſemina, creſcunt germi-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

na frugum parens initialis, Phœbi ſoror, lucens & fulgens, deferens lucem de uno planetarum ad alium, cuncta numina ſua luce colluſtrans, ſtellarum varios meatus cohibens, ſolis ambagibus incerta lumina diſpenſans, domina magnæ pulchritudinis, domina pluviarum & aquarum, datrix divitiarum, nutrix hominum, gubernartix omnium ſtatuum, pia & miſericors, terra marique homines protegens: fortunæ tempeſtates mitigans, cum fato diſpenſans, omnia terræ naſcentia enutriens, lucos diverſos inerrans, larvales impetus comprimens, terræ clauſtra cohibens, cœli luminoſa culmina, maris ſalubria flumina, inferorum deplorata ſilentia nutibus ſuis diſpenſans, regens mundum, calcans tartarum: cuius maieſtatem perhorreſcunt aves cœlo meantes, feræ montibus errantes, ſerpentes ſolo latentes, beluæ ponto natantes. Cæterũ de his & ſimilibus ſtellarum planetarumque nominibus, epithetis, cognomentis & invocamentis, qui plura ſcire velit, & curioſius illa ſcrutari, is ad Orphicos hymnos ſe conferat: quos revera qui intellexerit, magnam naturalis magiæ intelligentiam conſecutus erit.

*Quod humanæ imprecationes naturaliter imprimunt ſuas vires in res exteriores. Et quomodo animus humanus per ſingulos dependentiarum gradus aſcendit in mundum intelligibilem, fitq; ſimilis ſpiritibus & intelligentijs ſublimioribus.*

## CAP. LX.

COeleſtes animæ virtutes ſuas corporibus cœleſtib. infundunt, quæ deinde illas huic ſenſibili mundo transmittunt. Non enim ab alia cauſa quàm à cœleſti, terreni orbis virtutes proveniunt. Hinc Magus per illas operatur°, utitur invocatione aſtuta ſuperiorum, verbis myſterioſis, & locutione quadam ingenioſa, trahens unum ad aliud: vi tamen naturali per quandã convenientiam inter illas mutuam, qua res ſponte ſequuntur, ſive quandoq; trahuntur invitè. Hinc dicit Ariſt. li. 6. Myſticæ philoſophiæ: Quod ubi aliquis ligando aut faſcinando invocet ſolem aliasve ſtellas, orans ut cooperentur operi deſiderato: non ſol aut aliæ ſtellæ ſermonem illum audiunt, ſed moventur aliquo modo ex colligantia quadam naturali, & mutua ſerie, qua partes mundi ſunt ſibi mutuò ſubordinatæ, habentque conſenſum mutuum, propter magnam unionem earũdem. Sicuti in corpore humano membrũ unum movetur



movetur percipiendo motum alterius: atq; in cythara, mota una chorda, movetur & altera: ſic quando aliquis mouet aliquam partem mundi, moventur & aliæ percipiendo motum illarum. Cognitio itaque dependentiæ rerum ſeſe ſubſequentium, eſt fundamentum omnis mirabilis operationis, quę neceſſario requiritur ad vim attractionis ſuperiorum virtutum exercẽdam. Uerba autem hominum, res quædam ſunt naturales: & quia partes mundi naturaliter ſe invicem trahunt. & in ſe mutuo agunt, idcirco magus invocans per verba, operatur per vires naturæ aptas, quædam amore unius ad aliam ducẽdo aut trahendo propter ſequelam unius rei ad alteram: aut repellendo propter odium unius ad aliam, ex rerum contrarietate & differentia, virtutumque multitudine: quæ licet ſint contrariæ aut differẽtes, perficiunt tamen partẽ unam: quandoque etiam dominio quodã cogit res virtute cœleſti, quoniam non eſt alienus à cœlo. Homo ergo, ſi quis recipit impreſſionem alicuius ligationis aut faſcinationis, non recipit ſecundum animam rationalem, ſed ſenſualem: & ſi qua parte ſui patitur, ſecundum animam ſubmundanamque patitur. Non enim ratione cognoſcentem & intelligentem trahere poſſunt, ſed tantum ſenſu illam impreſſionem & impetum concipientem, quatenus cœleſtium influxu, & rerum mundanarum cooperatione, ſpiritus animalis hominis afficitur, ultra diſpoſitionem ſuam priſtinam aut cõnaturalem: quemadmodum filius movet patrem ad labores etiam vel invitum ſervandi alendique illius gratia, quamvis fatigetur: & appetitus dominandi movet ad iracundiam, aliosque labores adipiſcendi dominii cauſa: Et indigẽtia naturæ, & timor paupertatis, movent ad optandum divitias. Et ornatus mulieris pulchritudoque, incitamentũ eſt ad illius concupiſcentiam. Et harmonia prudentis muſici variis paſſionibus movet audientes, quorum alii ſponte ſequuntur conſonantiam artis, alii etiam geſtu ſeſe conformant, etiam invite quia ſenſus illorum captivatus eſt, ratione ſeſe ad hæc non intendente. Sed has ſpecies faſcinationum & ligationum non admiratur vulgus, nec deteſtatur, ob conſuetudinem: admiratur autẽ alias phyſicas, quoniam ingnorat & non conſuevit illis. Hinc incidunt in errores, putantes ſupra naturam, aut contra illã eſſe. quod eſt à natura, aut ſecundum illam. Sciendum igitur, quod unumquodque ſuperius movet ſuum proximum inferius, in ſuo gradu & ordine, non ſolum in corporibus, ſed etiam in ſpiritibus. Sic anima univerſalis movet animas particulares:



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

& anima rationalis agit in ſenſualem. & illa in vegetabilem:
& quælibet pars mundi agit in aliam, & unaquæque eſt apta
moveri ab alia: & quælibet pars mund huius inferioris pati-
tur è cælis ſecundum naturam aptitudinemque ſuam, velut
pars una corporis animalis patitur ab alia. Et mundus ſuperi-
or intellectualis, movet omnia infra ſe, quandoquidem cōti-
net omnia eadem entia à primo ad poſtremum quæ mundi in-
feriores. Corpora itaq; cœleſtia movent corpora elementalis
mundi, compoſita, generabilia & ſenſibilia à concavo ad cen-
trum, per eſſentias ſuperiores perpetuasq, & ſpiritales pen-
dentes ab intellectu primario, qui eſt intellectus agens: ſed &
virtute à Deo per verbum eius inſita, quoq verbum Chaldæi
Babyloniæ ſapientes, vocant cauſam cauſarum: quoniam ab
eo producuntur entia, etiam ipſe intellectus agens ab eo ſe-
cundus. Id autem propter unionem verbi huius cum autore
primo, à quo omnia exiſtentia vere producuntur. Verbum i-
gitur, id eſt, ſimulacrum Dei: intellectus agens, eſt ſimulacrū
verbi: anima eſt ſimulacrum intellectus: verbum autem no-
ſtrum eſt ſimulacrum animæ, per quod agit in res naturales
naturaliter, quoniam natura opus illius eſt. Et unumquodq;
iſtorum perficit ſuum ſubſequens, ſicut pater filium: & nul-
lum poſterius exiſtit ſine priore: ſunt enim inter ſe dependen-
tia, dependentiâ quadam ordinata, ita quòd quando corrum-
pitur poſterius, revertitur ad proximum prius, donec perve-
niat ad cœlos, deindè ad animam univerſalem, poſtea ad in-
tellectum agentem, quo omnes aliæ creaturæ exiſtunt, quiq;
exiſtit in autore principe, quod eſt verbum creans, ad quod
tandem omnia revertuntur. Oportet igitur animam noſtram
volentem operari aliquod opus mirandum in iſtis inferiori-
bus, ſpeculari ſuum principium, ut ab illo roboretur, i lluſtre-
tur, vimque agendi recipiat per ſingulos gradus ab ipſo auto-
re primo. Igitur dāda eſt opera, ut magis contemplemur ani-
mas ſtellarum, quàm corpora: magis mundum ſupercœle-
ſtem intellectualem, quam cœleſtem corporeum: quoniam il-
le eſt nobilior, quamvis etiam hic inſignis & præluminaris ad
illum exiſtat: & ſine quo medio non poſſit ſuperioris illius in-
fluxus conſequi. Verbi gratia: Sol rex ſtellarum luce pleniſſi-
mus recipit illam à mundo intelligibili ſuper omnes alias ſtel-
las, quoniam anima ſua illius intelligibilis ſplēdoris capacior
exiſtit. Quapropter qui ſolis attrahere cupit influxum, opor-
tet illum contemplari ſolem, nō tantum ſpeculatione exteri-
oris luminis, ſed etiam interioris. Atq; hoc nemo poteſt, niſi
redeat



redeat ad ipſummet animum Solis, evadatque illi aſſimilis,
viſuque intellectuali comprehēdat illius intelligibile lumen,
ſicuti oculo corporeo ſenſibile lumen. hic namque illius ſplē-
dore implebitur, & lumen eius, quod eſt hypotypus, á ſuper-
no orbe impreſſus, in ſe ſuſcipiet: cuius illuſtratione indutus,
veré illi par, & tanquam ſublevamento adjutus, ſupremam il-
lam claritatem, omnesq; eius participes formas pro voto in-
tellectus conſequetur. Cumque hauſerit lumen gradus ſupre-
mi, tunc anima illius accedet ad perfectionem, aſſimilabiturq;
ſpiritibus ſolis, attingetq; virtutes & illuſtrationes virtutis
ſupernaturalis, illarumq; poteſtate fruetur, ſi nacta fuerit fi-
dem in auctore primo. Inprimis igitur implorare oportet o-
pem & aſſenſum ab autore primo: neque id ore tantum, ſed
& cum guſtu religioſo, & ſupplici animo, etiam abūdé, inceſ-
ſanter & integrè orantes, ut ille illuſtret mentem, di-
moveatque tenebras animabus ſuper ex-
creſcentes propter
corpus.

LIBRI II. FINIS.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# AMPLISSIMO DOMINO, PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, Hermanno ab Vuyda, Principi Electori, Weſtphaliæ & Angariæ Duci, Domino & Archipræſuli Colonienſi & Padebornenſi, Domino ſuo gratioſiſſimo: Henricus Cornelius Agrippa ab Netteſheym.

## S. P.

EST Veterum Magorum nobilis admodum ſententia, (Princeps Illuſtriſſime,) nulla in re nobis in hac vita magis elaborandum eſſe, quàm ut ab animi nobilitate, quo Deo proxime accedimus, divinamquè induimus naturam, minimè degeneremus, ne quando mani otio torpeſcens animus, ad terreni corporis fragilitatem, carniſquè vitia reſoluatur, illumquè tanquam proiectum per perverſarum cupiditatum tenebroſa præcipitia perdamus. Quare nos ita animum inſtituere decet, ut ipſe per ſemet dignitatis ſuæ nobilitatis memor dignũ aliquod ſeipſo, cogitet ſemper, & faciat, & operetur. Hoc a. ſolum & maximè præſtat nobis divinæ ſcientiæ notio, quando eius maieſtatis recordatione divinis ſemper ſtudiis occupati, res divinas per omnia horarum momenta ſagaci ac pervigili inquiſitione contẽplamur, & per ſingulos creatorũ gradus ad ipſum uſq; archetypum aſcendẽtes, ab illo rerũ omnium inenarrabilẽ haurimus virtutem: quam qui negligũt, naturalibus & mundanis tantũmodo confidentes, hi ſolent variis ſæpe erroribus ac fallaciis confundi, & à malis dæmonibus ſæpiſſimè falli. Divinorum autem intelligentia purgat mentẽ erroribus, redditq; divinam, virtutẽ

operibus



operibus noſtris infallibilem præſtat, & malorũ omnium dæmonum fraudes & obſtacula longè propellit, illosq; ſimul imperio noſtro ſubijcit, etiam bonos angelos, & univerſas mundi virtutes in noſtrum miniſterium cogit, attracta virtute ab ipſo archetypo operum noſtrorum virtute: ad quem cùm aſcendimus, neceſſe eſt omnem creaturam nobis obedire, totusq; nos ſequitur cæleſtium chorus. Nam ut inquit Homerus, nullus deorum auſit in ſuis ſedibus manere moto Iove, ſtatimq; tunc regit (ut ait Ariſtophanes) per aliquem deorum, cui iuſſa capeſſere fas eſt, qui tunc ex officio ſuo petitiones noſtras pro voto noſtro exequatur.

Cum itaq;, Princeps Illuſtriſſime, divinus atq; immortalis tibi datus ſit animus, qui, cùm divinæ providentiæ benignitas, proclive fatum, & naturæ liberalitas te taliter dotarunt, ut mẽtis acumine, & ſenſuum incolumitate, rerum naturalium amœna ſpectacula, ſublimesq; cœlorum ædes, difficillimosq; rerũ divinarum adytus intueri, ſcrutari, contemplari, diſcernere & diiudicare valeas: tantarum virtutum tuarum neceſſitudine tibi devinctus, debitor ſum, etiã quæ divinæ ac ceremonialis magiæ myſteria ſine fictione didici, veris ſententiarum definitionibus ſine invidia communicare, & intelligentiam eorum nõ abſcondere, quicquid de his Iſiaci Ægyptiorum veteres ſacerdotes, ac Chaldæi Babyloniorum priſci vates, atq; Cabaliſtæ Hebræorum divini ſapientes, tum Orphici, Pythagorici & Platonici, Græcorum profundiſſimi Philoſophi, tum Indorum Brachmani, Aethiopum Gymnoſophiſtæ, ac noſtræ religionis intemerati Theologi tradiderunt, & qua verborum vi, qua ſignaculorum potentia, quibus benedictionum & imprecationum carminibus, qua obſervationum virtute tam ſtupenda & admiranda prodigia olim operati fuerint, in hoc tertio Occultioris Philoſophiæ ſive Magiæ libro tibi intimantes, vetuſtatis ſqualore obſita, & oblivionis caligine velut Cimmeriis tenebris hucuſq; involuta iacuerunt, ad lucem exponentes. Plenum igitur nunc & integrum his tribus libris Occultioris Philoſophiæ ſive Magiæ tibi reddimus opus, quod nos pervigili cura atquè animi pariter & corporis labore cum maximo etiam conatu perfecimus, ſermone licet incultum, re tamen planè arduiſſimum.

Quare

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Quare hanc unam veniam me pr ſatum volo, ne orationis gratiam, ſermoniſq; elegantiam in his libris requiras, quos olim iuvenili ætate, cum eſſet adhuc ſermo rudis, informiſq; oratio, ſcripſimus: atq; nunc non orationis contextum, ſed ſententiarū ſeriem duntaxat recognouimus: minus enim elegantiæ ſtuduimus, ſuccedente in eius locum ubertate materiæ. Satis nos officio noſtro perfunctos eſſe arbitror, ſi, quæ de arcanis Magiæ referre polliciti ſumus, pro virili noſtra præſtiterimus, & à munere tibi debito conſcientiam noſtram liberaverimus. Sed cum mihi dubium ſit, conſpiraturos contra me multos naſutulos ſophiſtas, ex his, qui ſe Dei nepotes divinitate pleniſſimos iactant, & de Sibillæ foliis ſibi iudicium arrogant, qui hæc noſtra (cùm ob diſſimiles ſuis labris lactucas, inſuetumq; ſuis naribus amaricinum, tum etiam ex olim concepti aduerſum me odij ſcintillis ægrè ſub cinere latentibus) novo incendio iudicare aggreſſuri ſint, etiam priuſquam quicquā eorū legerint, aut omnino rectè perceperint. Idcirco Princeps Illuſtriſſime, ſapientiſſimeq; Antiſtes, hoc Opus à me tuarum virtutū meritis adſcriptum, & iam tuū effectum, inſuper tuæ cenſuræ ſubijcimus, & protectioni tuæ cōmendamus, ut ſi improbi & perfidi Sophiſtæ, craſſa livoris & calumniandi inſania illud arrodere velint, ipſum tu diſcretionis perſpicacia, ac iudicij candore, feliciter protegas atq; defendas. Vale feliciſſimè.*

HEN-



# HENRICI CORNELII AGRIPPÆ DE OCCULTIORE PHILOSOPHIA, SIVE DE MAGIA.

## Liber Tertius.

*De neceſſitate, virtute & utilitate Religionis.*

### CAP T I,

TEmpus eſt nūc ad altiora nos convertere, & ad eam Magiæ portionem, quæ nos docet callere & ſcire leges Religionum, & quomodo veritatem religione divina debeamus adipiſci: & quomodo animum & mentem, qua ſola poſſumus veritatem comprehendere, ritè debeamus excolere. Eſt enim Magorum vulgaris ſententia, quòd niſi mens atque animus benè valuerint, corpus benè valere non poſſe. Tunc autem eſſe hominem verè ſanum, quando anima & corpus ita copulantur & inter ſe conveniunt, ut infirmitas mentis & animi corporis viribus non ſit inferior. Firmam autem, & robuſtam mentem (ut inquit Hermes) conſequi non aliunde poſſumus quàm à vitæ integritate, à pietate, à divina denique religione. Religiò enim ſacra mentem purgat, redditq; divinam: juvat etiam naturam, naturaleſq; roborat virtutes, quēadmodum medicus corporis juvat ſanitatē, & agricola terræ virtutem adiuvat. Quicunq; verò religione relicta naturalib. tantum confidunt, ſolent a malis dæmonibus ſæpiſſimè falli. Ex intellectu autem religionis, cōtemptus medelaq; naſcitur vitiorum, & contra malos dæmones tutamentum. Denique nil Deo gratius & acceptius, quàm homo perfectè pius ac verè religioſus; qui tam homines cæteros præcellit, quàm ipſe à Diis immortalibus diſtat. Debemus nos igitur prius quidem purgatos offerre & commendare divinæ pietati & religioni, & tunc divinum illud Ambroſianum nectar (nectar inquam, quod Zacharias Propheta appellat vinum germinans virgines) ſopitis ſenſibus tranquilla mente expectare, laudantes, & adorantes ſuper cœleſtem illum Bacchum, ſummum deorum, & ſacerdotum antiſtitem, regenerationis autorem, quem bis natum veteres cecinere Poetæ, à quo tam diviniſſimi rivi in corda noſtra emanant.

De ſilen-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*De ſilentio & occultatione eorum quæ ſecreta in religione ſunt.*

## CAP. II:

QVicunque igitur nunc in hac ſcientia ſtudere affectas, tũ ſacrum dogma intra ſecreta religioſi pectoris tui penetralia ſilentio tegito, & conſtãti taciturnitate celato. Sermonem enim tanta numinis majeſtate pleniſſimum (ut inquit Mercurius) irreligioſæ mentis eſt multorum conſcientiæ publicare: & divinus Plato præcepit, nõ eſſe populo invulganda, quæ ſacra & arcana in myſteriis ſunt. Pythagoras quoque & Porphyrius ſectatores ſuos ſilentio religioſo conſecrabant. Orpheus etiam ab his quos ſacrorum ceremoniis initiabat, ſilẽtii iusjurandum cum terribili quadam religionis autoritate exegit, ne religionis ſecreta prophanis auribus proderentur: vnde in carmine de verbo ſacro canit.

*Vt qui virtutem colitis, vos ad mea tantum*
*Dicta aures adhibete, animosq; intendite veſtros.*
*Contra qui ſacras leges contemnitis, hinc vos*
*Effugite, procul hinc miſeri, procul ite prophani:*
*Tu verò qui divina ſpecularis, & alta*
*Mente capis Muſæ, voces complectere, & illas*
*Aſpiciens ſacris oculis ſub pectore ſerva,*
*Hocq; iter ingreſſus, ſolum illum ſuſpice mundi*
*Ingentem autorem, ſolum interituq; carentem:*
*Quem nos præſenti quis ſit ſermone dicemus.*

Apud Virgilium etiam de Sybilla legimus:

*Adveniante dea, procul ò procul eſte prophani,*
*Conclamat vates, totoq; abſiſtite luco.*

Hinc & in ſacris Eleuſinæ Cereris celebrandis, initiati ſolum admittebantur, agente hoc præcone, qui procul eſſe prophanum vulgus acclamabat, & apud Eſdram legimus idem præceptum, de Hebræorũ Cabaliſtis arcanis, his verſibus explicatum. Tradas eos libros ſapientibus de populo, quorũ corda ſcis capere poſſe & ſervare ſecreta hæc. Idcirco religioſa Aegyptiorũ volumina, & ad ceremoniarũ arcana pertinẽtia ex charta hieratica, hoc eſt, ſacrata cõficiebantur: in his literas ignorabiles perſcribebãt, quas ſacras vocant. Macrobius Marcelin⁹ & cæteri, hyeroglyphicas appellari tradũt: ne ſcilicet à prophanis eiuſmodi ſcripta noſci poſſent, quod etiam Apuleius teſtatur his verbis: Peracto, inquiens ſacrificio, de opertis adyti profert quoſdam libros, literis ignorabilib. prænotatos, partim figuris hujuſmodi animalium, concepti ſer-

monis



monis compendioſa verba ſuggerentes: partim nodoſis, & in modum rotæ tortuoſis, capreolatimque condenſis apicibus, a curioſitate prophanorum, lectione munita. Silentes igitur & occultantes quæ ſecreta in religione ſunt, erimus eius ſciẽtiæ digni diſcipuli. Silentii enim fides (ut inquit Tertullian⁹) religionibus debetur: qui vero ſecus agunt, periculo ſũt proximi. Vnde Apuleius de arcanis ſacrorum: Dicerem ſi dicere liceret, cognoſceres ſi liceret, audire: ſed parem noxam contraherent aures & linguæ temerariæ curioſitatis. Sic legimus Theodorũ tragœdiarũ pœtam, cũ nõnullam ex Iudaicæ ſcripturæ miſteriis, ad fabulã quandã referre vellet, luminib. privatũ. Theopompus quoq; qui cœperat nõnulla ex lege divina trãsferre in Græcã linguã, turbatione mentis quadã & animi illico perculſus eſt: unde poſtea magnopere Deum orans, quare id ſibi contigiſſet, reſponſum accepit per ſomniũ: quia res divinas lenocinio inquinaret, in publicum promulgaret. Numenius etiam quidã occultorum curioſior, offenſam numinum contraxit, quod Eleuſinæ deæ ſacra interpretando evulgaviſſet. Somniavit n. Eleuſinas deas habitu meretricio ante apertum lupanar proſtantes, quod cum admiraretur, iratæ reſponderũt, ab ipſo ſe aditu pudicitiæ ſuæ vi abſtractas, & paſſim abeuntibus proſtitutas: per quod admonitus eſt, cæremonias deorum minime invulgandas eſſe. Ideo antiquorum ſtudium ſemper fuit, Dei & naturæ ſacramenta involuere, & variis ænigmatibus obtegere: quã legem ſic obſervarunt Indi Brachmanes, Aethiopes, Perſæ, Aegyptii. Hinc Mercurius, Orpheus, omnesq; antiqui vates, & philoſopi, Pythagoras, Socrates, Plato, Ariſtoxenus, Ammonius, inviolabili fide ſeruarunt. Hinc Plotinus & Origenes cæteriq; Ammonii diſcipuli ut narrat Porphyrius in libro de educatione & diſciplina Plotini, Iurarũt ne Magiſtri dogmata ederent: & quia Plotinus violato iureiurando Ammonio præſtito, ſacramenta publicavit, in tranſgreſſionis pœnam, ut nonnulli adſerunt, horrendo pediculorum edulio conſumptus eſt. Ipſe etiam Chriſtus dum adhuc in terris ageret, ea lege & ratione loquutus eſt, ut tantummodo ſecretiores diſcipuli intelligerẽt myſteriũ verbi Dei, cæteri autem ſolas parabolas ſentirent; præcipiens inſuper non dandũ ſanctum canibus, nec margaritas exponendas porcis: Ideo inquit propheta: Abſcõdi in corde meo eloquia tua, ut nõ peccem tibi. Non decet itaq; arcana quæ inter paucos ſapientes ſolo ore communicãda ſunt, publicis committere literis. Quare veniam mihi dabitis, ſi multa eaque

potiora

potiora, cœremonialis magiæ arcana ſacramenta, ſilentio ſu-
rim prætergreſſus. ſatis autem me facturum arbitror, ſi ea
quæ ſcitu neceſſaria ſunt, referemus, atq; vos ab huius libri
lectione nõ abeatis myſteriorum illorum omnino inanes: ſed
ea lege hæc vobis communicata ſunto, qua Dionyſius a-
ſtringit Timotheum videl., ut ab his qui percipiunt, indignis
non exponantur arcana, ſed inter ſapientes collecta, ea qua
decet reverentia cuſtodiantur. Illud præterea vos in hoc ini-
tio admonitos eſſe volo, quod quemadmodum ipſa numina
deteſtantur publica atq; prophana, amantq; ſecreta: ſic ex-
perimentum omne magicum fugit publicum, quærit occul-
tari, ſilentio roboratur, propalatione autem deſtruitur, nec
cõpectus inde ſequitur effectus. Patiuntur enim hæc omnia
jacturam, cum loquacib. & incredulis animis ingeruntur. O-
portet igitur magicum operatorem, ſi fructum inde conſequi
velit, ſecretum eſſe, ac nullis neq; opus ſuum, neq; locum, ne-
que tempus, neq; deſiderium, neq; voluntatem ſuam propa-
lare: niſi aut præceptori, aut coadiutori, ſive ſocio, quã eme-
tiam oportebit eſſe fidelem, credentem, & taciturnum, & à
natura, aut inſtitutione dignificatum. Siquidem ipſa etiam
ſocii loquacitas, incredulitasq; atque indignitas, in omni o-
peratione effectum impedit atque diſturbat.

*Quæ dignificatio requiratur, ut quis evadat in verũ Magum & mirandorum operatorem.*

## CAP. III.

CIrca principium primi lib. hujus Operis, loquuti ſumus
qualem oporteat eſſe magum: nunc verò narrabimus rem
arcanam, neceſſariam & ſecretam unicuiq; qui in hac arte o-
perari affectat, quæ eſt principum & complementum & clavis
omnium magicarum operationũ: & ipſa eſt dignificatio ho-
minis ad hãc tam ſublimem virtutẽ ac poteſtatem. Requirit a
hæc facultas in homine mirandã dignificationẽ: ipſe n. qui in
nobis eſt intellectus, ſumma mens animæ, ſolus eſt mirandorũ
operator: qui cũ fuerit nimio carnis demerſus cõmercio, & cir-
ca ſenſibilẽ corporis animã occupatus, nullũ meretur divinarũ
ſubſtãtiarũ imperiũ: ideoq; multi fruſtra hãc artẽ proſequun-
tur. Oportet nos itaq; qui ad tãtam celſitudinẽ nitimur, duo
potiſſimum meditari: unũ videl. qua ratione affectus carnales
caducumq; ſenſuũ materiales paſſiones deſeramus; alterũ qua
via, quomodo ad purum ipſum intellectum, deorũq; virtuti-
bus coniunctim aſcendamus, ſine qaib. haud feliciter unquã





ad rerum ſecretarum ſcrutinia, atq; mirabilium operationum
virtutem ſcandere poſſumus. in his enim tota conſiſtit digni-
ficatio, quam præſtant natura, meritum, & ars quædam reli-
giosa naturalis dignitas: ipſa eſt corporis organorumque op-
tima diſpoſitio, animam ipſam nulla craſſitudine obſcurans:
nec ullo tumultu aut humore præveniens: & hæc prævenit à
ſitu, motu, lumine & influentia corporum animarumq; cœ-
leſtium, quæ in geneſi cuiusque verſantur, ut ſunt: quorum
nona domus per Saturnum, Solem, Mercuriumque fortunata
eſt: Mars etiam in nona domo, ſpiritibus imperat. Sed de his
copioſe tractatur in libris aſtrorum. Qui vero talis non fue-
rit, neceſſe eſt, ut naturæ defectum educatione, optimo regi-
mine, & rerum naturalium proſpero uſu, recompenſet, quo-
usque omni perfectione intrinſeca & extrinſeca completus e-
vadat. Hinc tanta diligentia cavetur in lege Moſaica de ſacer-
dote, ut ſit impollutus à mortuo, à muliere vidua, à menſtrua-
ta: quod ſit liber à lepra, à fluxu ſanguinis, ab hernia, ſitque in-
teger in omnibus membris, non cæcus, non claudus, non gib-
bus, non naſo deformi. Et Apulejus in Apologia ſua dicit, pue-
rum magico carmine divinationi initiandum, oportere elige-
re ſanum, incolumem, ingenioſum, decorum, integrum ani-
mo ſolertem, & ore facundum, ut in eo divina poteſtas quaſi
bonis ædibus verſetur: atque ipſe pueri animus cito expertus,
ad divinitatem ſuam redigatur. Meritorio autem dignitas
duobus perficitur, doctrina videlicet & opere. Doctrinæ finis
eſt, verum cognoſcere. Oportet ergo, ſicut circa principium
primi libri dictum eſt, in tribus illis facultatibus eruditum &
expertum eſſe: deinde ſublatis impedimentis, animam ipſam
contemplationi penitus admovere, & in ſeipſam convertere.
Ineſt enim nobis ipſis rerum omnium apprehenſio & poteſtas.
Prohibemur autem, quo minus his fruamur, per paſſiones ex
generatione nobis obſtantes, per imaginationes falſas, & ap-
petitus immoderatos: quibus expulſis, ſubito adeſt divina co-
gnitio atque poteſtas. Operatio autem religioſa, non mino-
rem efficaciam ſortitur, quæ ſæpe etiam ſe ſola efficax eſt ad
acquirendam nobis deificam virtutem. Tanta enim eſt virtus
ſacrorum operum rite factorum exhibitorumque, ut etiam li-
cet non intellecta, pie tamen & integre obſervata, ſtabilique
fide credita, non minorem habeant efficaciam, nos divina po-
teſtate decorare. Quæ vero arte religionis acquiritur dignitas
ipſa religionis quibuſdam ceremoniis, & expiationibus, con-
ſecrationibus, ſacriſque ritibus perficitur ab eo, cujus ſpiritum



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. Мечникова

publica religio conſecravit: qui poteſtatem habet impoſitionis manuum & initiandi virtute ſacramentali, ex qua imprimitur character divinæ virtutis, atque poteſtatis, quem vocant divinum conſenſum, quo homo divina natura ſubnixus, & quaſi cœlitum conſors effectus, inſitam numinis gerit potentiam: & hic ritus inter Eccleſiaſtica ſacramenta relatus eſt. Si igitur nunc fueris homo ſacra religionis mente perfectus, qui pie conſtantiſſimeque de religione ſentias, & ſine hæſitatione credas, fuerisque talis, cui autoritas ſacrorum naturaque præ cæteris contulerint dignitatem, quem numina minime contemnant: poteris orando, conſecrando, ſacrificando, invocando, virtutes ſpirituales atque cœleſtes attrahere, & rebus tuis quibus velis imprimere, omneque ſcientiæ magicalis opus ea ipſa vivificare. Quiſquis autem præter autoritatem officii, abſque ſanctitatis & doctrinæ merito, præter naturæ educationiſq; dignitatem aliquid in magicis operari præſumpſerit, ſine fructu laborabit, ac ſe ſimul & credentes ſibi decipiet: ac numinum indignationem cum periculo incurret.

## *De duobus ceremonialis Magiæ adminiculis, religione & ſuperſtitione.* CAP. IV.

Duo ſunt quæ regunt omnem ceremonialis Magiæ operationem, religio videlicet & ſuperſtitio. Religio ipſa, eſt divinorum aſſidua contemplatio, piiſque operibus cum Deo diviniſq; nominibus religatio, per quam reverenti famulatu, digna illis veneratio, & cultus ſignificatio impenditur, cæremoniæq; divini cultus rite exercentur. Eſt itaq; religio, diſciplina quædam externorum ſacrorum, ac cæremoniarum, per quam rerum internarum & ſpiritualium, tanquam per ſigna quædam admonemur: quæ ita nobis à natura inſita eſt, ut plus illa, quàm rationabilitate, à cæteris animantibus diſcernamur. Quicunq; igitur ea neglecta, naturalium viribus (ut ſupra diximus) tantummodo confidunt, ſolent à malis dæmonibus ſæpiſſime falli. Idcirco qui religioſius ſanctiusq; eruditi ſunt, nec arborem plantant, nec vineam inſerunt, nec modicum quodvis opus abſque divina invocatione aggrediuntur: ſicut ad Colloſſenſes præcipit doctor gentium, inquiens: Quæcunque feceritis, in verbo aut opere, omnia in nomine Domini JESU Chriſti facite, gratias illi agentes, & Deo per ipſum. Religionis igitur vires, phyſicis ac mathematicis virtutibus ſuperaddere, tantum abeſt à culpa, ut non adjungere, ſit impium ſcelus. Hinc in libro ſenatorum ait Rabi Henina: Quicunque omiſſa



omiſſa benedictione, aliqua creaturarum fungitur, hanc velut furto & rapina, à Deo & eccleſia uſurpaſſe creditur, de quo ſcriptum eſt per Salomonem: Qui rapit aliquid à patre aut matre, particeps eſt viri ſubverſoris. Pater autem Deus eſt, mater vero eccleſia, ſicut ſcriptum eſt: Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te? Et alibi: Audi fili diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Nihil Deo magis diſplicet, quàm negligi, quàm contemni: nihil placet magis, quàm venerari, quam adorari. Hinc nullam mundi creaturam religionis permiſit expertem, cuncta Deum venerantur, cuncta precantur (ut inquit Proclus) hymnis concinnant, ad ordinis duces. Sed alia quidem naturali modo, alia ſenſibili, alia rationali, alia quidem intellectuali: & omnia ſuo modo, juxta Canticum trium puerorum, benedicunt Domino. Religionis autem ritus, cæremoniæq;, pro temporum regionumq; varietate, diverſi ſunt: & unaquæque religio boni aliquid habet, quod ad Deum ipſum creatorem dirigitur: & licet unam ſolam Chriſtianam religionem Deus approbat, cæteros tamen ejus gratia ſuſceptos cultus, non penitus reprobat: & ſi non æterno, temporaneo tamen præmio irremuneratos non relinquit, vel ſaltem minus punit: impios vero, & penitus religionis, tanquam hoſtes odit, fulminat, & exterminat: major enim eſt illorum impietas, quàm eorum qui falſam & erroneam religionem ſecuti ſunt. Nulla enim religio (teſte Lactantio) tam erronea eſt, quæ non aliquid ſapientiæ contineat: qua veniam illi habere poſſunt, qui ſummum hominis officium, ſi non re ipſa, tamen propoſito tenuerunt. Ad veram autem religionem homo per ſeipſum pervenire non poteſt, nec niſi doceatur à Deo. Omnis itaque cultus qui à vera religione alienus eſt, ſuperſtitio eſt: & omnis veneratio, quæ plus exhibet in cultum divinum quàm vera religio, etiam ſuperſtitio eſt. Similiter & illa, quæ exhibet cultum divinum, vel cui non debet, vel eo modo quo non debet. Cavendum eſt igitur ſummopere, ne quando perverſo aliquo ſuperſtitionis cultu, ſummo ac omnipotenti Deo, ſacriſq; ab illo numinibus fiat injuria: hoc enim & nefarium eſſet: & philoſophis indigniſſimum. Superſtitio itaque, licet à vera religione aliena ſit, non tamen tota, aut omnis reprobata eſt: quoniam in multis etiam toleratur, & à religionis antiſtitibus obſervatur. Dico autem ſuperſtitionem eam maximè, quæ eſt ſimilitudo quædam religionis, quæ quatenus imitatur, quicquid in religione eſt, ex miraculis, ex ſacramentis, ex ritibus, ex obſervationibus, &

ejuſmodi cæteris, haud parvam inde nanciſcitur potentiam, non minorem etiam vim ſortitur ex credulitate operantis. Quantum enim poſſit conſtans credulitas, in primo libro dictum eſt, & apud vulgus palàm notum eſt. Credulitatem igitur requirit ſuperſtitio, quemadmodum religio fidem. Tantum ſiquidem poteſt conſtans credulitas, ut etiam miracula operetur in opinionibus & operationibus falſis. Quilibet enim in ſua religione etiam falſa, modo firmiſſime credat veram, ſpiritum ſuum ea ipſa credulitatis ratione elevat, donec adſimilet ſpiritibus illis, qui ſunt duces & principes ejuſdem religionis, eaq; operetur, quæ ratio & natura non diſcernunt: Hæſitatio autem credulitatis, & diffidentia, omne opus non modo in ſuperſtitione, ſed etiam in vera religione infirmant, & effectum quæſitum licet fortiſſimorum experimentorum, enervant. Quomodo autem ſuperſtitio imitetur religionem, iſta tibi exempla oſtendunt: videlicet quando excommunicantur vermes & locuſtæ, ne noceant frugibus: quando baptizantur campanæ, & imagines, & ejuſmodi plura. Quia vero priſci illi magi, & qui ejus artis autores apud veteres extiterunt fuerunt Chaldæi, Ægyptii, Aſſyrii, Perſæ & Arabes, quorum magia omnis perverſa erat, & idolatria inquinata: cavendum nobis ſummopere eſt, ne permittamus illorum errores ſupra noſtræ Catholicæ religionis rationes militare. Hoc enim blaſphemum eſſet, & maledictioni ſubjectum: & ego etiam blaſphemus eſſem in hac ſcientia, ſi vos de illis admonerem. Quæcunque ergo hujuſmodi à nobis ſcripta reperietis, ſcitote illa vobis ex alienis autoribus narrata, & per me vobis non pro veritate tradita, ſed pro conjectura, quæ eſt affinis veritatis & imitationis inſtructio, in his quæ vera ſunt. Oportet igitur ex illorum erroribus, veritatem nos colligere: quod quidem non niſi profundæ intelligentiæ, integræ pietatis, difficilis & laborioſæ diligentiæ, exiſtit opus: & ſapientia, quæ de omni malo novit extrahere bonum, & obliqua omnia adaptare in rectum uſum eorum, quæ gubernat, ſicut de hoc exemplum dat Auguſtin. de carpentario, cui neceſſaria & opportuna ſunt inſtrumenta obliqua & complicata, non minus quàm recta.

## *De tribus ducibus religionis, qui nos ad veritatis ſemitam perducunt.* CAP. V.

TRes ſunt religionis duces, qui nos ad veritatis ſemitam atque perducunt, & qui religionem totam gubernant: quibus



quibus tota conſiſtit: ſcilicet amor, ſpes, atque fides. Amor enim vehiculum animæ, omnium præſtantiſſimus, ſupernè ab intelligibilibus uſque ad inferiora deſcendens, ad divinam pulchritudinem mentem noſtram congregat atque convertit, nos quoque in omni operatione conſervat, & effectus ad vota largitur, virtutem ſupplicationibus noſtris ſubminiſtrans: ſicut apud Homerum legitur, Chryſen Apollo ſupplicantem exaudivit, quia multum ſibi amicus erat. & de Maria Magdalena legitur in Evangeliis: Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Spes vero immobiliter ad ea, quæ appetit ſuſpenſa, quando indubia atque imperturbata fuerit, nutrit animum & perficit, in bono ſingulatim omnia ſiſtens: fides vero virtus omnium ſuperior, quatenus non humanis commentationibus, ſed divinæ revelationi tota innititur, per univerſum omnia luſtrat. nam cum ipſa ſupernè à primo lumine deſcendat, atque illi vicinior exiſtat, longe eſt nobilior atque excellentior, quàm ſcientiæ & artes, & credulitates à rebus inferioribus, per reflexionem à primo lumine acceptam in intellectum noſtrum accedentes. Denique per fidem efficitur homo aliquid idem cum ſuperis, eademque poteſtate fruitur. Hinc Proclus ait: Sicut fides, quæ eſt credulitas, infra *Proclus.* ſcientiam eſt: ſic fides quæ eſt vera fides, eſt ſuperſubſtantialiter ſupra omnem ſcientiam & intellectum, nos Deo immediate conjungens. Eſt enim omnium miraculorum radix, qua ſola (ut Platonici teſtantur) ad Deum accedimus, divinamq; aſſequimur protectionem virtutemque. Sic legimus, Danielem leonum pericula evaſiſſe, quia credidit Deo ſuo: & hemorrhoiſſæ ait Chriſtus: Fides tua te ſalvam fecit: & à cæcis petentibus lumen, fidem requiſivit dicẽs: Creditis quod poſſim vos illuminare? ſic Pallas apud Homerum his verbis conſolatur *Iliad* 1. Achillem: Veni ego pacificatura tuam iracundiam, ſi credideris. Idcirco Linus poeta canit credenda eſſe omnia, quia faci- *Linus.* lia Deo omnia ſunt. nihil eſt ei impoſſibile, ergo nihil incredibile. Credentes igitur quæ ad religionem pertinent, eorum nanciſcimur virtutem. Vbi vero de fide defecerimus, nihil admiratione, ſed pœna dignum operabimur, quemadmodum de hoc apud Lucam exemplum legimus, ſub his verbis: Tentaverat ergo quidam de circumſtantibus Iudæis exorciſtis, invocare ſuper eos, qui habebant malignos ſpiritus, nomen JESV, dicentes: Adjuro vos per JESVM, quem Paulus prædicat. Reſpondens autem ſpiritus nequam dixit eis: JESVM novi, & Paulum ſcio, vos autem qui eſtis? Et inſiliens homo in



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

eos in quo erat dæmonium peſſimum, & dominatus amborum, invaluit contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illa.

*Quomodo his ducibus anima humana ſcandit in naturam divinam, efficiturque miraculorum effectrix.*

## CAP. VI.

MEns itaque noſtra pura atque divina, religioſo amore fragrans, ſpe decora, fide directa, poſita in culmine & faſtigio humani animi, veritatem attrahit, omneſque rerum tam naturalium quàm immortalium ſtatus, rationes, cauſas & ſcientias, in ipſa veritate divina, tanquam in quodam æternitatis ſpeculo intuetur, ſubitò comprehendens. Hinc provenit, quòd nos in natura conſtituti, ea quæ ſupra naturam ſunt cognoſcimus, ac inferiora quæque intelligimus: atq; non modò ea quæ ſunt, & quæ fuerunt, verùm etiam eorum, quæ mox fient, & quæ longè pòſt futura ſunt, aſſiduè recipimus oracula. Præterea non ſolum in ſcientiis, & artibus, & oraculis mens hujuſmodi virtutem ſibi divinam vendicat, verùm etiam in rebus quibuſque per imperium tranſmutandis, miraculoſam ſuſcipit potentiam. Hinc provenit nos in natura conſtitutos aliquando ſupra naturam dominari: operationeſque tam mirificas, tam ſubditas, tam arduas efficere, quibus obediant manes, turbentur ſidera, cogantur numina, ſerviant elementa: ſic homines Deo devoti, ac theologicis iſtis virtutibus elevati imperant elementis, pellunt nebulas, citant ventos, cogunt nubes in pluvias, curant morbos, ſuſcitant mortuos: quæ omnia apud varias gentes facta fuiſſe, canunt poetæ, recitant hiſtorici: atque ea ipſa fieri poſſe, ſplendidiſſimi quique philoſophi unà cum Theologis confirmant: ſic Prophetæ, ſic Apoſtoli, ſic cæteri viri Dei maximis claruêre potentiis. Sciendum ergo, quòd ſicut per primi agentis influxum, ſæpe producitur aliquid ſine cooperatione mediarum cauſarum, ſic etiam per ſolum opus religionis, fit aliquod ſine applicatione naturalium cœleſtiumque virtutum: ſed nemo poteſt operari per puram & ſolam religionem, niſi qui totus factus eſt intellectualis. Quicunque autem ſine admixtione aliarum virtutum, per ſolam religionem operatur, ſi diu perſeveraverit in opere, abſorbetur a numine, nec diu poterit vivere. Quicunque autem non purificatus acceſſerit, ſuperinducit ſibi judicium, & traditur ad devorandum ſpiritui nequam.





*Neceſſariam eſſe Mago veri Dei cognitionem, & quid de Deo veteres ſenſerunt Magi atq; Philoſophi.*

## CAP. VII.

QUoniam omnium rerum eſſe atq; operari, à ſummo Deo omnium creatore dependet, deinde etiam à cæteris numinibus, quibus etiam fabricandi creandiq; poteſtas data eſt: non quidem principaliter, ſed ratione inſtrumentali in primo creatoris virtute (rerum enim omnium principium prima cauſa eſt: quod autem à ſecundis cauſis producitur, idem magis à prima producitur, quæ & ſecundarum cauſarum productrix eſt: quos idcirco ſecundarios deos nuncupamus) neceſſe igitur eſt magum quemq; ipſum Deum omnium productorem, & primam cauſam, cæteroſque deos ſive numina (quas ſecundas cauſas dicimus) cognoſcere: & quo cultu, qua veneratione, quibus ſacris uniuſcujuſque conditioni conformibus colendi ſunt ſinguli, non ignorare. Quicunque enim invocatis diis, illos non proprio honore proſequitur: nec illis quod cuique congruit ritè diſtribuit, illorum præſentiam & optatos ab illis effectus non adſequitur: quemadmodum in harmonia, ſi una chorda frangitur, tota ſubito diſſonat: nonnunquã etiam periculum cum pœna incurrit, ſicut ſcriptum eſt de Aſſyriis, quos tranſtulit Salmanaſar in Samariam: quia ignorabant legitima Dei terræ, immiſit in eos Dominus leones, qui interfecerunt eos, eo quòd ignorabant ritum Dei terræ. Nunc igitur quid veteres magi & philoſophi de eo conſonum ſenſerunt, videamus. Legimus enim quòd Nicocreonte tyranno Cypriorum quondam, quis ſummus Deus foret, interrogante: Serapidis illi reſpondiſſe oraculum, illum pro maximo Deo habendum, cujus caput cœlum eſſet, venter maria, pedes terra, aures in ipſo æthere locarentur, oculi præfulgentis ſolis lumen, cui haud abſimile cecinit Orpheus in his verſibus: *Orpheus.*

*Sidereæq; domus rex eſt & Iupiter ipſe,*
*Principium atq; ortus: verùm vis una, Deusq;*
*Vnus, & omnipotens, regali in corpore cuius*
*Singula ponuntur, tellus, unda, ignis & aer:*
*Nox ſimul atq; dies, ſapientia, primaq; origo.*
*At iucundus amor, magno hoc in corpore regis*
*Sunt Iovis excelſi, cervicem nanq; videbis,*
*Cœli ſuſpiciens reverentia magnaq; tecta.*
*Hoc caput auricomum, flavi de vertice crines,*
*Stellarum rutilant radij, dehinc aurea pandit*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

*Cornua bina caput, capitiſq; ſimillima tauri.*
*Vnum eſt ortus ipſe occaſus.*--- - Et aliud:
*Aſt oculis fulgens ingenti lumine Phœbus,*
*Lunaq; purpureo Phœbi redimita colore*
*Præſcia venturi mens conſtat regius æther,*
*Quam ſtrepitus nullus, nec vis, nec fama latere*
*Arcanumve poteſt, penetratq; per omnia victrix,*
*Præterea invictum corpus, ſine fine modoq;*
*Panditur, aſt humeri magni quoq; pectora lata,*
*Eſt aer, alas quoq; ventus poſſidet ille.*
*His ad cuncta volans, Euro eſt velocior ipſo.*
*Tum ſacer antiqua matre ex Tellure tumeſcit*
*Venter, & ex altis conſurgit montibus ingens*
*Quem medio pontus ſubcingit ritè ſonorus.*
*Vltima præterea terrarum lumina & ampli*
*Fundamenta globi, furibundaq; tartara, plantas*
*Eſſe pedum, magni conſtat rectoris Olympi.*
*Hic cum ſub terris celaſſet cuncta deinde*
*Eximis repetens, in lucem protulit almam.*

Vniverſum itaque mundum Jovem arbitrantur: atque ſane i-
pſius mundi mentem, quæ in ſeipſa mundum continens pro-
*Sophocles.* duxit. unde Sophocles: In veritate, inquit, ſolus unus eſt Deus,
*Euripides.* qui cœlum hoc & terram capacem condidit. Et Euripides in-
quit: Videſne excelſum, qui illum infinitum æthere̅m & ter-
ram undiquaq; complectitur ulnis? Hunc crede Jovem, hunc
arbitrare Deum. Vnde Ennius poeta canit:

*Aſpice hoc ſublime candens, quem invocant omnes Iovem.*

*Ennius.* Vniverſus igitur mundus Jupiter eſt (ut inquit Porphyrius) a-
*Porphyrius.* nimal ex animalibus, Deus ex diis conſtitutus. Iupiter autem
eſt, in quantum intellectus eſt, à quo univerſa producuntur,
*Orpheus.* cuncta creans intelligendo. Hinc Orph. de verbo ſacro canit:

*Vnus perfectus Deus eſt, qui cuncta creavit:*
*Cuncta fovens, atq; ipſe ferens ſuper omnia ſeſe.*
*Qui capitur mente tantum, qui mente videtur:*
*Qui nullumq; malum mortalibus invehit unquam,*
*Quem præter non eſt alius.* Et paulò pòſt:
*Ipſe eſt principium, mediumq; & exitus idem.*
*Priſcorum nos hæc docuerunt omnia vates:*
*Quæ binis tabulis Deus olim tradidit illis.*

Vocatque ipſum in eodem carmine,
---- *mundi*
*Ingentem autorem ſolum, interituq; carentem.*

Zoroaſtes



Zoroaſtes quoque in ſacra hiſtoria de rebus Perſicis ſic Deum definit: Deus eſt inter omnia quæ labem nullam & corruptionem ſentiunt, primus, ingenitus, nec interiturus unquam, parnum expers, ſibiq; ipſi ſimillimus, bonorum omnium auriga & autor rerum, pater omnium optimus ac prudentiſſimus, ſacrum juſtitiæ lumen, abſolutiſſima naturæ perfectio, ejuſque inventor ac ſapientia. Apulejus autem deſcribit ipſum baſileum, hoc eſt regem, totius rerum naturæ cauſam, rationem & originem initialem, ſummum animi genitorem, æternum, animantium ſoſpitatorem, ſine propagatione genitorem, neq; loco, neq; tempore, nec nulla vice comprehenſum, eoq; paucis cogitabilem, nemini effabilem. Hinc itaq; ſummũ Deum Euripides Jovem præcipit nominandum: per cujus caput cecinit Orpheus univerſa in lucem proceſſiſſe: cæteras autem poteſtates, miniſtras eſſe cenſendas, quę videlicet extra Deum ſunt, & ab ipſo ſeparatæ. Hinc ipſi Dei miniſtri, & intelligentiæ ſeparatæ, à philoſophis nuncupantur. Huic itaq; ſummo Jovi, illiq; ſoli, cultum religioſum deberi dicunt: cæteris vero nominibus non deberi niſi propter ipſum.

*Quid de Divina Trinitate veteres ſenſerint Philoſophi.*

## CAP. VIII.

Auguſtinus atque Porphyrius teſtantur, Platonicos, tres in Deo perſonas poſuiſſe, quarum primam univerſitatis Patrem appellant: ſecundam, Filium atq; primam mentem vocant, etiam à Macrobio ſic dictam: tertiam Spiritum, ſive animam mundi; quam etiam Virgilius ex Platonis opinione ſpiritum vocat, ubi canit:

*Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus*
*Mens agitat molem.* - ---

Dei filium, primam mentem, divinum ſcilicet intellectum, tradunt Plotinus & Philo, à Deo patre manentem, quemadmodum abs loquente verbum, vel ſicut à lumine lumen. Hinc & verbum, & ſermo, & ſplendor Dei patris, nomina accepit. divina enim mens, cum ſe unico & nunquam interrupto actu, abſq; ulla internecione, aut viciſſitudine, intelligit ſummum bonum: prolem & filium in ſe progenerat, quæ eſt plena intelligentia, plena ſui imago, & plenum mundi exemplar, quod Joannes noſter, & Mercurius verbum nominant, ſive ſermonem: Plato Dei patris filium: Orpheus verò Palladem ex Jovis capite natam, hoc eſt ſapientiam. Hæc eſt altiſſima Dei parentis imago, quadam tamen relatione, aut aliquo intrinſeco ab-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ſoluto, tanquam genita diſtincta à generante, quæ apud Eccleſiaſticum ait: Ego ex ore altiſſimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Filium autem hunc cum Patre unum & eundem in eſſentia Deum eſſe teſtatur Jamblichus, Deum videl. ſui ipſius patrem filiumque nominans. Mercurius quoque Triſmegiſtus in Aſclepio, Dei filium diverſis in locis affirmat. Inquit enim: Deus meus atque pater, mentem ſibi aliam opificem peperit. Et alibi: Monas gignit Monadem: & in ſe ſuum reflectit ardorem. & in Pimandro (ubi vaticinari videtur de futura lege gratiæ ac de regenerationis myſterio) ait: Regenerationis autor eſt filius Dei homo, unius voluntate Dei. Vocat etiam Deum utriuſque ſexus fœcunditate pleniſſimum. Similiter Indorum Philoſophi adſerunt, mundum eſſe animal partim maſculum atque fœminam: & Orpheus naturam mundi, Jovemq; mundanum, marem ſimul appellat & fœminam: adſeritque utrunque diis ſexum ineſſe. Hinc in Hymnis Minervam ſic alloquitur: Vir quidem & fœmina producta es. Et Apulejus in libro quem ſcripſit de Mundo, ex Orphica Theologia, hunc verſiculum traduxit de Jove:

*Iupiter & mas eſt & fœmina, neſcia mortis.*

Maro. Et Virgilius de Venere inquiens canit:

*Deſcendo, ac ducente Deo.*

Et alibi, de Junone ſive Alecto intelligens, inquit:

*Nec dextræ oranti Deus abfuit.-----*

Tibullus. Et Tibullus canit:

*Qui Veneris magni violavi numina verbo.*

Et Carenus populus Deum Lunam mirifica veneratione coluiſſe legitur. Ex hac plena ſummæ fœcunditatis intelligentia amor producitur, ligans intelligentiam cum mente: & eò amplius, quantò immenſa proportione ſibi intimior eſt, quàm aliæ proles cum eorum parentibus, quæ eſt tertia perſona. ſcil. Spiritus S. Adducit etiam Jamblichus Chaldæorum oracula, ponentia in Deo paternam poteſtatem: intellectus à Patre emanationem amoremque igneum, à patre filioque procedentem, eundemque Deum. Hinc apud Plutarchum legitur, gentiles Deum deſcripſiſſe, eſſe ipſum ſpiritum intellectualem & igneum, non habentem formam, ſed transformantem ſe in quodcunque voluerit, & coæquantem ſe univerſis. Et in Deuteronomio legitur: Deus ignis conſumens eſt. De quo & Zoroaſtes ait, omnia uno ab igne genita eſſe. Et Heraclitus Epheſius cuncta ex igne genita eſſe docuit. Hinc divinus Plato, Deum in ignea eſſentia habitare poſuit: intelligens videl. inenarra-



narrabilem Dei in ſeipſo ſplendorem, & circa ſeipſum amorem. Et apud Homerum legimus, æthera eſſe regnum Jovis Homerus. ubi canit:

*Iuppiter obſcurans nebulas, & in æthere regnans.*

Et idem alibi:

*Sors Iovis eſt cœlum, nebulis ſedet æthere lato.*

Dicitur autem æther, juxta Græcorum grammaticam, ab αἴθω. ætho, quod ſignificat ardeo: & aër ſpiritus. quaſi æther, id eſt, ἀήρ. ardens ſpiritus. Hinc Orpheus æthera appellavit, pyripnon: id πυρίπνοον. eſt igneum ſpiraculum. Pater ergò, & Filius, & Spiritus amatorius, idemque igneus, vocantur à Theologis tres perſonæ: quas etiam Orpheus in adjurationibus his verbis invocat: Cœlum adjuro te, Dei magni ſapiens opus. Vocem adjuro te patris, quam locutus eſt primum, quando mundum univerſum ſuis firmavit conſiliis. Eaſdem confitetur Heſiodus, ſub Jovis, Minervæ, & Bulæ nominibus, in Theogonia ſua, duplicem Jovis partum his verbis enuncians: Primam certè fit ex cæſiis oculis Tritoniam, æqualem habentem patri potentiam, & prudentem Bulen, hoc eſt conſilium. Quod Orpheus in præſentis verſiculis pluraliter protulit propter duplicem ejus emanationem: producitur enim à Jove & Minerva pariter. Ipſeq; Auguſt. lib. 4. de Civitate Dei, teſtatur Porphyrium Platonicum tres in Deo perſonas poſuiſſe: primam, quam patrem univerſitatis appellat: ſecundam, quam mentem, & filium à Macrobio dictum: tertiam, animam mundi, quam Virgilius ex Platonis opinione ſpiritum vocat, inquiens:

*Spiritus intus alit, totamq; infuſa per artus*
*Mens agitat molem. ---*

Eſt igitur Deus, ut inquit Paulus, à quo omnia, in quo omnia, & per quem omnia. à Patre enim tanquam à primo fonte emanant omnia: in Filio verò tanquam in piſcina ſuis ideis collocantur omnia: per Spiritum S. verò explicantur omnia, & propriis gradibus ſingula diſtribuuntur.

### *Quæ ſit vera de Deo & ſanctiſſima Trinitate orthodoxa fides.* CAP. IX.

Decreverunt Doctores Catholici, populuſq; fidelis, ita ſentiendum ac profitendum eſſe, quòd unus ſit ſolus verus Deus, increatus, immenſus, omnipotens, æternus, pater, filius Spiritus S. tres quidem perſonæ ſibi invicem coæternæ & coæquales, una tamen eſſentia & ſubſtantia, naturaque ſimplex omni-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

omninò. Hæc eſt fides Catholica, hæc eſt orthodoxa religio, hæc eſt Chriſtiana veritas, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in Unitate veneremur: neq; confundentes perſonas, neq; ſubſtantiam ſeparantes. Pater ab æterno genuit Filium, ſuamq; illi dedit ſubſtantiam, ac nihilominus retinuit. Filius quoq; naſcendo, Patris accepit ſubſtantiam: non tamen perſonam propriam Patris adſumpſit, neq; Pater illam in Filium tranſtulit: ſunt enim ambo unius & ejuſdem ſubſtantiæ, ſed diverſarum perſonarum. Filius quoq; hic licet Patri coæternus ſit, ex ſubſtantia Patris in ſecula genitus, tamen nihilominus ex ſubſtantia Virginis in ſeculo natus eſt, & vocatum eſt nomen ejus JESVS: perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens: cui nihil humanum defuit, præter peccatum. Neceſſarium eſt igitur credamus, quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus Dei filius, Deus & homo eſt: una perſona, duæ naturæ. Ante ſecula genitus eſt Deus ſine matre: in ſeculo natus eſt homo ſine patre de Virgine, & ante & poſt partum incorrupta: paſſus in Cruce mortuus eſt, ſed in Cruce vitam reſtauravit, & mortem morte reſolvit: ſepultus eſt, & deſcendit ad inferos, ſed animas patrum eduxit ex inferis: & reſurrexit per virtutem propriam tertia die: aſcendit in cœlos, & miſit ſpiritum ſuum Paracletum, & venturus eſt judicare vivos & mortuos, ad ejusque adventum omnes homines reſurrecturi ſunt in carne ſua, & reddituri ſunt de factis propriis rationem. Hæc eſt vera fides, quam ſi quis non crediderit, vel de qua ſi quis dubitaverit, à ſpe vitæ ac ſalutis æternæ alienus eſt.

*De emanationibus divinis, quas Hebræi numerationes, alij Attributa, Gentiles deos & numina nuncupabant: deque decem Sephiroth ac decem ſacratiſſimi Dei nominibus illis præſentibus, eorundemq; interpretatione.*

## CAP. X.

DEUs ipſe, licet in Trinitate perſonarum unitiſſimæ eſſentiæ ſit, eſſe tamen in eo multa quædam nomina, veluti radios ex eo emanantes, non ambigimus, quos gentium philoſophi Deos, Hebræorum magiſtri Numerationes, nos Attributa vocamus, ut ſapientiam, quam Orpheus Palladem: intelligentiam, quam Mercurium: formæ fœturam, quam Neptunum: naturam rerum ſecretam, quam Iunonem: amorem, quam Venerem: lucidam vitam, quam Solem ſive Apollinem: univerſi



univerſi mundi rationem, quam Pana nuncupat: animam verò, ut inferiora generat, ſuperiora contemplatur, in ſeipſam ſe retrahit, triplici nomine, Maris, Neptuni & Oceani, decantat: & id genus plura, de quibus canit alibi,

*Iupiter, & Pluto, Phœbus, Dionyſius, unum eſt:*
*Sed cur bis loquimur, Deus adſit in omnibus unus.*

Et de eodem Valerius Soranus cecinit:

*Iupiter omnipotens, legum rex ipſe Deusq;,*
*Progenitor genetrixq; Deum, Deus unus & omnis.*

Ita prudentiſſimi illi gentium theologi ſub variis nominibus, numinibusque, ſub vario etiam ſexu unum Deum colebant. Quem, ut ait Plinius, fragilis & laborioſa mortalitas in plures digeſſit, fragilitatis ſuæ memor, ut portionibus quiſque coleret, quo maxime indigeret. Sic quibus fide opus erat, Jovem: quib. providentia, Apollinem: quibus ſapientia, Minervam: & quibus aliis rebus opus erat, aliis quoque nominibus invocabant. Hinc illa numinum multiplex varietas, propter multiplicem ac variam gratiarum diſtributionem. Deus autem unus, à quo omnia. Unde Apulejus in libro de mundo ad Faustinum: Cum ſit unus Deus, inquit, idemq; numen, pluribus quidem nominibus nuncupatur, propter ſpecierum multitudinem, quarum diverſitate fit multiformis. Et Marcus Varro in libro de Cultu deorum dicit: Sicut omnes animæ reducuntur ad unam animam mundi ſive univerſi, ſic deos omnes referri ad unum Jovem, qui idem Deus, ſub variis colitur numinibus. Oportet ergo ſcire ſenſibiles proprietates, per viam ſecretioris analogiæ, perfecte intellectualizare, quicunq; hymnos Orphei, & veterum Magorum ſane intelligere debeat: ita namq; comperiet hæc ab Cabaliſticis arcanis, orthodoxisque traditionibus, minimum differre. Nam quos Curetes, & intemeratos deos vocat Orpheus, Dionyſius poteſtates appellat: Cabaliſtæ illos numerationi Pahad, hoc eſt, timori divino appropriant, ita quod eſt Enſoph in Cabala, Orpheus noctem vocat: idem eſt Typhon apud Orpheum, qui Zamael in Cabala. Verum Hebræorum Mecubales, rerum divinarum eruditiſſimi, decem principalia nomina divina, veluti nomina quædam, ceu Dei membra acceperunt, quæ per decem numerationes, quæ Sephiroth vocant, veluti per veſtimenta, ſive inſtrumenta, vel exemplaria archetypi, influunt in omnia, quæ creata ſunt, per ſingula ſuperiora, uſque in infima, ordine tamen quodam. Nam primò & proxime influunt in novem Angelorum ordines, & animarum beatarum chorum: & per illos

in cœle-

in cœleſtes ſphæras, & planetas, & homines: à quibus deinde res ſingulæ accipiunt vim atque virtutem. Primum horum eſt nomen Eheie, nomen divinæ eſſentiæ. Numeratio ejus vocata eſt Cether, quod interpretatur corona ſeu diadema: & ſignificat eſſe ſimpliciſſimum divinitatis: & vocatur, quod oculus non vidit: & attribuitur Deo patri: & influit per ordinem Seraphim, vel ut vocant Hebræi, Haioth Hecadoſch, hoc eſt, animalia ſanctitatis: & exinde per Primum mobile, omnibuſque eſſendi munus largitur, ipſum univerſum per totam circumferentiam, & centrum replens, cujus intelligentia particularis, nuncupatur Metattron, hoc eſt, princeps facierum: cujus officium eſt, introducere alios ad faciem Principis, & per hunc loquutus eſt Dominus Moyſi. Secundum nomen eſt Jod, ſive tetragrammaton cum Jod conjunctum: numeratio ejus Hochma, hoc eſt, ſapientia, & ſignificat divinitatem idearum, & primogenitum, & attribuitur filio: & influit per ordinem Cherubim, ſive quem vocant Hebræi Ophanim, hoc eſt, formæ, vel rotæ: & exinde in cœlum ſtellarum, totidem illic fabricans figuras, quot in ſe continent ideas, ipſum chaos creaturarum diſtinguens, per intelligentiam particularem nomine Razielem, qui fuit præfectus Adam. Tertium nomen vocatum eſt tetragrammaton Elohim, numeratio ejus vocatur bina, hoc eſt, providentia, ſeu intelligentia, & ſignificat remiſſionem & quietem, jubilæum, pœnitentialem converſionem, tubam magnam, redemptionem mundi, & vitam venturi ſeculi: & attribuitur Spiritui ſ. & influit per ordinem thronorum, ſive quos Hebræi vocant Aralim, hoc eſt, Angeli magni, fortes & robuſti: atque exinde per ſphæram Saturni, formam fluxæ materiæ miniſtrans: cujus intelligentia particularis Zaphkiel, præfectus Noë: & alia intelligentia Jophiel, præfectus Sem: & hæ ſunt tres numerationes ſummæ & ſupremæ, veluti ſedes divinarum perſonarum, quarum juſſu fiunt omnia: ſed per reliquas ſeptem exequuntur, quæ idcirco dicuntur numerationes fabricæ. Eſt itaque quartum nomen El, cujus numeratio Hæſed, quod eſt clementia, ſive bonitas: & ſignificat gratiam, miſericordiam, pietatem, magnificentiam, ſceptrum, & dextram manum: & influit per ordinem Dominationum, ſive quem vocant Hebræi Haſmalim, per ſphæram Jovis, effingens corporum effigies, clementiam & pacificam juſtitiam omnibus donans, & intelligentia ejus particularis Zadkiel, præfectus Abrahæ. Quintum nomen Elohim gibor, hoc eſt, Deus robuſtus, puniens culpas improborum, & nu-

mera-



meratio ejus vocatur Geburah, quod eſt, potentia, gravitas, fortitudo, ſecuritas, judicium: puniens per ſtrages & bella: & coaptatur ad tribunal Dei, & cingulum Dei, & gladium, & brachium ſiniſtrum, & vocatur etiam Pachad, quod eſt timor: & influit per ordinem Poteſtatum, ſive quem dicunt Hebræi Seraphim, & exinde per ſphæram Martis, cujus eſt fortitudo, & bellum, & afflictio, elementa depromit, & intelligentia ejus particularis Camael, præfectus Samſonis. Sextum nomen Eloha, ſive nomen quadriliterum, conjunctum cum Vadahar: & numeratio ejus Tiphereth, hoc eſt, ornatus, pulchritudo, gloria, voluptas: & ſignificat lignum vitæ: & influit per ordinem Virtutum, ſive quẽ vocant Hebræi Malachim, hoc eſt, Angeli in ſphæram Solis, claritatem illi & vitam donans, & exinde metalla producens: & intelligentia ejus particularis Raphael, qui fuit præfectus Iſaac, & Tobiæ junioris, atque Angelus Peliel, præfectus Jacob. Septimum nomen tetragrammaton Sabaoth, ſive Adonai Sabaoth, hoc eſt, Deus exercituum: & numeratio ejus Nezah, hoc eſt, triumphus, & victoria: applicatur ei columna dextra, & ſignificat æternitatem, & juſtitiam Dei ulciſcentis: & influit per ordinem Principatuum, ſive quem vocant Hebræi Elohim, hoc eſt, deorum, in ſphæram Veneris, zelum & amorem juſtitiæ: & producit vegetabilia & intelligẽtia ejus Haniel, & Angelus Cerviel, præfectus David. Octavum nomen dicitur Elohim Sabaoth, quod etiam interpretatur Deus exercituum, non belli & juſtitiæ, ſed pietatis & conſonantiæ. Habet enim utrunque nomen hoc, & præcedens ſuum exercitum. Numeratio hujus vocatur Hod, quod interpretatur laus, & confeſſio, & decor, & celebritas: & attribuitur ſibi columna ſiniſtra, & influit per ordinem Archangelorum, ſive quem Hebræi vocant Bene elohim, id eſt, filios deorum in ſphæram Mercurii, ornatus elegantiam & conſonantiã, producens animalia: & intelligentia ejus Michaël, qui fuit præfectus Salomonis. Nonum nomen dicitur Sadai, hoc eſt, omnipotens, & omnibus ſatisfaciens, & Elhai, quod eſt Deus vivus: & numeratio ejus Jeſod, hoc eſt, fundamentum: & ſignificat intellectum bonum, fœdus, redemptionem, & quietem: & influit per ordinem Angelorum, ſive quem Hebræi vocant Cherubim, in ſphæram Lunæ, rerum omnium incrementũ & decrementum, hominumq; genios & cuſtodes cuſtatatq; diſtribuit: & intelligentia ejus Gabriel, qui fuit præfectus Joſeph, & Joſue & Danielis. Decimum nomẽ eſt Adonai melech, hoc eſt, dominus & rex: & numeratio ejus Malchuth,

quod

quod eſt regnum & imperium, & ſignificat eccleſiam & templum Dei, & januam: & influit per ordinem animaſticum, animarum videlicet beatarum, qui ab Hebræis dicitur Iſſim, hoc eſt, nobiles, heroes, & principes: ſuntque Hierarchiis inferiores, & influunt filiis hominum cognitionem, mirificamque rerum ſcientiam & induſtriam, & prophetiam largiuntur: & præſidet illis anima Meſſihæ, ſive (ut alii dicunt) intelligentia Metattron, quæ dicitur prima creatura, ſive anima mundi, & præfectus Moſe.

*De divinis nominibus, eorundemq; potentia & virtute.*

## CAP. XI.

DEus ipſe licet ſit unitiſſimus, ſortitur tamen diverſa nomina, non quæ diverſas ejus eſſentias aut deitates exponant, ſed quaſdam proprietates ab eo emanantes, per quæ nomina, in nos, & ea quæ creata ſunt, multa beneficia, & diverſa munera, velut per carnales quaſdam diſtillant. Horum nominum decem ſuperius deſcripſimus, quæ etiam Hieronymus ad Marcellam numerat: Dionyſius quadraginta quinq; tum Dei Patris, tum Chriſti nomina colligit. Hebræorum Mecubales ex quodam textu, qui eſt in Exodo, ſeptuaginta duo cùm Angelorum, tum Dei nomina deducunt, quod nomen ſeptuaginta duarum literarum, & Shemphamphoras, hoc eſt, expoſitorium vocant. Alii ulterius progredientes, ex ſingulis Scripturæ locis, tot jnnuunt divina nomina, ut eorum numerus, & quę ſignificant, ſint nobis penitus ignota. Ex his igitur, pręter ea, quæ ſupra memoravimus, eſt nomen divinæ eſſentiæ Eheie אהיה, quod Plato tranſtulit ὤν, hinc Deum τὸ ὂν vocant, alii ὁ ὢν. Eſt aliud nomen Hu הוא revelatum Eſaiæ, divinitatis abyſſum innuens, quod Græci traduxerunt ταυτὸν: Latini, idemipſum. Eſt & aliud nomen Eſch אש, Moyſi receptum, quod ignem ſonat: & eſt nomen Dei Na נא, in perturbationibus & moleſtiis invocandũ. Eſt ét nomen Iah יה, & nomen Elion עליון, & nomen Macom מקום. nomen Caphũ כפר, nomen Innon ינון, & nomen Emeth אמת, quod interpretatur veritas, & eſt ſigillũ Dei. Et alia duo nomina Zur, צור & אבן quorũ utrunq; ſolidã petram ſignificat, & alterũ illorum Patrẽ cum Filio exprimit: & plura alia nomina in ſcalis numerorum poſuimus ſuperius. Et extrahũtur multa nomina Dei, & Angelorũ ex ſacris Scripturis, per artẽ Cabaliſticam,



ticam, Calculatoriam, & Notariacam, & Gimetriam: ubi unum nomen, aut multæ dictiones, per certas earum literas retractæ colligunt: aut unum nomen per ſingulas ſuas literas diſperſum, plura ſignificat ſiue reſtituit. Colliguntur autem quandoq; à capitibus dictionũ, ſicut hoc nomen Agla אגלא ex hoc S. Scripturæ verſiculo: אתה גבור לעולם אדני, h.e. Tu es fortis in æternũ Deus. Similiter nomẽ Iaia יאיא ex illo verſiculo, יהוה אלהינו יהוה אחד, h.e. Deus noſter Deus unus. Similiter nomen Iava, יאוא, ex illo verſiculo, יהי אור ויהי אור, h.e. fiat lux, & facta eſt lux. Similiter nomẽ Araritha, אראריתא, ex hoc verſiculo, Vnum principium unitatis ſuæ, principium ſingularitatis ſuæ, viciſſitudo ſua unum, אחד ראש אחדותו ראש ייחודו תמורתו אחד. Eſt & aliud Hacaba הקבא, extractum ex hoc verſic. הקדוש ברוך הוא, h.e. ſanctus, benedictus ipſe. Similiter nomen Ieſu, ישו comperitur in capitibus iſtorũ duorum verſiculorum, videl. יבא שילה ולו h.eſt. quouſque veniat Meſſiah: & alius ינון שמו ויית, i.e. permanet nomẽ eius. Similiter hoc nomẽ Amen, אמן ex hoc verſiculo, אדני מלך נאמן, i.e. Dominus rex fidelis. Quandoq; extrahuntur hæc nomina à finibus dictorũ, ſicut idem nomẽ Amen ex hoc verſ. לא כן הרשעים, h.e. non ſic impii; ſed tranſpoſitis literis. Sic in finalibus huius verſic. לי מה שמו מה, i.e. Mihi quid? nomen eius quid? invenitur nomen tetragrãmatõ. In his omnibus ponitur litera pro dictione, & litera extrahitur ex dictione, vel à capite, vel à fine, vel ubilibet: & quandoq; extrahuntur hæc nomina ex omnibus literis ſingulatim, quẽadmodum extrahuntur illa 72. Dei nomina ex illis tribus verſiculis, qui habentur in Exodo, incipiẽtes ab his tribus dictionibus, ויסע ויבא ויט, primo & ultimo verſic. à dextra ad ſiniſtram conſcriptis: ſed medio converſim á ſiniſtra ad dextram, ſicut in poſterioribus oſtendemus: & ſic quãdoq; extrahitur dictio à dictione, vel nomen à nomine, per tranſpoſitionem literarum, ſicut Meſſiah, משיח ex Iiſma, ישמח, & Michael מיכאל ex מלאכי Malachi. Quandoq; a. per alphabetariam cõmutationem, quã Cabaliſtæ Ziruph צירוף vocant, ſicut ex nomine tetragrammatõ יהוה



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

eliciuntur nomina מצפצ Marpaz, קוזו Kuzu: nonnun-
quam etiam per numeri æqualitatem nomina commutantur,
ut Metattron מטטרון pro Sadai שדי, utrumque enim fa-
cit tercentum decem & quatuor. Eadem ratione nomen Iiai
יאיא æquipollet nomini El אל, per numeri æqualitatem, u-
trumq; enim facit triginta & unum. Atq; hæc ſunt arcana ab-
ſcondita, de quibus difficillimum eſt adferre iudicium, & cō-
pletam tradere ſcientiam: nec ulla in alia lingua quam in He-
braica intelligi & doceri poſſunt. Verum cum divina nomina
(ut ait Plato in Cratylo) habita ſunt à Barbaris, qui habuerunt
à Deo, ſine quo nullatenus quis capere poteſt veros ſermones
veraq; nomina, quibus Deus nuncupatur, ideo de ipſis aliis
dicere non poſſumus, niſi quæ a Deo ſunt nobis ſua benigni-
tate revelata. Sunt enim divinæ omnipotētię ſacramenta atq;
vehicula, non ab hominibus, non etiam ab angelis, ſed ab ip-
ſo ſummo Deo, certo modo, pro ſuorum charactèrum immo-
bili numero & figura, ſempiterna ſtabilitate inſtituta, divini-
tatiſq; harmoniam ſpirantia, divinaq; aſſiſtentia conſecrata:
quare illa timent ſuperi, tremunt inferi, colunt angeli, pavent
cacodæmones, & omnis reveretur creatura, omnis veneratur
religio: quorum religioſa obſervatio, devotaq; cum timore
& tremore invocatio, virtutem nobis magnam præſtant, dei-
ficantq; unionem, atque etiam ſupra naturam mirabilium o-
perum effectuumq; potentiā. Ideoq; nullis quidem illa ulla
unquā ratione fas eſt permutare. Unde Origenes præcipit, ea
in ſuis ipſis characteribus incorrupté ſervanda: & Zoroaſtes
etiam vetat barbara & antiqua verba mutari. nam, ut inquit
Plato in Cratylo, Omnia divina verba ſive nomina, vel à diis
primum, vel ab antiquitate, cujus initium haud facilé ſcitur,
vel à Barbaris prodita ſunt. Iamblichus quoq; ſimiliter præci-
pit, ea non eſſe ex ſua lingua in aliam transferenda: non enim
eandem, inquit, mentem ſervant nomina in aliam linguā in-
terpretata. Hæc itaque divina nomina ſunt aptiſſimum atque
efficaciſſimum medium hominis cum diis conciliandi atq; u-
niendi, ſicut legitur in Exodo: In omni loco, quo memoria
fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi. In Nu-
merorum volumine ait Dominus: Ponant nomen meum ſu-
per filios Iſrael, & ego benedicam eis. Idcirco divinus Plato
in Cratyl. & Philæb. divina nomina venerari iubet plus quam
delubra, ſtatuaſq; divinas: quia expreſſior Dei imago atque
virtus ſit in officio mentis, præſertim afflatæ divinitus, quam
in ma-



nuum operibus reſervata. Verba itaque ſacra non jam
a ſeipſis, quatenus verba ſunt, vim habent in Magicis, ſed
ex occulta vi Numinum, per illa operante in animis eorum,
qui illis ſecundum fidem hærent, in quibus occulta Dei vir-
tus per ea tanquam per vehicula in eos tranſmittuntur, qui
habent aures audiendi purgatos per fidem, & purgatiſſimos
mores, & per invocationes divinorum, facti ſunt habitacu-
lum Dei, & capaces horum divinorum influxuum. Qui-
cunque igitur divinis his verbis ſive nominibus, ea mentis
puritate, eo modo, & ea lege, qua tradita ſunt, rité utitur,
mirifica multa & impetrabit, & efficiet: quemadmodum de
Medea legimus:

*Verbaq; ter dixit placidos parientia ſomnos,*
*Quæ mare turbatum, quæ flumina concita ſiſtunt.*

Quod Hebræorum antiqui Doctores præ ceteris obſerua-
runt, qui verbis mirabilia multa efficere conſueverunt. Py-
thagorici etiam demonſtrarunt, tam animi, quám corporis
morbos verbis quibuſdam mirificé curantes. Sic etiam legi-
mus Orpheum, cúm eſſet unus ex Argonautis, tempeſtatem
quandam ſæviſſimam verbis quibuſdam avertiſſe. Simili mo-
do Apollonium quibuſdam verbis ſecretó prolatis, puellam
mortuam Romæ reſuſcitaſſe: & aliis quibuſdam verbis ma-
nes Achillis evocaſſe, narrat Philoſtratus. Sed & Pauſanias
refert, fuiſſe Lydis in Hierocæſarea, & Hypepis urbibus duo
templa Deæ, quam Perſicam vocabant, ſacra, quorum in u-
troque cúm res divina peragenda eſſet, vir magus ligna ſicca
ſuperaram imponens, & patria lingua hymnos canēs, deinde
barbara quædam verba ex libro, quem manu tenebat, pro-
nunciabat, quibus prolatis mox ligna illa nullo ſubdito igne,
ſponte ſua ardere, & lucidiſſimam concipere flammam vide-
bantur. Tradidit etiam Serenus Samonicus inter præcepta
Medicinæ, quòd ſi ſcribatur hoc nomen Abracadabra, vide-
licet diminuendo literam poſt literam juxta ordinem regreſ-
ſionis, ab ultima uſq, ad primam, ſicut hic oſtenditùr, qui-
cunque æger Hemitriteo laborans, ſive alia febri, hanc ſche-
dam alligatam, & á collo ſuſpenſam geſtaverit, valere illi cō-
tra adverſam valetudinem, morbumque paulatim declinan-
do tranſire.

| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | r | a |
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | r | |
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | | |
| a | b | r | a | c | a | d | a | | | |
| a | b | r | a | c | a | d | | | | |
| a | b | r | a | c | a | | | | | |
| a | b | r | a | c | | | | | | |
| a | b | r | a | | | | | | | |
| a | b | r | | | | | | | | |
| a | b | | | | | | | | | |
| a | | | | | | | | | | |

Sed multò efficacius contra omnes hominum adverſas valetudines, & quaſcunque alias moleſtias tradidit Rabi Hamai in libro ſpeculationis, ſacrum ſignaculum, cuius anteriore latere ſunt quatuor quadrata Dei nomina, ſibi in quadrato ſic ſubalternata, ut á ſummo in imum pariter alia quatuor ſacratiſſima nomina, ſive divinitatis ſigilla emergant, quorum intentio in circumferentiali circulo continetur inſcripta, à tergo autē inſcribitur nomen ſeptiliterum Araritha: & circumſcribitur illi ſua interpretatio, hoc eſt, verſiculus, à quo extractum eſt: quemadmodum hic depictum vides.

PARS



PARS ANTERIOR.




PARS POSTERIOR.




НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Oportet autem hæc omnia fieri in auro puriſſimo: aut in virginea membrana, tanquam ſincera, munda & immaculata, etiam in cauſto ad hoc formato, ex ſummo ſacrati cerei, vel incẽſi, & aqua ſacrata: atq; hęc ab actore purgato & expiato, infallibile ſpe & cõſtanti fide, ad Deum altiſſimum mente elevata, ſi divinam hanc obtinere debeant; ac præſtare poſſint virtutem. Simili ratione contra terriculamenta & nocumenta malorum dæmonum, atque hominum, & contra quæcunque adeunda pericula, ſive itinerum, ſive aquarum ſive hoſtium, ſive armorum, modo quo ſupra dictum eſt, inſcribunt hos characteres ab uno latere בווזן, & hos à tergo צמרבן, qui ſunt capita & fines primorum quinque verſuum Geneſeos, & totius mundanę creationis ſymbolum: eaque ligatum aiunt hominem, modò firmiſſimè ſperet in Deum univerſitatis conditorem, fore omnium malorum immunem.

*IN PARTE ANTERIORE A TERGO.*





Neque verò diffidat quiſpiam, mireturve verba ſacra, quibus Deus omnipotens condidit cœlum & terram, alligata plurimũm poſſe: ſiquidem experimento compertũ eſt, ut ait Rab Coſta Ben luca, plures alias res non phyſicas, poſſe quamplurimum: ſicuti experientia cõprobatum eſt, digitum abortivi à mulieris collo ſuſpenſum, impedire conceptum, quamdiu collo illius hęſerit. Pręterea in verbis quibuſdam ſacris & nominibus divinis, vim eſſe magnã atque divinam, quæ ſit virtus operativa mirabilis effectus, Zoroaſtes, Orpheus, Iamblichus, Syneſius & Alchindus, & quinque ſplendidiſſimi philoſophorum teſtantur, & Artephius magus atq; philoſophus, de virtutibus verborum atq; characterum ſingularem librum conſcripſit. Origenes ſplendidiſſimis quibusque philoſophis non inferior, adſerit contra Celſum, in quibuſdam divinis verbis mirandã latere virtutem. Et in libro Iudicum ait Dominus: Nomen meum quod eſt pele טלא quod interpretatur apud nos, miraculorum operator, ſive efficiens mirabilia. Verum autẽ Dei nomen, nec hominibus, nec angelis notum eſt, ſed ipſi ſoli Deo: nec antè publicabitur (ut teſtãtur Sacræ literæ) quàm diſpoſitio Dei fuerit impleta. Habet tamen præterea Deus inter angelos alia vocabula, & inter homines alia: nullum autem nomẽ Dei eſt apud nos (ut inquit Moſes Aegyptius) quod non ſit ſumptum ab operibus, & ſignificans cum participatione, præter ipſum nomen tetragrãmaton: quod eſt ſanctum, ſignificans ſubſtãtiam creatoris ſignificatione pura, in qua nihil aliud participat cum creatore Deo, ideo dicitur nomen ſeparatum, quod ſcribitur & non legitur, neque exprimitur apud nos ſed nominatur: & ſignificat ſecundum idioma ſupernum, quod eſt Dei, & fortaſſis etiam angelorum. Simili modo ſunt etiam angelis nomina, alia inter eos, & in idiomate illorum quam vocat Paulus linguam angelorum, de qua habetur valde parum apud nos. Cætera autem illorum nomina, omnia ab officiis & operibus illorum ſunt deciſa. quæ nõ ſunt tantæ efficatiæ, ideoque magi illos veris ſuis nominibus cient: illis videlicet cœleſtibus, quæ in literis ſanctis continentur:



## *De influxu divinorum nominum per ſingula media in hæc inferiora.* CAP. XII.

SVmmus creator & prima cauſa, etſi omnia regit & diſponit, curam tamen exequendi variis miniſtris diſtribuit, beneficis & maleficis: quos in Apocalypſi, vocat Ioannes angelos faventes, & nocentes, de quibus alibi canit propheta: Moratur angelus Domini in circuitu timentium eum, ut eripiat eos: & alibi deſcribit immiſſiones per angelos malos: Quodcunque autem per angelos tanquam per miniſtros exequitur Deus, idem etiam facit per cœlos & ſtellas, ſed tanquam per inſtrumenta, ut hoc modo omnia cooperentur in miniſterium: ut ſicut quælibet cœli portio, & quodque aſtrum, certam terrę plagam, locumve, & temp⁹, & ſpeciem, & individuum decernit: ſic etiam angelicam illius portionis aſtrique virtutem, eiſdem, loco, tempori, ſpeciei, accomodare fas eſt. Vnde Auguſtinus libro Quæſtionum: Vnaquæque (inquit) res viſibilis in hoc mundo, angelicam habet poteſtatem ſibi propoſitã. Hinc Origenes in librum Numerorum ait: Opus eſt ipſi mundo angelis, qui profint exercitibus terrenis, regnis, provinciis, hominibus, beſtiis, animalium nativitati & progreſſui, virgultis, plantis, cæteriſque rebus eam virtutem donantes, quam dicunt ineſſe rebus à proprietate occulta. Multo magis opus eſt angelis, qui pręſint operibus ſanctis, virtutibus, & hominibus,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ut ipſi qui ſemper vident faciem patris ſummi, recto ductu poſſint conducere homines & unumquodq; etiam minutiſſimum ad locum ſuum: tanquam membra hujus mundi concinna, in quo Deus tanquam præcipuus Antiſtes, omnia ſuaviſſimé diſponens, inhabitat nõ contentus aut circumſcript', ſed cõtinens omnia, ſicut Ioannes in Apocalypſi deſcribit cœleſtem illam civitatem, cui á duodecim portis præſident duodecim angeli, influẽtes in eas, quæ á divino nomine ſuſcipiũt duodecies revoluto, & in fundamẽtis illius civitatis, nomina duodecim Apoſtolorum & agni. nam ſicut in lege in lapidib' ſuperhumeralis, & fundamentis civitatis ſanctæ per Ezechielem deſcriptæ, inſcripta erant nomina tribuum Iſrael, & dominabatur illis nomen quadriliterum: ſic in Evangelio inſcripta ſunt in lapidibus fundamẽti cœleſtis civitatis nomina Apoſtolorum, qui ſtant pro tribubus Iſrael in Eccleſia, ſuper quos influit nomen agni, hoc eſt nomen IESV, in quo eſt omnis quadriliteri virtus, ſiquidẽ tetragrammus ille pater dedit illi omnia. Ab angelis itaque ſuſcipiunt cœli, quod influunt: illi autem à magno nomine Dei & IESU, cujus virtus prima eſt in Deo, poſt diffuſa in duodenos & ſeptenos illos angelos, per quos extenditur in duodecim ſigna & ſeptem planetas, & cõſequenter in omnes cæteros miniſtros & inſtrumẽta Dei, uſque in infima penetrans. Hinc ait Chriſtus: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis: & reſurgens ait: In nomine meo dæmonia ejicient, & quæ ſequuntur: ut ultra neceſſarium non ſit quadriliterum nomen, cujus tota virtus tranſlata eſt in nomino IESV, in quo ſolo fiunt mirabilia: nec eſt aliud nomen (ut inquit Petrus) ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri, niſi illud. Non autem putemus, quod nominando IESUM polluto ore, tanquã nomen hominis cuiuſdam, in virtute illius poſſumus miracula: ſed oportet illud invocare in Spiritu ſancto, mente expurgata, & animo ferventi, ut adſequamur ea quæ nobis in ipſo promiſſa ſunt, maximè cognitione prævia, ſine qua non exauditio, iuxta illud propheticum: Exaudiam eum, quoniam cognovit nomen meum. Hinc hodiè nihil favoris hauriri poteſt á cœleſtib., niſi interveniat autoritas, favor, adſenſus nominis IESV. Hinc Hebræi & Cabaliſtæ in divinis nominibus peritiſſimi, nihil poſt CHRISTVM in priſcis illis nominibus operari poſſunt, ſicut olim eorum patres. Etiam experimento comprobatum eſt, nullum malum dæmonem, nullam inferiorum virtutem ex his quæ vexant aut obſident homines

*Pſal. 90.*

poſſe



poſſe huic nomini reſiſtere, quin velint nolint genu flectant, & obediant: quando nomen IESV debita pronunciatione illius proponitur venerandum: nec ſolum nomen, ſed etiam illius ſignaculum crucem pavent: nec ſolum terreſtrium, cœleſtium, infernorum genu flectuntur, ſed etiam inſenſibilia ipſũ reverentur, & ad nutum eius contremiſcunt omnia, quando ex fideli corde, ore veridico, nomen IESVS pronuntiatur & crucis ſalutiferũ ſignum manus imprimunt innocentes. Neq; vero in vacuum dixit Chriſtus diſcipulis: in nomine meo dæmonia ejicient & quæ ſequuntur: niſi virtus quædam eſſet in nomine illo expreſſa ſuper dæmones & infirmos, ſerpentes & venena, & linguas & hujuſmodi: quę virtus cum inſit nomini illi, tum à virtute Dei inſtituentis, tum è virtute illius qui hoc nomine exprimitur, & á vi inſita ipſo verbo. Hinc eſt, quod cum omnis creatura timet, & reveretur nomen illius, qui fecit eam, nonnunquam etiam mali & immundi homines, modo credant hujuſmodi divinorum invocationi, dæmones aſtringunt, & alia quędam magna operantur.

*Mar. 16.*

*Nominis Ieſu virtus ũde ſit.*

*De membris Dei, & de eorum in noſtra membra influxu.*

## CAP. XIII.

*Mẽbra Dei quæ.*

Legimus in variis ſanctæ ſcripturæ locis, varia Dei mẽbra & ornamenta: intelliguntur autem per membra Dei vires quædam multiplices, & ſimpliciſſimè in ipſo Deo permanentes, per ſacra Dei nomina inter ſe diſtinctæ: veſtimenta autem Dei & ornatus, ſunt tanquam viæ quædam ſeu relationes, ſive emanationes vel canales, per quas ſeſe diffundit: quarum fimbrias quoties mens noſtra contigerit, toties egreditur virtus divina alicuius membri, quemadmodum de hæmorrhoiſſa clamavit Ieſus: Tetigit me aliquis. nam ſenſi de me exire virtutem. Sunt itaque in Deo hæc membra ſimilia noſtris: ſed membrorum noſtrorum ideæ & exemplaria, quibus ſi membra noſtra ritè conformemus, tunc in eandem imaginem trãſlati, veri efficimur filii Dei, Deoque ſimiles, agentes & operantes opera Dei. De membris itaque Dei multa in ſcripturis deprompta ſunt. Nam de capite ejus legitur in Canticis: Caput tuum ſicut Chermel, & comæ capitis tui ſicut purpura regis. Significat autem hic Chermel, non montem illum in maritimis Syriæ, ſed vermiculum qui purpuram gignit. De oculis èt & palpebris, & auribus legitur in Pſalmis: Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures ejus in preces eorum. Oculi ejus in pauperem reſpiciunt, & palpebræ ejus interrogant filios ho-

*Veſtimenta Dei quæ.*

*Luce. 8*

*Cant. 7*

*Chermel quid.*

*Oculi Dei.*

minum. de ore etiam & guſtu, & gutture & labiis & dentibus, legitur apud Eſaiam: Os meum non interrogaſtis. Et in canticis: Guttur tuum ſicut vinum optimum. Dignum eſt vinum dilecto meo ad potandum, & cibus labiis & dentibus illius ad ruminandum. Sunt etiam & nares, quibus (ut in lege ſæpè reperitur) odorat ſacrificia in odorem ſuavitatis. Sunt humeri, brachia, manus & digiti, de quibus legimus apud Eſaiam: Factus eſt principatus ſuper humeros ejus Brachium Domini cui revelatum eſt? & regius Vates canit: Manus tuæ Domine fecerunt me & plaſmaverunt me. Et, videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum.. Habet etiam dextram & ſiniſtram. hinc Pſalmiſta ait: Dixit Dominus domino meo, ſede á dextris meis. De ſiniſtra legimus in Evangeliis, ad quam collocabuntur damnandi in noviſſimo die. Iamq; & cor & pectus, & dorſum & poſteriora, & faciem legimus, ut in libro Regũ, quod invenerit Deus David virum ſecundum cor ſuum. habemus & in Evangelio pectus illud, ſuper quod dormiens diſcipulus, divina arcana concepit: & Pſalmiſta deſcribit dorſũ ejus in pallore auri. Et ipſe apud Hieremiam ait: Dorſum & non faciem oſtendã illis in die perditionis eorum. Et ad Moſen ait: Videbis poſteriora mea. De Pedibus quoque ait Pſalmiſta: Caligo ſub pedibus ejus. Et in Geneſi ambulare legitur ad Meridiem. ſimili ratione & multiplicia Dei veſtimenta & ornamenta legimus, ut apud Pſalmiſtam: Dominus regnavit decore indutus eſt, amictus lumine ſicut veſtimento. Et alibi: Confeſſionem & decorem induiſti. Abyſſus ſicut veſtimentũ & amictus eius. Et in Ezechiele loquitur Deus dicens: Expandi amictum meum ſuper te, & operui ignominiam tuam. Iam verò etiam & virgam & baculum, & gladium & ſcutum. ut apud Pſalmiſtam: Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Scuto circumdabit te veritas ejus. Vt in Deuteronomio legitur, Gladius gloriæ eius: & hujuſmodi multò plura ſacra nobis eloquia declarant, à quibus membris & ornamentis divinis, non dubium eſt noſtra membra, & quæ circa nos ſunt, cunctaq; opera noſtra, & regi & dirigi, & cuſtodiri & gubernari, & judicari, ſicut ait Propheta: Statuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Et alibi ait: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Et de ore ait: Immiſit in os meum canticum novum. Et alibi ait Salvator: Ego dabo vobis os & ſapientiã. Et de capillis ait: Capillus capitis veſtri non peribit. Et alibi: Capilli capitis veſtri numerati ſunt. Ipſe n. omnipotens Deus

*Nares Domini.*

*Dextra & ſiniſtra, cor, pectus, dorſũ poſteriora & facies, & cætera Domini*

cum



cùm nos ſuas imagines ſibiq; ſimiles eſſe voluit, membra, artus ac figuras, in nobis multis modis reſeratas, ad latentiũ ſuarum virtutum ſimilitudinem tanquam ſigna conſtruxit, eũdem ſibi ordinem proportionemque ſervantia. Vnde dicunt Hebræorum Mecubales, quod ſi homo divini influxus capax, quodvis ſui corporis membrum à ſordibus mundum, expiatumque conſtituat, tunc illud latentis Deratis virtutisq;, cui idem nomẽ adſcribitur, habitaculum propriaq; ſedes evadit, ita ut ſi circa id membrum de quavis re opus fuerit, invocato hoc nomine, unde illud pẽdet, ſubitò exauditur ad effectum, juxta illud: Exaudiam illum, quoniam cognovit nomen meum. Et hæc ſunt grandia & arcana myſteria, de quibus plura in publicum protrari non licet.

*Hebræorum Mecubaliũ opinio.*

*Pſalmo 90.*

*De diis gentium & animis cœleſtium corporum, & quibus numinibus quæ loca olim ſacra fuerint.* CAP. XIV.

POſuerunt Philoſophi, quemadmodum ſuperius oſtendimus, cœlos ac ſtellas eſſe divina animalia & animas eorum intelligentes, mentem participantes divinam: & poſuerunt ipſis alias quidem præeſſe, alias verò ſubeſſe ſubſtantias ſeparatas, quaſi regentes & miniſtrantes, quas vocant intelligentias & dæmones. Sed & Plato ipſe adſeruit, cœleſtes animas haudquaquam corporibus ſuis cohiberi, quemadmodum animæ noſtræ corporibus noſtris, ſed ubicunq; velint eſſe, & ſimul Dei viſione gaudere, & ſine ullo labore & ſolicitudine corpora ſua regere & movere, & unà his movendis inferiora facilè gubernare: iccircò ejuſmodi animas deos vocitabant, & ſtatuerunt ipſis divinos honores, preceſque & ſacrificia dedicarunt eiſdem, & diverſo cultu venerabantur. Et hi ſunt dii, quibus attributi ſunt omnes populi, de quib. pręcipit Moſes in Deuteronomio inquiens: Ne fortè elevatis oculis ad cœlum, videas Solem & Lunam, & omnia aſtra cœli, & averſus adores ea & colas, quibus attributi ſunt omnes populi, qui ſub univerſo cœlo ſunt: vos autem tulit Dominus tetragrammus, & eduxit de fornace Aegypti, ut haberet ſibi populum hæreditarium. Et in eodem volumine capite decimo ſeptimo: Solem & Lunam & aſtra deos vocat. Et Hebræorum doctores, ſuper eo quod legitur in Geneſi, Abrahamum filiis cõcubinarum largitum eſſe munera, videlicet Shemoth ſteltoma, hoc eſt, nomina alieua: Iſaac autem reliquiſſe hæredem omnium quæ poſſederat, dicunt filios concubinarum in benedictione Abrahæ non eſſe attributos Deo tetragrammo, & ſummo

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

& ſummo creatori, ſed alienis diis & numinibus: Iſaac autem & ſemen ejus adſignatum ipſi omnipotenti Deo tetragrammo, & nulla in parte numinibus attributum alienis. Vnde improperatur illis in Deuteronomio, quia ſerviverunt diis alienis, & adoraverunt eos quos neſciebant, & quibus non fuerunt attributi. Quin & Ieſus Nave poſt introductum populū in terram promiſſionis, & ſuperatos hoſtes, & diſtributas ſortes poſſeſſionum Iſrael, optionem dedit populo, ut eligerent numen quod colerent, inquiēs: Optio vobis datur eligere hodiè quod placet, cui ſervire potiſſimum debeatis, utrum diis quibus ſervierunt patres veſtri in Meſopotamia, an diis Amorrheorum, quorum terram habitatis. Reſpōdente autem populo, Serviemus Domino tetragrammo, & ipſe erit Deus noſter: dixit illis Ieſus: Non poteritis quia Dominus Deus tetragrammus ſanctus & fortis & æmulator eſt. Perſeverante autem populo, ut ſervirent tetragrammo, ait illis: Teſtes vos eſtis, quia ipſi elegeritis vobis Dominum ut ſerviatis ei: auferte ergo deos alienos de medio veſtri, & inclinate corda veſtra ad Dominum Deum Iſrael. Erexitq́ue lapidem prægrandem dicens: lapis iſte erit vobis in teſtimonium, ne fortè poſteà negare velitis, & mentiri domino Deo veſtro. Erant itaque dii quibus attributæ erant cæteræ gentes, Sol & Luna, duodecim ſigna, cæteraque corpora cœleſtia, divinaque opificia: non tamen ſecundum quod corpora, ſed quatenus eis inhæret anima, univerſaque militia cœli: & quam vocat Hieremias reginam cœli, hoc eſt virtutem qua cœlum regitur, videlicet animam mundi, de q́ua inquit Hieremias: Filii colligunt ligna, & patres ſuccendūt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, ut faciant placentulas reginæ cœli. Nec hujus reginæ, cæterarumq́ue cœleſtium animarum cultus Duliæ, illis prohibitus erat, ſed Latriæ tantum, quem qui adhibuerunt, reprobati ſunt à Domino. Nomina vero animarum iſtarum, deorumve in præcedentib. narravimus. Verum quibus regionib., & populis, & urbibus, tanquam proprii & tutelares dii adſcripti fuerint: partim referunt nobis Origenes, Tertullianus, Apuleius, Diodorus, & plerique alii hiſtorici. Coluerunt itaque ſinguli populi propriis ceremoniis ſuos deos: Bœotii, Amphiaraum: Aphri, Mopſum: Aegyptii, Oſyrim & Iſidem: Aethiopes qui Merœen habitant, Iovem & Bacchum: Arabes cum Baccho Venerem: Scythæ Minervam: Naucratitæ, Serapim: Syrii Atargatem: Arabes, Diapharen: Aphri, Cœleſtium: Norni, Tibelænum. In Italia quoque municipali conſecratione



Cruſtumenſium, deus erat Delventinus: Narnenſium, Uiridianus: Aeſculanorum, Aucharia: Volſinenſium, Nurſia: Otriculanorum, Valentia: Sutrinorum Nortia: Phaliſcorum, Curis, cumprimis celebres fuere. Coluerunt ſumma veneratione Latini, Martem. Aegyptii, Iſidem. Mauri, Iubam. Macedones, Cabirum. Pœni, Vranum. Latini, Faunum. Romani, Quirinum. Sabini, Sangum. Athenæ, Minervam. Samos, Iunonem. Paphos, Venerem. Lennos, Uulcanum. Naxos, Liberum. Delphii, Apollinem, & quos canit Ovidius in Faſtis.

*Pallada, Cecropidæ: Minoia Creta Dianam,*
*Vulcanum, tellus Hypſipylea colit.*
*Iunonem, Spartæ. Pelopeiades Mycenæ.*
*Pinnigerum Fauni Mænalis ora caput.*
*Mars Latio venerandus erat, qui præſidet armis.*

Colebant Saturnū, Carthaginenſes & Leucades. Iovem, Creta, Pyteus, Homole, Ida, Elis & Libya, ubi eius erat oraculum, Epirus, Latium, Gnidus Lyciæ, Piſa Macedoniæ: Martem Thermodontii, Scythæ, & Thracia, Solem, Scythæ unicum Deum venerabantur, equum illi immolantes, eundemq́; colebant Heliopolitæ, Aſſyrii. & ſub Apollinis nomine Rhodii & Hyperborei, & Mileſii. erantque ſibi ſacri Parnaſſus. Phaſelus, Cynth⁹, Soractæ montes atq́; Delios, Claros, Tenedos inſulæ, & Mallois locus in Lesbo, & Grynæum nemus; ſeu oppidum. Præterea Patara, Chryſa, Tarapnas, Chyrra, Delphi, Arephnia, Entroſi, Tegyra civitates. Erant etiã illi ſub Bacchi & Dionyſii nomine ſacrata, Thebę & Naxos inſula, Niſa urbs Arabiæ, Callichoros fluvius Paphlagoniæ: Item Parnaſſus & Cytheros montes Bœotiæ, in quibus alternis annis Bachanalia fiebant: etiam Thamatitæ populi Hircanis vicinibus propriis ſacris Bacchum coluerunt. Veneris cultum Aſſyrii primi omnium induxerunt, deinde Paphii in Cypro & Phœnices, & Cytheræi: quos Agæo autore, ſecuti ſunt Athenienſes. apud Lacedæmonios colebatur armata: & Delphis Venus, Epitibia. Colebatur etiam à Cois, & in Amathò Agæi maris inſula, & Memphi urbe Aegyptii, & in Gnido, & Sicilia, & Ioalio nemore, & Hypæpa urbe, & Erice Siciliæ monte. & Calydonia, & Cyrene, & Samis: nullumq́ue (Ariſtotele teſte) veterum deorum numen propè maioribus ceremoniis frequentioribusque locis veneratum legitur. Meraurium Galli maximè colebant, Tevtatem illum appellantes: præterea Arcades & Hermopolitæ, Aegyptii & Memphitæ. Lunam ſub Dianæ nomine

nomine Taurica Scythæ regio colebat, & in Epheſo illi laudatiſſimum templum erat, & in Mycena poſt occiſum Thoãtem Tauricæ regem, ab Iphigenia & Oreſte raptum eius ſimulachrum, mutato ſacrorum ritu, propè Ariciam culta eſt: colebatur etiam à Magneſiis Theſſaliæ populis, & in Piſa Achaiæ urbe, & in Tybure, & Aventino Romano monte, & in Perga Pamphiliç oppido, & in Agras Atticç regione. & Carenus populus Lunam ſub maſculo ſexu coluiſſe legitur. Erant & reliquorum numinum ſacra, ut Palladi quæ & Minerva, ſacræ erant Athenæ, & Pyreus, Aracynthus montes, Tritones fluvius, & Alcomeneũ Bœotiæ oppidum, & Neo una Cycladum inſula. Cereris ſacra loca ſunt, Eleuſis Attica, Enna & Catana urbes Siciliæ, & Aethna mons Uulcano præcipuus cultus fuit in Lemno inſula & in Imbros inſula Thraciæ, & Theraſia inſula Uulcano ſacra, etiamque Cilicia. Veſta dea erat Troianorum, quam profugus Aeneas in Italiam tranſtulit, eidemque tribuuntur Phryges, atque Ida & Dindymus Phrygiæ montes, & Reatum Umbriæ oppidum: item Berecyntus mons, & Peſſinuntium Phrygiæ oppidum. Iunonem coluerunt Carthago & Proſenta, Argos & Mycenæ civitates, & Samos Inſula, & Phaliſci populi. Neptuno ſacra erat Orcheſtus urbs Bœotiæ, & Tenarus Laconiæ promontorium: & Trœzenii populi. & urbs in Neptuni tutela erant. Huiuſmodi ergo erant dii gentium, qui præſidebant & dominabatur illis, quos Moſes ipſe in Deuteronomio ſuo nuncupat deos terræ, quibus attributi ſunt omnes populi, non alios ſignificans, quam cœleſtia ſidera, illorumq; animas.

*Quid de animabus noſtri ſentiunt Theologi.*

CAP. XV.

ESſe igitur cœlos, corporaque cœleſtia animata, animabus quibuſdam divinis, non modò poetarum, philoſophorumque ſententia eſt, ſed etiam ſacrarum literarum catholicorumque adſertio. nam & Eccleſiaſtes animam cœli deſcribit: & Hieronimus ſuper eadem hanc expreſſe fatetur: ſimiliter Origenes in ſuo libro de Principiis, ſentire deſcribit cœleſtia prorſum corpora eſſe animata, quoniam à Deo mandata dicuntur accipere, quod rationali naturæ tantum conſentaneum eſt, ſcriptum enim eſt: Mandatum ego ſtellis iniunxi omnibus. Quinimò ab peccati labe nõ ſeiungi ſtellas, omnino conſentire advertitur Iob. Ita enim legitur: Stellæ quoque in conſpectu eius mundæ non ſunt id quod ad corporis fulgorem

rem



rem utique referri non poteſt. Proinde corpora cœleſtia eſſe animata, etiam ſentit Euſebius Pamphilius in ſolutionibus theologicis, atque Auguſtinus in Enchiridio. Ex recentioribus vero Albertus Magnus, in libro de quatuor coæquævis, & Thomas Aquinas in libris de ſpiritualibus creaturis, & Ioannes Scotus ſuper ſecundo Sententiarum, quibus accedit vir doctiſſimus Nicolaus Cuſanus cardinalis. Sed & ipſe Aureolus hæc ſtrenua diſputatione convincit, qui nec inſuper alienum fore arbitratur, cœleſtia corpora Duliæ cultu venerari, earundemque ſuffragia auxiliaque implorare: cui etiam Thomas ipſe annuit, niſi impediret hunc ritum idololatriæ occaſio. Quin & Plotinus aſtruit, quod vota cognoſcunt noſtra, exaudiunt quoq;. Quòd ſi quis iſtis omninò adverſari velit, & tanquam ſacrilega dogmata habere, is audiat Auguſtinum in Enchiridio, & in libro Retractationum, & Thomam libro ſecundo contra Gentiles, & in Quotlibetis, & Scotum ſuper Sententias, & Gulielmum Pariſienſem in Sùmma de univerſo unanimiter reſpondentes, corpora cœleſtia dicere animata vel inanimata, ad fidem catholicam nihil referri. Licet igitur multis ridiculum videatur, quòd ipſç animç in ſphæris & ſtellis collocentur, & veluti dii gentium, quiſque ſuis præſideat regionibus & urbibus, & tribubus, & populis, & rationibus & linguis, tamen extraneũ non videbitur ſanè intelligẽtibus.

*De intelligentiis & dæmonibus, ac triplici illorum genere, eorumq; cognomentis variis, deq; infernis & ſubterraneis dæmonibus.* CAP. XVI.

NUnc conſequenter de intelligentiis, ſpiritibus & dæmonibus nobis eſt diſſerendum. Eſt autem intelligentia, ſubſtantia intelligibilis, libera ab omni craſſi putreſcibilisq; corporis mole, immortalis, inſenſibilis, cunctis adſiſtens, cunctis influens. Atque eadem eſt omnium intelligentiarum, ſpirituum dæmonumque natura. Dico autem dæmones hic non illos quos diabolos vocamus, ſed ſpiritus ſic vocatos ex vocabuli proprietate, quaſi ſcientes, intelligentes, & ſapientes. Horum verò ſecundum magorum traditionem tria genera ſunt, quorum primos ſupercœleſtes vocant, atque mentes à corpore penitus ſejunctas, & quaſi intellectuales ſphæras. Deum unum tanquam ipſorum firmiſſimam ſtabiliſſimamq; unitatem ſive centrum colentes: quapropter illos jam & deos nuncupant, propter divinitatis participationẽ quandam: quia ſemper ſunt Deo pleni, divinoq; nectare ebrii. Hi

*Intelligẽtia quid.*

*Dæmones hic qui ſint. & quot illorum genera.*

circa

circa unum Deum ſolum verſantur, nec mundi corporibus præſunt, nec inferiorum miniſtrationi adaptantur, ſed ſuſceptum à Deo lumen inferioribus ordinibus influunt, ſingulisque ſingula officia diſtribuunt. Hos ſecundo ordine proximè ſequuntur cœleſtes intelligentiæ, quos vocant dæmones mūdanos, ſcilicet ultra divinum cultum mundi ſphæris accommodatos, unicuique cœlorum & ſtellarum præſidentes, unde eos in totidem diſtribuunt ordines, quot in mundo ſunt cœli, & quot in cœlis ſunt ſtellæ: & vocabant alios Saturnios, qui præeſſent cœlo Saturni, & ipſi Saturno: alios Iovios, qui præeſſent cœlo Iovis, & ipſi Iovi; ſimiliter pro aliarum ſtellarum tàm nomine quàm virtute varios dæmones cognominant: & quia veteres Aſtrologi quinq; ſupra quinquaginta adſerebāt motus, hinc totidē illis adinvenerunt intelligentias, ſive dæmones: poſuerunt quoq; in cœlo ſtellato dæmones, qui præeſſent ſignis, & triplicitatibus & decanis, & quinariis & gradibus & ſtellis, nam licet unicuiq; orbi ſtellarum unam ſolam intelligentem totam ſchola philoſophorum, etiam Peripateticorū adſignet: tamen cum unaquæque ſtella & cœli particula ſuam propriam & differentem habeat vim & influxum, neceſſe eſt ut & ipſa ſuam habeat præſidentem intelligētiam, quæ vim conferat & agat. Poſuerunt itaq; duodecim dæmonum principes, qui præeſſent duodecim ſignis zodiaci: & triginta ſex, qui præeſſent totidem decuriis: & ſeptuaginta duos, qui præeſſent totidem cœli quinariis, & hominum linguis & gentibus: & quatuor, qui præeſſent triplicitatibus & elementis: & ſeptem totius mundi gubernatores, juxta ſeptem planetas: & poſuerunt omnibus nomina, & ſignacula, quos vocant characteres, & utebantur illis in invocationibus & incantationibus & ſepulturis ſuis, deſcribendo ea in ſuarum operationum inſtrumentis, imaginibus, laminis, ſpeculis, annulis, chartis, cereis, & ejuſmodi, ut ſi quando operabantur ad ſolem, invocabant per nomina ſolis, & per nomina dæmonum ſolariū, & ita de cæteris. Tertiò ponunt dæmones quaſi miniſtros, ad ea quæ ſunt inferioribus diſponenda, quos Origenes vocat inviſibiles quaſdam virtutes, quibus ea quæ ſunt ſuper terram diſponenda credita ſunt: ſæpe enim nemini conſpicui, itinera & negocia noſtra quæcunq; dirigunt: ſæpè etiam prœliis interſunt, clandeſtiniſque ſubſidiis optatos amicis præbent ſucceſſus, quippè conciliare proſpera, infligere adverſa, pro libito poſſe dicuntur: Illos ſimili modo in plures ordines diſtribuunt, ut alii ignei, alii aquei, alii aerei: alii

*Dæmonum numerus & officia.*

*Dæmonum diſtinctio.*





terrei: quæ quidem quatuor dæmonum ſpecies juxta quatuor cœleſtium animarum vires, mentem, rationem, imaginationem, naturam ſcilicet vivificam & motricem, computantur: hinc ignei cœleſtium animarum mentem ſequuntur, unde ad ſublimiora contemplanda concurrunt. Aërei autem rationem ſequuti, rationali favent potentiæ, eamque à ſenſuali vegetabilique quodammodo ſegregantes: ſerviunt igitur vitæ activæ, quemadmodum ignei contemplativæ: aquei vero imaginationem ſenſumque ſequuti, vitæ ſerviunt voluptuoſæ: terrei naturam ſequuti, vegetali naturæ favent. Præterea diſtinguunt etiam hoc dæmonum genus in Saturnios & Joviales, juxta ſtellarum cœlorumque nomina. Præterea alios eſſe orientales, alios occidentales, alios meridionales, alios ſeptētrionales. Denique nulla mundi pars eſt propria horum dæmonum adſiſtentia deſtituta: non quia ibi ſolum ſunt, ſed quia ibi maximè regnant, ſunt enim ubiq;, quamvis alii aliis potiſſimùm operantur atq; influunt. Neq; vero ita intelligenda hæc ſunt, quaſi influxibus ſiderum ſubjecti ſint: ſed ut reſpondeant ſupra mundano cœlo, à quo præcipue omnia diriguntur, & cui omnia conformari oportet. unde ſicut variis ſtellis, ſic etiam variis lociis & temporibus hi dæmones adaptantur: non quòd tempore aut loco coarctentur, quemadmodum nec corporibus quibus præſides ſtatuuntur, ſed quia ſic ſapientiæ ordo decrevit: ideo illis corporibus, locis, temporibus, ſtellis, plus favent atque patrocinantur: ſic alios dixerunt diurnos, alios nocturnos, alios meridianos: ſimili modo, alios vocant ſylveſtres, alios montanos, alios campeſtres, alios domeſticos. Hinc Sylvanii, Fauni, Satyri, Panes, Nymphæ, Najades, Nereides, Dryades, Pierides, Hamadriades; Potamides, Hinnides, Agapetæ, Pales, Pareades, Dodonæ, Feniliæ, Favetnæ, Parcæ: Muſæ, Anonides, Caſtalides, Heliconides, Pegaſides, Mæonides, Phœbiades, Camœnæ, Charites, Genii, Lemures, & ejuſmodi: quos appellant plebem ſuperûm, alii ſemideos deaſve. Horum aliqui hominibus ita proximi familiareſque ſunt, ut etiam perturbationibus afficiantur humanis, quorum inſtructione putat Plato homines ſæpe mirāda efficere præſtigia, quemadmodum inſtructione hominum beſtiæ nōnullę nobis propinquiores, ut ſimiæ, canes, elephantes, mira ſæpe ſupra ſuam ſpeciem operantur. Et qui res Danorum & Norvegiorum ſcripſerunt, teſtantur, varii generis dæmones in illis regionibus hominum ſervituti ſubjectos. Præterea ex illis aliquos eſſe corporeos, mortalesq;, quorum cor-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

pora gignantur & intereant: vita tamen longævos. Ægyptiorum opinio eſt, Platonicorumq́; præſertim à Proclo comprobata: Plutarchus quoq́ue & Demetrius philoſophus Æmilianusq́ue rhetor, idem affirmant, teſtantur enim, ex multis ſui temporis prodigiis, Pana magnum dæmonem, pluresq́; alios ejulaſſe primum, deinde etiam obiiſſe. Horum itaq; dæmonũ tertii generis, ut Platonicorum ſententia eſt, totidem ferunt eſſe legiones, quot in cœlo ſunt ſtellæ: totidem quoque, quot ſtellas cœlum ipſum complectitur, in qualibet legione eſſe dæmones: verùm dæmonum bonorum numerum (ut tradit Athanaſius) ſunt, qui ad numerum hominum nonaginta novem partes arbitrentur, juxta parabolam de centum ovibus: alii duntaxat novem partes putant, juxta parabolam de decem drachmis: alii æqualem cum hominibus Angelorum numerũ cenſent, quia ſcriptum ſit, Conſtituit terminos populorum juxta numerum Angelorum Dei. Et de numero eorum multi multa ſcripſere. Verùm recentiores theologi ſecuti Magiſtrũ ſententiarum, Auguſtinum & Gregorium, facile ſe abſolvunt, dicentes: quòd bonorum Angelorum numerus omnem humanum captum tranſcendit, quibus contra reſpondent innumeri ſpiritus immundi, tot exiſtẽtes in mundo inferiori, quot mundi ſpiritus ſunt in mundo ſuperiori, ut adſerunt aliqui theologi, ſe ab oraculis accepiſſe: ſub his ponunt genus dæmonum ſubterraneum ſive tenebroſum, quos vocant Platonici deſertores angelos, ſcelerum & impietatis ultores, juxta juſtitiæ divinæ ſanctionem: vocantq́; malos dæmones & ſpiritus nequam: quia etiam ultro plerunque lædunt atque nocent: horum etiam plures computant legiones, ipſos ſimili modo juxta ſtellarum ac elementorum nomina ac mũdi partes diſtinguentes, ponuntque ipſis reges, & principes, & præſidentes, & eorundem nomina. Ex his præſunt cæteris quatuor reges nocentiſſimi, juxta quatuor mundi partes: ſub his alii plures dominantur principes legionum, multi quoq́ue privatorum officiorum. Hinc Gorgones ſatæ Nocte, furiæ. Hinc Tyſiphone, Alecto, Magera, Cerberus. De hoc dæmonum genere inquit Porphyrius: Locum incolunt terræ vicinum, imò intra ipſam terram. Nullum eſt malum, quod perpetrare non audeant. Habent omninò violentum & malè ſanum morem: ideoq́; vehementer repentinaſque inſidias plurimum machinantur moliunturque: ac dum agunt incurſiones, partim latere ſolent, partim verò inferre violentiam, omnibuſque rebus iniquè diſcorditerque factis, admodum delectantur.

*De eiſ-*



*De eiſdem iuxta Theologorum ſententias.*

## CAP. XVII.

*Angelorum diſtinctio triplex.*

Theologi verò noſtri cum Dionyſio ſimiliter ponunt triplices Angelorum diſtinctiones: harum quamlibet in tres dividunt ordines, ut videl. ſint tres diſtinctiones, novem ordines: has vocant hierarchias, illas appellant choros: quos & Proclus novenario numero diſtinguit. Ponunt itaq; in ſuperiori hierarchia Seraphim, Cherubim, Thronos, tanquam ſupercœleſtes dæmones, divinæ providentiæ ordinem contemplantes: primi, in Dei bonitate: ſecundi, in eſſentia Dei tanquam forma: tertii, in ſapientia. In media hierarchia ponunt Dominationes, virtutes & Poteſtates, tanquam mundanos dæmones, ad mundi gubernationem concurrentes: horum primi præcipiunt, quod reliqui exequuntur: ſecundi adminiſtrant cœlos, nonnunquam ad miracula facienda conſpirant: tertii arcent quæ divinam legem perturbare poſſe videntur. Inferiore autem hierarchia ponunt principatus, Archangelos & Angelos, quos etiam Iamblichus numerat: hi tanquam dæmones miniſtri, ad inferiora curanda deſcendunt, horum primi curant publica, principes & magiſtratus, provincias & regna, ſinguli ſingula. Unde legitur in Daniele: Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti uno diebus. Et Jeſus filius Syrach teſtatur unicuique genti præpoſitum eſſe rectorem Angelum: quod etiam indicare videtur Moſes Deuteronomii cantico, inquiens: Cùm divideret excelſus gentes, ſtatuit eorum terminos ſecundum numerum Angelorum Dei. Secundi ſacris interſunt, divinum cultum circa ſingulos homines dirigunt, precesq́; hominum, & ſacrificia diis offerunt. Tertii minora quæque diſponunt, ac ſinguli ſingulis cuſtodes adſunt. Suntq́ue ex ipſis etiam, qui minutiſſimis herbis, & lapillis, & omnibus inferioribus virtutem ſubminiſtrant, quibus multa cum Deo, multa cum hominibus ſunt communia, ſuntque mediantes miniſtri. Verùm Athanaſius præter Thronos, Cherubinos, Seraphinos Deo proximos, illumque indefinentibus hymnis, & irrequieta laude magnificantes, & pro noſtra ſalute orantes, ſeptem alios nuncupat ordines: quos communi vocabulo vocat militiam cœli. Horum primus eſt ordo Doctrinalis, ex quo fuit ille, qui locutus eſt Danieli, inquiens: Veni, ut docerem te, quæ ventura ſunt populo tuo in noviſſimis diebus. Deinde eſt ordo Tutelaris, de quo etiam in Daniele legitur: Ecce Michaël unus de principibus venit in adjutoriũ meum. Et ibidem: In tẽpore illo conſurget Michaël

*Athanaſii de Angelis opinio.*

*Doctrinalis ordo.*

*Tutelaris ordo.*

princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui: ejus ordinis fuit etiam Raphael ille, qui duxit & reduxit Tobiã juniorem. Poſt hunc ordo procuratorius, cujus mentio eſt in libro Job, ubi legitur: Si fuerit pro eo Angelus loquens, deprecabitur Dominum, & placabilis ei erit. Et de eiſdem exponitur etiam, quod ſcriptum eſt Eccleſiaſt. 16. c. circa finem: In judicio Dei opera ejus ab initio, & ab inſtitutione hominum ipſorum diſtinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus ſuis, ornavit in æternum opera illorum, nec eſurierunt, nec laboraverunt, & non deſtiterunt ab operibus ſuis: unuſquiſq; proximum ſuum non anguſtabit in æternum. Sequitur ordo Miniſterialis, de quo Paul. ad Hebr. inquit: Nonne omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus, miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis? Poſt hos eſt ordo Auxiliaris, de quo apud Eſai. legitur: Egreſſus eſt Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia. Hunc ſubſequitur ordo Animarum receptivus, de quo legitur apud Lucam: Anima Lazari portata per Angelos in ſinum Abrahæ. & ibidem docemur, ut faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula. Porro eſt ordo Adſiſtentium, de quo legitur apud Zachariam: Iſti ſunt duo filii olei ſplendoris, qui adſiſtunt dominatori univerſæ terræ. Hebræorum autem Theologi aliter hos ordines numerant nuncupantq;. Nam ſupremo loco ſunt quos vocant חיותהקדש, id eſt, animalia ſanctitatis, ſive vitas: per quos Deus אהיה eſſendi munus largitur: ſuccedunt ſecundo loco Ophanim אופנים, id eſt, formæ, ſeu rotæ, per quos Deus יהוה chaos diſtinguit. Tertio loco ſunt Aralim אראלים angeli magni, fortes & robuſti, per quos tetragrammus elohim pronunciatus, ſive tetragrammus cum he cõjuncto, יהוה formam fluxæ materiæ miniſtrat. Quarto loco ſunt Haſmalim חשמלים, per quos El אל Deus corporum effingit effigies. Quintus eſt ordo Seraphim שרפים, per quos Deus Elohim Gibor אלהים גיבר elementa depromit. Sextus Malachim מלכים i. e. angelorum, per quos Deus Eloha אלוה metalla producit. Septimus Elohim אלהים, id eſt, dii, per quos Deus tetragrammus Sabaoth יהוה צבאות producit vegetabilia. Octavus Bene elohim בני אלהים id eſt, filii deorum, per quos Deus Elohim Sabaoth אלהים צבאות procreat animalia. Nonus &

*Procuratorius ordo.*

*Miniſterialis ordo.*

*Auxiliaris ordo.*

*Animarum receptivus ordo.*

*Adſiſtẽtium ordo.*

*Hebræi angelorum ordines quomodo numerent.*



nus & infim. Cherubim כרובים per quos Deus Sadai שדי genus hominum curat. Sub iſtis eſt ordo animaſticus, dictus Iſſim אישים id eſt, heroës, viri fortes & beati, per quos Deus Adonai אדני prophetiam largitur.

## De ordinibus malorum dæmonum, eorundemq; caſu, & naturis variis. CAP. XVII.

Sunt etiam ex Theologorum ſchola, qui malos dæmones in novem gradus diſtribuunt, veluti ipſis novem Angelorum ordinibus adverſantes. Horum itaq; primi ſunt, qui pſeudothei, hoc eſt, falſi dii nuncupantur, qui Dei nomen uſurpãtes, pro diis coli volunt, ſacrificia & adorationes expetunt, ſicut dæmon ille, qui ait ad Chriſtum: Si cadens in terram adoraveris me, dabo tibi hæc omnia: oſtendens illi omnia regna orbis terrarum, atq; horum princeps eſt ille qui dixit: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero altiſſimo: qui ideo vocatur Beelzebub, hoc eſt, vetuſtus Deus. Hos ſecundario ſequuntur ſpiritus mendaciorum, cujuſmodi fuit ille, qui egreſſus eſt ſpiritus mendax in ore Prophetarum Achab: & horum princeps eſt ſerpens ille Python, a quo Apollo Pythius dictus eſt, & mulier illa Pythonica apud Samuelem, & alia in Evangeliis, quæ Pythonem habebat in ventre. Hoc ergo dæmonũ genus ſe eſſe oraculis immiſcet, & divinationibus, & prædictionibus, hominibus illudit, quouſque decipiat. Tertio ordine ſunt vaſa iniquitatis, quæ & vaſa iræ dicuntur: hi ſunt inventores malorum, omniumq; malarum artium, qualis apud Platonem Theutus ille dæmon, qui ludos & aleam docuit. ex ipſis enim omne ſcelus, malitia & deformitas procedit: de quibus in Geneſi in benedictionibus Symeon & Levi, ait Jacob: Vaſa iniquitatis in habitationibus eorum, in conſilium eorum non veniat anima mea. quos Pſalmiſta vocat vaſa mortis, Eſaias vocat vaſa furoris, & Jeremias vocat vaſa iræ, Ezechiel vaſa interfectionis, & interitus: & princeps eorum Belial, quod interpretatur ſine jugo, ſive inobediens, prævaricator & apoſtata, de quo Paulus ait ad Corinthios: Quæ conventio Chriſti ad Belial? Sequuntur quarto ultores ſcelerum, & princeps eorum Aſmodeus, videlicet faciens judicium. Poſt hos quinto ordine veniunt præſtigiatores, qui imitantur miracula, & inſerviunt Cacomagis, & maleficis, & ſeducunt populum in miraculis ſuis, ſicut ſerpens Evam ſeduxit: & princeps eorum Satan, de quo Apocalypſi ſcriptum eſt, quòd ſeducit univer-

*Primus dæmonum ordo.*

*Secundus.*

*Tertius.*

*Pſalm. 7.*

*Eſaiæ 13.*

*Ierem. 50.*

*1. Cor. 6.*

*Quartus.*

*Quintus.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ſum orbem, faciens ſigna magna, & ignem de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum: ſeducens habitantes in terra, propter ſigna quæ data ſunt illi facere. Sexto ſeſe offe-
*Sextus.* runt aereæ poteſtates: hæ ſe miſcent tonitruis, fulminibus & fulguri, corrumpentes aerem, peſtilentias, & alia mala inducentes: è quorum numero ſunt, quos narrat Apocalypſis quatuor Angelos, quibus datum eſt nocere terræ & mari, tenentes quatuor ventos à quatuor angulis terræ: & princeps eorum dictus Meririm: hic eſt dæmon meridianus, ſpiritus æſtuans, & dæmon furens in meridie, quem Paul. ad Epheſios vocat principem poteſtatis aeris hujus, & ſpiritum qui operatur
*Septimus.* in filios diffidentiæ. Septimam manſionem tenent furiæ, ſeminatrices malorum, & diſcordiarum, & bellorum, & vaſtationum: quorum princeps in Apocalypſi vocatus eſt Græcè Apollion, Hebraicè Abeddon, hoc eſt, exterminans & vaſtis.
*Octavus.* Octavo loco ſtant criminatores, ſive exploratores, quorum princeps Aſtaroth, hoc eſt, explorator: Græcè dictus diabolus, hoc eſt, criminator, vel calumniator, qui in Apocalypſi vocatur accuſator fratrum noſtrorum, accuſans illos ante conſpe-
*Nonus.* ctum Dei noſtri die ac nocte. Porrò ultimum locum habent tentatores, ſive inſidiatores, qui ſingulis hominib. ſinguli adſunt, quos idcirco malos genios vocamus: & princeps eorum Mammon, qui interpretatur cupiditas. Dæmones autem malos omnes unanimiter aſtruunt, in hoc inferiori mundo vagantes omnibus infenſos, quos idcirco diabolos vocant. de quibus ait Auguſtinus libro primo de Incarnatione verbi, ad Ianuarium inquiens: De diabolo quoque, & angelis eius contrariis virtutibus eccleſiaſtica prędicatio docuit, quoniam ſint quidem hæc: quæ autem ſint, aut quomodo ſint: non ſatis clare diſpoſuit. Apud plurimos tamen iſta habetur opinio, quòd angelus fuerit iſte diabolus, & apoſtata effectus, quàm plurimos angelorum ſecum declinare perſuaſerit, qui & nunc uſque angeli ipſius nuncupantur. Hos autem Gręcia non omnes damnatos putat, nec hos quidem omnes eſſe ex propoſito malos: ſed quòd ab condito ævo rerum diſpenſatio ea ſit ratione inſtitura, ut illis animarum peccatricum carnificina delegata ſit. Cæteri Theologi dicunt, nullos dæmones creatos malos, ſed ex bonorum ordinibus propter prævaricationē cœlis pulſos & dejectos: quorum caſum non ſolum noſtri, & Hebræorum Theologi docent, ſed etiam Aſſyrii, Arabes, Ægyptii, & Græci ſuis dogmatibus confirmant. Pherecides Syrus caſum dæmonum deſcribit, & Ophim, hoc eſt, ſerpentem dæmoniacum,



cum, caput fuiſſe rebellantis exercitus. Eundem caſum Triſmegiſtus in Pimandro, & Homerus ſub nomine Atarum ſuis decantat carminibus: & Plutarchus in ſermone de fœnore, Empedoclem ejuſmodi dæmonum lapſum noviſſe ſignificat. Ipſi quoque dæmones multoties caſum ſuum confeſſi ſunt.
Hi itaque dejecti in vallem miſeriæ, partim hoc caliginoſo *Dæmonum*
aere propinqui nobis oberrant, alii lacus, fluvios, & æquora *varia ſtu-*
habitant: alii terras, terreſtria territant, & qui puteos, & me- *dia.*
talla effodiunt, invadunt: hiatus terræ provocant, montium fundamenta concutiunt, nec homines modò, ſed & animalia vexant: alii ſolo riſu, & illuſione contenti, fatigare eos potius ſtudent quàm nocere: alii ultra proceritatem giganteo corpore ſeſe ſuſtollentes, nunc ſeſe acclivos ad Pygmæorum parvitatem ſubmittentes, & in varias figuras ſeſe vertentes, homines inani terrore perturbant: alii mendaciis ſtudent, & blaſphemiis, qualem unum in 3. Reg. lib. legimus, inquientem, *3. Reg. 13.*
Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum Achab. Peſſimum autem dæmonum genus eorum, qui obſident itinera, irruentes tranſeuntibus, gaudent bellis & effuſione ſanguinis, & affligunt homines ſæviſſimis inſultibus: tales legimus apud Matthæum, ob quorum metum per viam illam tranſire jam nullus audebat. Iam verò nocturnos, & diurnos, & meridianos dæmones Scriptura commemorat: & alios nequitiæ ſpiritus variis vocabulis deſcribit, quales apud Eſaiam legimus, Onocētauros, ericos, piloſos, ſirenes, lamias, *Eſai. 34.*
ululas, ſtruthiones: & in pſalmis, aſpides, baſiliſcos, leones, dracones: & in Evangelio ſcorpius legitur & mammona, & princeps hujus mundi, & rectores tenebrarum, quorum omnium princeps Beelzebub, quem Scriptura pravitatis principem appellat. Porphyrius illorum principem eſſe Serapin ait, qui & Pluto à Græcis nominatur: tum & præeſt illis Cerberus, triceps ille canis, ſcilicet, quia in tribus elementis, aere, aqua, terra verſatur, perniciosiſſimus ille dæmon: unde etiam quæ in illis tribus elementis plurimum poteſt Proſerpina, illorum princeps eſt, quod & ipſa de ſe teſtatur in reſponſis his verſibus:

*Naturæ triplicis ego ſum Lucina puella,*
*Taurea, itemq; triceps, miſſa è cœlo aurea Phœbe,*
*Quam multæ variant formæq;, trinaq; ſigna,*
*Quæ terna & ſimulacra fero, terræ, aeris, ignis:* *Origenis*
*Quippe meis atris terrarum eſt cura moloſſis.* *placitum de*
Origenis placitum de dæmonibus eſt: Dæmones qui proprio *dæmonibus*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

arbitrio cum principe ſuo diabolo ab Dei miniſterio receſſerunt, ſi paululum reſipiſcere cœperint, humana carne circundari, ut hac deinceps pœnitentia, poſt reſurrectionem eodem curriculo quo in carnem venerunt, ad Dei viſionem poſtliminiò redeant, liberati tunc etiamnum æthereis aereis corporibus: tuncq; genua Deo curvanda omnium cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, ut ſit Deus omnia in omnibus. Quin & Divus Irenæus probat Iuſtini martyris ſententiam, qui dixerit: Satanam nuſquam auſum dicere blaſphemiam adverſus Deum, priuſquam adveniſſet in terras Dominus, eò quòd nondum cognoſceret damnationem ſuam. Eſſe autem pleroſque ex lapſis dæmonibus, qui futuram ſuam ſalutem ſperent, plerique opinantur ex Pauli eremitæ hiſtoria, ab Hieronymo conſcripta, & per eccleſiam canonicis horis venerata: ex Brandini legenda, ita edocti, illorumque preces exaudiendas, vel hoc argumento adſerunt, quòd in Evangeliis legitur, Chriſtum exaudiſſe preces dæmonum, ac conceſſiſſe illis, quòd ingreſſi ſint gregem porcorum. Adſtipulatur iſtis etiam Pſalmus ſeptuageſimus primus ſecundum noſtram ſupputationem, ſecundum ſupputationem autem Hebræorum ſeptuageſimus ſecundus: ubi nos legimus, Coram illo procident Æthiopes, & inimici ejus terram lingent: ibi juxta Hebraicam veritatem legitur, Coram ipſo flectent genua inhabitantes ſolitudinem, hoc eſt, aerei ſpiritus eum adorabunt, ut Cabaliſtæ adſerunt: & inimici ejus pulverem lingent: quod de Zazele atque ejus exercitu exponunt, de quo in Geneſi legitur: Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. & alibi dicit Propheta: Quia pulvis terræ panis ejus. Hinc Cabaliſtæ etiam dæmones nonnullos ſalvandos putant: quod etiam ſenſiſſe conſtat Origenem.

*Dæmones an ſalvandi.*

## *De corporibus dæmonum.* CAP. XIX.

DE corporibus dæmonum magna eſt recentiorum Theologorum cum philoſophis diſſenſio. nam Thomas adfirmat, Angelos omnes eſſe incorporeos, ſimiliter & malos dæmones: adſumere tamen quandoque corpora, quibus mox exuantur: & Dionyſius in divinis nominibus Angelos eſſe incorporeos conſtanter adfirmat. Auguſtinus tamen ſuper Geneſim ſic prodit: Dæmones aerea atque ignea dicuntur animalia: quia corporum aereorum natura vigent, nec per mortem diſſolvuntur, quoniam prævalet in eis elementum ad agendum aptius, quam ad patiendum. Idem aſtruere videtur,

Angelos



Angelos omnes ab initio creationis ſua corpora habuiſſe aerea, ex puriore ſuperioreque aeris parte formata, ad agendum idonea, non ad patiendum: eaq; poſt confirmationem bonis Angelis conſervata, malis autem in lapſu demutata fuiſſe in aeris craſſioris qualitatem, ut etiam igne poſſint torqueri. Quin & Magnus Baſilius, non dæmonibus modò, ſed & puris etiam Angelis corpora tribuit, veluti ſpiritus quoſdam tenues, & aereos atque puros. Conſentit his etiam Gregorius Nazianzenus. Apulejus non omnes dæmones putat habere corpora, ſiquidem in libro de dæmone Socratis: Genus aliud anguſtius (ait) dæmonum, qui ſemper a corporeis compedibus & nexibus liberi, procurantur certis precatibus. Verum Pſellus Platonicus & Chriſtianus. dæmonum naturam non putat eſſe ſine corpore: non id tamen Angelicum, & dæmonum corpus. nam illud omnis expers materiæ: dæmonicum vero quodammodo materiale, ſicut umbrarum corpora, & ſubjectum paſſioni, ut etiam percuſſum doleat, & igne exuratur in conſpicuos cineres, quod in Tuſcia aliquãdo factum memoriæ proditur. Et licet ſpiritale corpus ſit, maxime tamen ſenſibile eſt, & tactum patitur: & licet reſectum, coit rurſum recreatque, ſicut aer & aqua, interim tamen maxime dolet: hinc timent aciem ferri, & tela, & enſes. Hinc apud Virgilium Sibylla ait Æneæ:

*Tu invade vitam, vaginaq; eripe ferrum.*

Super quo dicit Servius, voluiſſe Æneam habere enſem conſecratum. Genera dæmonicorum corporum Orpheus quoq; deſcribit. Eſt quidem corpus unum, quod igne tantum conſtat, ſed viſum non patitur, quos igneos, & cœleſtes dæmones Orpheus vocat: alterum ignis aeriſq; mixtione contemperatum, unde ætherei, & aerei nuncupantur: cui ſi aqueum quiddam acceſſerit, tertium genus conſurgit, unde dicũtur aquei, qui quandoq; viſu percipiuntur: quibus ſi aliquid terreum addatur, ſed non ita craſſum, terrei dæmones nuncupantur: eoſque iam magis conſpicuos, noſtriſque ſenſibus occurrentes. Corpora autem ſublimiorum dæmonum Angelorum ex puriſſimo æthereo elemento coalita ſunt, nemini hominum temere viſibilia, niſi divinitus ſpeciem ſuam offerant: filis adeo texta ſunt ſplendidis, & uſque adeo tenuibus, ut radios omnes noſtri viſus tenuitate tranſmittant, & ſplendore reverberent, & ſubtilitate fruſtrentur: de quibus Chalcidius ait: Aetherei aereique dæmones, quia corpora eorum neq; tantum ignis habent ut ſint perſpicua, neque tantum terræ, ut ſoliditas eorum

*Varia dæmonicorum corporum genera.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tactui renitatur, totaque eorum compago ex ætheris ſerenitate, & aëris liquore connexa, indiſſolubilem coagmentavit ſuperficiem. Reliqui dæmones neque ita probabiles, neque ita incommodi, nec inviſibiles ſemper interdum conſpicui, in diverſas convertuntur figuras: exanguium quoque ſimulachrorum umbraticas formas induunt, obæſi corporis illuviem trahentes: habentque nimiam cum ſylva (quam malignam animam veteres vocabant) communionem, atque ex vicina terræ & aquæ, etiam terrenis voluptatibus ac libidine tanguntur: cujus generis ſunt lamiæ, & incubi, & ſuccubi, è quorum numero fuiſſe Meluſinam fortè non abſurda eſt conjectio: nullus tamen (quod Marcus arbitratur) dæmonum, alius mas cēſendus, alius fœmina, cùm hoc ſexuum diſcrimen ad compoſita pertineat, dæmonum verò corpora ſimplicia ſint: neque tamen unumquodq; dæmonum genus omnes figuras pro libito perficere poteſt, ſed igneis & aëreis facilis ea ſuppetit facultas ſeſe in omne id deformare, quod illorum concipit imaginatio: ſubterranei autem tenebroſi dæmones, quia eorum phantaſicum craſſi & inagilis corporis anguſtiis concluditur, eam nequit efficere diverſitatem figurarum, quam cæteri. Aquei autem, & qui humidam ſuperficiem terræ habitant, ex elementi mollitie mulieres plurimùm adſimulant, ex quo genere ſunt Najades, Diyades: qui verò inaquoſa & arida incolunt, corporibus aridioribus ſeſe mares exhibent, aut Satyros, aut Onoſcelos aſininis cruribus, Faunos, Sylvanos, & incubos: de quibus Auguſt. multos tradit experientia Magiſtra didiciſſe, illos ſæpè improbos extitiſſe mulieribus, earumque appetiiſſe, & peregiſſe concubitum: & quoſdam dæmones, quos Galli Duſios nuncupant, aſſiduè tentare libidinem.

*In dæmonibus nullus ſexus.*

### *De infeſtatione malorum dæmonum, & cuſtodia nobis adhibita bonorum dæmonum.* CAP. XX.

EST Theologorum communis ſententia, dæmones malos omnes ejus eſſe naturæ, ut deos pariter oderint, & homines: idcircò divina providentia dæmones nobis puriores præfecit propinquos, quibus nos tanquam paſtoribus ſeu rectoribus commendavit: ut nos quotidiè adjuvent, dæmonesque malos arceant, compeſcant, & religent, ne noceant nobis quantum vellent: quemadmodū legitur in Tobia, quod apprehendit Raphael dæmonium nomine Aſmodeus, & relegavit ipſum in deſerto ſuperioris Ægypti. De his ait Heſiodus: Ter decem mille ſunt ſuper terra viventes paſcente immortales Jovis cuſtodes



ſtodes mortalium hominum, qui utique obſervent juſtitias, & miſeranda facta, aërem induti, ubiq; euntes ſuper terram: nullus enim Principum, nullus magnatum incolumis perſiſteret, nō ulla mulier incorrupta remaneret, nullus hominum in hac ignorantiæ valle ad conſtitutum ſibi à Deo finem perveniret ſi boni dæmones nobis pro cuſtodia non adſiſterent: vel ſi mali dæmones malis hominum voluntatibus ſatisfacere permitterentur. Sicut igitur ex bonis dæmonibus unicuique proprius deputatus eſt cuſtos, corroborans ſpiritū hominis ad bonum: ita ex malis aliquis demittitur hoſtis, præſidens carni, & pruritui ejus, pugnatque pro nobis bonus cuſtos pro ſpiritu, adverſus hoſtem atque carnem: homo autem inter hos concertantes medius, & relictus in manu conſilii ſui, cui vult, victoriam præſtat: non poſſumus ergò Angelos accuſare, ſi gentes illis creditas ad veri Dei cognitionem, ad veram pietatem, & religionem non deducant, & in errores, & perverſum cultum labi ſinant: ſed illis imputandum eſt, qui ſpontè ſua à rectò calle declinarunt adhærentes ſpiritibus erroris, victoriam dantes diabolo: in manu enim hominis eſt cui velit adhęrere, & quem velit vincere: à quo ſi ſemel ſuperatus hoſtis dæmon eſt, ejus ſervus effectus eſt, victuſq; aliū ultra impugnare nequit: ſicut veſpa amiſſo aculeo. Cui ſententiæ adſtipulatur etiam Orig. in libro Periarchon, concludens, quod ſancti repugnantes adverſus malos dæmones, & vincentes, eorū minuunt exercitū, ne ultra fas ſit illi qui ab aliquo ſuperatus eſt, alterum deinceps moleſtare. Sicut igitur unicuiq; homini datus eſt ſpiritus bonus, ita etiam datus eſt ſpiritus diabolicus malus, quorum uterque unionem quærit cum ſpiritu noſtro, & illum ad ſe trahere nititur, & illi commiſceri, ceu vinum cum aqua: bonus quidē per bona opera ipſi conformia, nos in Angelos uniendo tranſmutat, ſicut de Joanne Baptiſta ſcriptum eſt in Malachia: Ecce ego mitto angelū meum ante faciem tuam: de qua tranſmutatione & unione ſcriptū eſt. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus efficitur cum eo. Malus etiam dæmon per mala opera nos ſibi conformis & unitos reddere ſtudet, ſicut de Juda ait Chriſtus: Nonne ego vos elegi duodecim, & unus ex vobis diabolus eſt; & hoc eſt quod ait Hermes, quando dæmon in humanam influit animam, ſemina propriæ notionis inſpergit: unde anima talis, ſeminibus conſperſa, furore prægnans, parit inde mirabilia, & qualiacunque dæmonum ſunt officia, bonus enim dæmon quando in ſanctam influit animam, extollit eam ad ſapientiæ lumen: malus verò dæmon in pravam tranſ-

*Gentium malitia Angelis non imputanda.*

*Malach. 3,*

6.

transfuſus animam, incitat eam in furta, in homicidia, in libi-
dines, & quæcunque malorum dæmonum ſunt officia. Boni
dæmones (ut inquit Iamblichus) animas perfectiſſime pur-
gant: exhibent inſuper alii nobis alia, ipſi præſentes dant cor-
pori ſanitatem, virtutem animo, menti ſecuritatem, quod in
nobis eſt letiferum, delent, calorem fovent, efficacioremque
reddunt ad vitam, & harmonia intelligibili menti lumen ſem-
per infundunt. An autem multi ſint hominis cuſtodes, vel u-
nus ſolus, inter ſe contendunt Theologi: nos plures putamus,
*Pſal. 90.* dicente Propheta: Angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant
te in omnibus viis tuis, quod teſte Hieronymo, non ſolum in
Chriſto, ſed in quocunque homine locum habet. Omnes ita-
que homines diverſorum ſpirituum miniſterio reguntur: di-
cunturque ad quemcunque gradum virtutum, meritorum &
dignitatis, qui ſe illis dignos præſtiterunt: qui vero indignos
hi a malis dæmonibus, ſimulatq; à bonis ſpiritibus, deponun-
tur & detruduntur uſque ad extremum miſeriæ gradum, pro-
ut eorum exquirunt mala merita: quicunq; autem ſublimio-
ribus Angelis attributi ſunt, hi aliis etiam hominibus præfe-
runtur, nam Angeli eorum curam habentes, illos evehunt, a-
liosque illis ſubiiciunt vi quadam occulta; quam etſi neuter il-
lorum percipit, ſentit tamen ſubditus jugum quoddam præſi-
dentiæ, à quo facile ſe abſolvere nequit, imo timet & revere-
tur vim illam, quam ſuperioribus ſuperiores influunt, & ter-
rore quodam inferiores in præſidentiæ timorem inducunt.
Hoc ſenſiſſe videtur Homerus, ubi ait, Muſas Jove genitas,
regibus Jove genitis indiviſas ſemper comites aſſiſtere, perq;
illos fieri eos venerabiles & auguſtos. Sic legimus M. Anto-
nium olim cum Octaviano Auguſto ſingulari amicitia jun-
ctum, ſæpe una ludere ſolitos: verum cum ſemper Auguſtus
victor abiret, magum quendam M. Antonium in hanc ſenten-
*Auguſti ge-* tiam ſubmonuiſſe: Quid tibi, ô Antoni, cum adoleſcente iſto?
*nius M. An-* Fuge illum, & vita, nam etſi tu natu grandior, & peritia rerum
*tonij genio* præſtantior es, etiam genere illuſtrior, & plurimum imperator
*præſtantior.* bella multa exantlaſti: tamen hujus adoleſcentis genium ge-
nius reformidat tuus, & tua fortuna illi ſubblanditur: ni pro-
cul fugeris, tota ad illum defectura videtur. Nonne princeps
homo eſt cæteris hominibus ſimilis? quomodo cum timerent
& revererentur cæteri homines, niſi terror divinus eum eve-
heret, & cæteris timorem incutiens eos deprimeret, ut ipſum
tanquam principem revereantur: quare nitendum nobis eſt,
ut expurgati recte agendo, ſublimiaq; ſequendo, etiam tem-
pora, &



pora, & loca opportuna eligendo, ſublimiorum potentiorum-
que Angelorum gradu committamur, qui de nobis curam ge-
rentes, aliis meritò præferamur.

*De obſequendo proprio genio, eiusq; natura indaganda.*

## CAP. XXI.

Sicut unaquæque regio in cœleſtibus certam ſtellam, cœle-
ſtemque imaginem obtinet, ſibi præ cæteris influentem: ita
etiam in ſupercœleſtibus certam nanciſcitur intelligentiam
præſidentem atq; tuentem, cum ſui ordinis infinitis aliis mi-
niſtris ſpiritibus, ſive dæmonibus, qui omnes communi voca-
bulo dicti ſunt filii Elohim ſabaoth, בניאלחימ צבאות,
hoc eſt, filii Dei exercituum. hinc quoties bellum, aut ſtragem,
aut regni alicujus deſolationem, populique ſubactionem de-
liberat Altiſſimus in iſtis inferioribus, tunc non ſecus, atque
hæc in terris ventura ſunt, præcedit conflictus ſpirituum illo-
rum in ſuperis, ſicut ſcriptum eſt in Eſaia: Viſitabit Dominus
exercituum ſuper exercitum excelſi in excelſo, & ſuper reges
terræ in terra, de quo ſpirituum ac præſidum conflictu, etiam
apud Danielem legimus, videlicet de principe regni Perſa- *Dan. 10.*
rum, de principe Græcorum, de principe populi Iſrael, eorun-
demque ad invicem conflictu. De quo etiam quondam ſen-
ſiſſe videtur Homerus, ubi cecinit:

*Tantus cœleſti rumor percrebuit aula,*
*Cum ſæva alterni ruerent in prælia divi.*
*Neptunum contra bellabat Phœbus Apollo.*
*Adverſus Martem certabat Pallas Athene.*
*Iunoni obſtiterat bello pharetrata Diana.*
*Latonam telis velucer Cyllenius urget.*

Veruntamen cùm in ſingulis regionibus ſunt omnis generis *Genius ad*
ſpiritus atq; dæmones, illi tamen præ cæteris ibi potentiores *loci muta-*
ſunt, qui ejuſdem ordinis ſunt cum præſide illius regionis. Sic *tionem mu-*
in ſolari regione præ cæteris vigent ſpiritus ſolares: in lunari lu- *tatur.*
nares, & ita de reliquis: atque ex hoc provenit atque conſe-
quitur, ut nobis loca & provincias mutantibus, varii ſeſe offe-
rant ſequanturque rerum & negotiorum noſtrorum eventus,
alibi & alibi fortunatiores: ubi videlicet dæmon genius no-
ſter majorem ſortitus fuerit potentiam, aut nos ejuſdem or-
dinis potentiorem ibi adepti fuerimus dæmonem. Sic ſolares
homines, ſi in ſolarem commigrârint regionem ſive provin-
ciam,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ciam, longè ibi fortunatiores reddentur: quia potentiores cõ-
modioreſq; ibi ſuos habituri ſunt duces, ſive genios, quorum
præſtanti ibidem præſidio, omnia ſua ſæpè etiam præter opi-
nionem, & ſuarum virium menſum, ad felices exitus perdu-
cuntur. Hinc eſt quod loci & regionis, & temporis electio, ubi
quis ſe ad ſui genii naturam & inſtinctum exercitet, habitet &

*Nominis mutatio non nunquam conducit.*

frequenter ad vitæ felicitatem plurimùm conducat. Conducit
etiam nonnunquam nominis mutatio, nam cum proprietates
nominum ipſarum rerum indices ſunt, táquam de ſpeculo de-
clarantes ſuarum formarum conditiones: inde fit, ut mutatis
nominibus, ſæpè res mutari contingat. Hinc Scriptura ſacra

*Genij natura unde dignoſci poſſit.*

non ſine cauſa introducit Deum, dum benedicturus eſſet Ab-
rahamo & Jacob, eorum nomina immutaſſe, & vocaſſe hunc
Abrahamum, illum Iſraelem. Naturam autem genii uniuſcu-
juſque hominis antiqui ſapientes ex ſideribus, & influxu eo-
rum, eorundemque aſpectibus, qui in geneſi cujuſq; verſan-
tur, cognoſcere docet: ſed tam diverſis & diſſidentibus inter
ſe inſtitutis, ut difficillimum ſit hæc cœlorum ſacramenta è
manibus eorum poſſe eripere. Nam Porphyrius ex ſtella ge-
nituræ domina, genium quærit. Maternos verò, vel inde, vel
ex planetis, qui plures ibi habent dignitates: vel ex eo cujus
domicilium ingreſſura eſt luna poſt illud, quod naſcente ho-
mine detinet. Chaldæi autem nonniſi aut à ſole, aut à luna ge-
nium inquirunt. Alii autem, & Hebræorum multi, ex aliquo
cœlorum cardine, aut omnibus illis, hunc exquirendum cen-
ſent. Alii bonum genium ab undecima domo, quam iccircò
bonum dæmonem vocant: malum autem genium à ſexta,
quam malum dæmonem appellant, requirunt. Horum itaque
cum laborioſa, & occultiſſima ſit inquiſitio, multò facilius ex
nobis ipſis genii noſtri naturam perquiremus, attendentes ad
ea, quæ è primæva ætate nullis contagiis diſtracta, aut ea quæ
expurgata mente ab inanibus curis, & ſiniſtris affectibus, a-
moriſque impedimentis ſuggerit animus, dictat naturę inſtin-
ctus, cœlumq; inclinat. Hæc proculdubio genii ſuadelæ ſunt,
qui unicuique datus eſt à principio ſuæ nativitatis, eò nos du-
cens & perſuadens, quò nos illis ſidus inclinat.

## *Triplicem uniuſcuiuſq; hominis cuſtodem eſſe, & à quibus ſingulus procedant.* CAP. XXII.

*Sacer dæmon.*

TRiplex unicuique homini dæmon bonus eſt proprius cu-
ſtos: unus quidem ſacer, alter genituræ, tertius profeſſio-
nis. Dæmon quidem ſacer hic juxta Ægyptiorum doctrinam
non ab



non ab aſtris, neque à planetis, ſed à ſuperna cauſa, ab ipſo dæ-
monum præſide, Deo, deſcendenti animæ rationali adſigna-
tur, univerſalis, ſupra naturam. Hic vitam animæ dirigit, co-
gitationeſque bonas menti ſemper exhibet, aſſiduè agens in
nobis illuminando, quamvis non ſemper animadvertimus:
ſed quando purgati ſumus atque tranquillè vivimus tunc à
nobis percipitur, tunc quaſi nobiſcum loquitur, ſuamque no-
bis communicat vocem, antea ſilentio præſens, ſtudetque aſ-
ſiduè ad ſacram nos adducere perfectionem. Hujus quoque
dæmonis auxilio, poſſumus malignitatem fati devitare: qui
ſi religioſè colatur à nobis probitate ac ſanctitudine, quod
Socratem feciſſe ſcimus, putant Platonici, mirè nos ab eo ju-
vari, tum ſomniis, tum ſignis, mala avertendo, bona anxius
ſoſpitando: quare concinentes Pythagorici. Jovem precari
conſueverunt, ut vel ipſe à malis abduceret, vel à quo dæmo-
num id poſſit præſtari monſtraret. Dæmon autem genituræ,

*Genituræ dæmon genius.*

qui & genius dicitur, hic à mundi diſpoſitione ſiderumque
circuitibus qui in generatione verſantur, deſcendit. hunc ſunt
qui opinantur animam jamiam in corpus deſcenſuram, ex dæ-
monum choro cuſtodem ſibi naturaliter ſecernere, nec tam
eligere ſibi hunc ducem, quàm viciſſim etiam ab illo optari in
tutelam: hic exequutor vitæ, atque cuſtos, eam corpori con-
ciliat, & communicatam corpori curat, hominemque ad hoc
ipſum officium adjuvat, ad quod naſcentem cœleſtia deputâ-
runt. Quicunque igitur genium fortunatum acceperint, red-
duntur in eorum operibus virtuoſi, efficaces, fortes & proſpe-
rantes: quapropter à Philoſophis benè fortunati, ſeu benè na-
ti dicuntur. Dæmon verò profeſſionis, hic datur à ſideribus,

*Profeſſionis dæmon.*

quibus talis profeſſio vel ſecta, quam homo aliquis profeſſus
fuerit, ſubjicitur, quem anima quando jam in hoc corpore e-
lectione uti cœperit, atque ſibi mores induerit, latenter optat.
Hic dæmon mutatur mutata profeſſione, tum pro dignitate
profeſſionis: digniores ac etiam ſublimiores adſunt nobis
profeſſionis dæmones, qui ſucceſſivè curant hominem, qui a-
lium & alium ſibi indies comparat profeſſionis cuſtodem,
prout conſcendit de virtute in virtutem. Quando itaque pro-
feſſio cum natura noſtra conſentit, ſimilis nobis atq; cum ge-
nio concors adeſt profeſſionis dæmon, vitaq; magis efficitur
tranquilla, felix atq; proſpera: quando verò profeſſionẽ genio
ſubimus diſſimilẽ vel contrariã, vita nobis redditur laborioſa
& diſcordantibus patronis perturbata. Sic evenit ut proficiat
aliquis in aliqua ſcientia, aut arte, aut miniſterio, exiguo tem-
pore

pore & labore, qui in aliis multo ſudore & ſtudio fruſtra laborat: & licet nulla ſcientia, nulla ars, nulla virtus ſit contemnenda, tamen ut proſpere vivas, feliciterque agas, inprimis cognoſce genium tuum bonum, & naturam tuam & quid tibi boni promittat diſpoſitio cœleſtis, atque horum omnium diſtributor Deus, qui diſtibuit ſingulis ut vult, horum exordia ſequaris, hæc profitearis: in virtute verſare, ad quam te ſummus diſtributor elevat atque conducit, qui Abrahamum juſtitia & clementia, Jſaac timore, Jacob robore, Moſem manſuetudine & miraculis, Joſue bello, Phineen zelo, Davidem religione & victoria, Salomonem ſcientia & præconio, Petrum fide, Joannem charitate, Jacobum devotione, Thomam prudentia, Magdalenam contemplatione, Matthã miniſterio excellere fecit. Itaque in qua virtute facilius te proficere ſenties, ad ejus apicem conſcendere cures, ut in uno præſtes, qui in omnibus non potes, in cæteris tamen quantum vales proficere ne contemnas: quòd ſi concordes habueris naturę & profeſſionis cuſtodes, geminum naturæ & profeſſionis ſenties profectum & augmentum: ſi vero diſpares fuerint, ſequere meliorem, nam melius aliquando fomentum percipies, egregiæ profeſſionis, quàm nativitatis.

*De lingua Angelorum eorumq; cum inter ſe, tum nobiſcum collocutionibus.* CAP. XXIII.

Dubitare poſſemus, ſi Angeli ſive dæmones cum ſint puri ſpiritus, ſermone aliquo vocali aut lingua, cum inter ſe, tum ad nos utantur, niſi Paulus alicubi diceret: Si linguis hominum loquar & Angelorum. Sed quis ſit iſte eorum ſermo, quæ lingua, adhuc apud multos in dubio verſatur. Putant enim plerique, ſi aliquo idiomate utantur, ipſum eſſe Hebræũ, quia hoc omnium fuit primum, emanavitque de cœlo, fuitque ante exortam in Babylone confuſionem linguarum, in quo data eſt à Deo Patre lex, & à Chriſto filio prædicatum Evangelium, & per Spiritum ſanctum data in Prophetis tot oracula: & cum omnes linguæ paſſæ ſint, & continuò patiantur varias immutationes & corruptiones, hæc ſola ſemper perſeverat inviolata. Præterea opinionis hujus evidens ſignum eſt, quod cum dæmones & intelligentiæ ſingulæ, ſingularum gentium cum quibus habitant, ſermonem exerceant: ſcientibus tamen Hebræorum ſermonem, nunquam in alio idiomate, ſed in illo ſolo loquuntur. Quomodo autem Angeli loquuntur, occultum nobis eſt ſicut & ipſi: nobis autem ut loquamur

*Angelorum ſermo qui.*

*Angelorum ſermo nobis occultus.*

quamur



quamur lingua neceſſaria eſt cum cæteris inſtrumentis, quæ ſunt fauces palatum, labia, dentes, guttur, pulmo, ſpiritalis arteria, & pectorales lacerti, qui motionis eius ab anima principium obtinent. Verum ſi quis procul alteri loquatur, vehemẽtiori clamore indiget: ſic propinquus in audientis aurem ſuſurrat: & ſi poſſet cum audiente ſtrictiori ſpiritu copulari, nullo prorſus ſono ſermo eius indigeret, ſed ſine ſtrepitu audienti, velut imago oculo aut ſpeculo illaberetur. Sic animæ a corpore egreſſæ, ſic angeli, ſic dæmones loquuntur, & quod homo facit ſenſibili voce, ipſi faciunt imprimendo ſermonis conceptum, in his quibus loquuntur, meliori modo, quàm ſi per audibilem vocem exprimeretur. Sic dicunt Platonici Socratem ſuum dæmonem ſenſu quidem percepiſſe, ſed nõ corporis hui⁹, ſed ſenſu ætherei corporis in hoc deliteſcẽtis: qua item ratione ab prophetis videri audiriq; ſolitos angelos credit. Avicenna illud inſtrumentum, qualiſcunque ea virtus ſit, per quam innoteſcere facit ſpiritus alteri ſpiritui, aut homini, quæ in mente ebulliunt, ab Apoſtolo Paulo angelorum lingua nuncupatur. Sæpiſſimé tamen etiam ſenſibilem vocem emittunt, ut in aſcenſione Domini clamantes: Uiri Galilæi quid ſtatis ſpectantes in cœlum. Et in vetere lege cum multis patribus ſenſibili voce loquuti ſunt: ſed hoc nõ niſi in adſumptis corporibus. Uerum quibus ſenſibus ipſi ſpiritus atq; dæmones noſtras invocationes preceſque audiant, noſtraſq; videant ceremonias penitus ignoramus. Eſt enim ſpirituale dæmonum corpus magna parte ubique & undique ſenſibile natura, ita quod abſque medio tangit, videt, audit, nihilque illis impedimento eſſe poteſt: nec tamen ea ratione, qua nos diſcretis organis ſentiunt, ſed fortè veluti ſpõgiæ aquam, ſic toto corpore ſua ſenſibilia quæque hauriunt, aut alio modo nobis ignoto, neque enim cuncta quæ videmus animantia, ſenſoriis eiſdem ſunt communita. nam & multa auribus carere novimus, tamen ſonum ab his concipi ſcimus, ſed qua ratione ignoramus.

*De nominibus ſpirituum, eorundemq; varia impoſitione, deq; ſpiritibus, qui præſunt ſtellis, ſignis, cardinibus cœli, & elementis* CAP. XXIV.

Spirituum tàm bonorum quàm malorum multiplicia & diverſa ſunt vocabula: eorum autem propria & vera nomina, quemadmodum aſtrorum, ſoli Deo nota ſunt, qui ſolus numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus illis nomina vo-

cat: quorum nulla à nobis niſi divina revelatione, cognoſci poſſunt. atque admodum pauca nobis in ſacris literis expreſſi ſunt. Verum Hebræorum magiſtri putant ſpiritibus ipſis ab Adamo nomina impoſita eſſe, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Adduxit Deus cuncta quæ fecerat ad Adam, ut nominaret illa, & quomodocunque vocavit rem, hoc eſt nomē illius.

*Homo ſpiritibus imponere poteſt.*

Hinc putant Hebræorum Mecubales, unà cum Magis eſſe in poteſtate hominis, & ſpiritibus nomino imponere, ſed illius duntaxat, qui iam ad hanc virtutem divino quovis munere, aut ſacra poteſtate diſignificatus & ſublimatus eſt: quia vero nequit ulla humana voce componi nomen, quod divinitatis naturam, omnimodamq; angelicæ eſſentiæ virtutem exprimere poſſit,

*Vnde ſpiritibus nomina imponũtur.*

iccirco ab operibus nomina ſpiritibus plurimum imponuntur: ſignificantia certum aliquod officiũ ſive effectum, qualis à ſpirituum choro deſideratur: quæ nomina tunc non ſecus atque oblationes & ſacrificia diis devota, efficaciam virtutemq; ſortiuntur, ad ſpiritualem aliquam ſubſtantiam deſiderati affectus operatricem de ſuperis & inferis educendam. Vidi ego & novi quendam inſcribentem in charta virginea nomen & ſignaculum ſpiritus cuiuſdam in hora Lunæ: quam cum dediſſet poſtea ad devorandum ranæ fluviali, & carmen quoddam obmurmuraſſet, remiſſa rana in aquam, mox pluviæ & imbres oborti ſunt: Vidi per eundem inſcriptum alius ſpiritus cum ſuo ſignacula nomen in hora Martis, idque corvo datum, quo poſt immurmuratum carmen dimiſſo, protinus ab eo cœli plaga quam ille involvaſſet, obortis nubibus fulmina, concuſſiones, horribiliaq; tonitrua conſecuta ſunt: neque tamen erant illa ſpirituum nomina ignotæ linguæ, nec alia quam officiorum illorum ſignificativa. Huius generis ſunt angelorum iſtorum nomina, Raziel, Gabriel, Michael, Raphael, Haniel. quæ ſonant, viſio Dei, virtus Dei, fortitudo Dei, medicina Dei, gloria Dei. Simili modo in malorum dæmonum officiis leguntur eorum nomina, luſor, deceptor, ſomniator, fornicator, & huiuſmodi plura. Sic accepimus ab antiquis Hebræorum patribus, nomina angelorum præſidentium planetis atque ſignis, Saturno, Zapkiel: Iovi, Zadkiel: Marti, Camael: Soli, Raphael: Veneri Haniel: Mercurio, Michael: Lunæ, Gabriel. Hi ſunt ſpiritus illi ſeptem, qui ſemper adſtant ante faciem Dei, quibus credita eſt diſpoſitio totius regni cœleſtis & terreni, quod ſub orbe Lunæ eſt. Hi enim (ut dicunt ſecretiores theologi) omnia regunt viciſſitudine quadam horarum, dierum & annorum, quemadmodum planetis



etis quibus præſunt, tradunt Aſtrologi: quos Triſmegiſtus Mercurius idcirco vocat ſeptē mundi gubernatores, qui per cœlos tanquam per inſtrumenta, coacervatis omnium ſtellarum & ſignorum influentiis, eas in hæc inferiora diſtribuunt. Sunt autem qui illos paulò diverſis nominibus ſtellis adſcribunt, dicētes, quòd Saturno præſit intelligentia nomine Oriphiel: Iovi, Zachariel: Marti, Zamael: Soli, Michael: Veneri, Anael: Mercurio, Raphael: Lunæ, Gabriel: & horum unuſquiſque mundum gubernat annis trecentis quinquaginta quatuor, & menſibus quaternis: & incipit regimen ab intelligentia Saturni, poſtquam per ordinem regnant intelligentiæ Veneris, Iovis, Mercurii, Martis, Lunæ, Solis: revertiturque deinde regimen ad ſpiritum Saturni.

*Abbatis Trithemij tractatus.*

Scripſit de iſtis ſpecialem tractatum ad Maximilianum Cæſarem Abbas Trithemius: quem qui medullitus examinaverit, magnam futurorum temporum cognitionem inde elicere poteſt.

*Angeli 12. ſignis præſidentes.*

Ex ſignis vero duodecim præſunt Arieti, Malchidael: Tauro, Aſmodel: Geminis, Ambriel: Cancro, Muriel: Leoni, Verchiel: Virgini, Hamaliel: Libræ, Zuriel: Scorpioni, Barchiel: Sagittario, Aduachiel: Capricorno, Hanael: Aquario, Gambiel: Piſcibus, Barchiel.

*Apocal. 1.*

De iſtis ſpiritibus præſidentibus planetis & ſignis, meminit etiam Ioannes in Apocalypſi: de prioribus in fronte inquiens, Et à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni Dei ſunt, quos reperi præſidere etiam planetis.

*Apocal. 21.*

In calce autem voluminis ubi ſupernæ civitatis fabricam deſcribit, teſtatur quod in duodecim portis ejus erant duodecim angeli.

*Angeli māſionis Lunæ.*

Sunt rurſus viginti octo angeli qui dominantur in viginti octo manſionibus Lunæ, quorum nomina per ordinem ſunt, Ceniel, Enediel, Amixiel, Azariel, Cabiel, Dirachiel, Scheliel, Amnediel, Barbiel, Ardeſiel, Neciel, Abdizuel, Iazeriel, Ergediel, Ataliel, Azeruel, Adriel, Egibiel, Amutiel, Kiriel, Bethnael, Geliel, Requiel, Abrinael, Aziel, Tagriel, Alheniel, Amnixiel.

*Ventorum quatuor angeli totidem.*

Sunt etiam quatuor angelorum principes, qui præfecti ſunt ſuper quatuot ventos, & ſuper quatuor partes mundi, quorum Michael præfectus eſt ſuper ventum orientalem: Raphael, ſuper occidentalē: Gabriel, ſuper borealem: Nariel, qui aliis Vriel dicitur, ſuper auſtralem.

*Elementorũ angeli.*

Adſignantur etiam elementis: aeri, Cherub: aquę, Tharſis: terræ, Ariel: igni, Seruph, aut iuxta Philonem, Nathaniel. Quiſque autem horum ſpirituum grandis princeps eſt, & habens poteſtatem multæ libertatis in dominio ſuorum planetarum & ſignorum, & in eorum temporibus, annis, menſ-

ſibus, diebus & horis, & in ſuis elementis, & partibus mundi, & ventis: & unuſquiſque illorum dominatur pluribus legionibus. Eadem ratione in malis ſpiritibus præſunt cæteris quatuor reges potentiſſimi, iuxta quatuor partes mundi, quorũ nomina appellantur, Vrieus, rex Orientis: Amaymon, rex Meridiei: Paymon, rex Occidentis: Egyn, rex Septentrionis, quos Hebræorum doctores fortè rectius vocant Samael, Azazel, Azael, Mahazael: ſub quib⁹ plures alii dominãtur principes legionum, & præſides: innumeri quoque privatorum officiorum dæmones. Quin etiam Græcorum vetuſti Theologi ſex dæmones numerant, quos Telchines vocant: alii Alaſtores appellant, qui hominib. malefici, Stygis aquam manibus haurientes, in terras ſpargunt: ex quo calamitates, peſtes, & fames conſequuntur: hiq; fuiſſe perhibentur Acteus, Megaleſius, Ormenus, Lycus, Nicon, Mimon. Cæterum qui angelorum & etiam dæmonum malorum diſtincta nomina, officia, loca, tempora, exactè noſcere cupit, illa in Rabi Simonis, Templorum volumine requirat, ac eiuſdem libro Luminum, atq; in tractatu de Magnitudine ſtaturæ, & in tractatu Templorum Rabi Iſmaelis, atque in omnibus ferè cõmentariis libri formationis, de iſtis copioſè ſcriptum inveniet.

*Quomodo Hebræorum Mecubales ſacra angelorum nomina è Sacris ſcripturis eliciant, atq; de ſeptuaginta duobus angelis, qui ferũt nomen Dei, cum tabulis Ziruph, & cõmutationum literarum & numerorum.*

## CAP. XXV.

SVnt & alia tàm bonorum quàm malorum ſpirituum ad ſingula officia deputata ſacra nomina, prædictis illis multò validiora, quæ ex Sacris ſcripturis ſecundum artem, quam deiſtis tradunt Hebræorum Mecubales, extrahuntur, ſicut etiam quædam nomina Dei ex certis locis eliciuntur. Horum generalis regula eſt, quòd ubicunque in Sacris literis aliquid de divina eſſentia exprimitur, ex eo loco divinum nomen ritè colligi poteſt: ubicunque verò in Sacris literis divinum nomen expreſſum invenitur, ibi miniſterium, quod illi nomini ſubiacet, perpende. Vbicunque ergo de Spiritus alicuius boni vel miniſterio, vel opere Scriptura loquitur, ex eo loco eiuſdem ſpiritus nomen, ſive boni, ſive mali, extrahi poteſt, hoc obſervato immobili canone, ut ex bonis bonorum, ex malis malorum ſpirituum acci ... nus ... nec albo nigrum, ne-



nec diem nocti, nec lucem tenebris confundamus: quod ex iſtis verſiculis veluti exemplo, eluceſcit:

Sint tanquam pulvis ante faciem venti, & angelus Domini propellens eos.

Sint viæ illorum tenebræ & lubricum, & angelus Domini perſequens eos.

יהיו כמוץ לפני רוח ומלאך יהוה דחה
יהי דרכם חשך וחלקלקות ומלאך יהוה רדפם

Pſalmo 35. apud Hebræos, apud nos 34. è quibus angelorum illorum nomina extrahũtur, מידאל Midael & מידאל de ordine Militantium. Sic ex verſiculo, Conſtitues ſuper eum impium, & Satan ſtet à dextris ejus. Pſalmo 109. apud Hebræos, apud Latinos autem 108.

הפקד עליו רשע ושטן יעמד על ימינו extrahitur nomẽ cacodæmonis Schihi שיעי quod dæmonẽ machinatorẽ deſignat. Eſt certus textùs in Exodo, tribus verſiculis contẽtus, quorum quilibet ſeptuaginta duob. ſcribitur literis, incipientes: Primus Vaiiſa ויסע, ſecundus, Vaiabo ויבא: tertius Vaiet ויט: qui unam in lineam extenſi, videl. primus & tertius à ſiniſtra in dextram, medius verò converſo ordine à dextra incipiẽs terminetur in ſiniſtrã, tunc ſingulæ tres literæ ſibi ſubalternatæ conſtituunt unum nomen, quæ ſunt ſeptuaginta duo nomina, quæ Hebræi Schemhamphoras vocant: quib. ſi in fine addatur nomen divinum El אל, vel Iah יה, producunt ſeptuaginta duo angelorum triſyllaba, quorum quilibet fert magnum nomen Dei, ſicut ſcriptum eſt: Angelus meus præcedet te, obſerves eum, eſt enim nomen meum in illo. Et hi ſunt qui præſident ſeptuaginta duob. quinariis cœleſtibus, totidemque nationibus & linguis, & humani corporis artubus, cooperanturque ſeptuaginta duobus ſynagogæ ſenioribus, totidemque Chriſti diſcipulis: & nomina eorum ſecundum extractionem quam faciunt Cabaliſtæ, patent in hac ſequenti tabella, ſecundum unum modum quem dicimus. Suntautem & alii plures modi ex eiſdem verſiculis fabricandi Schemhamphoras, ut cum omnes tres recto ordine ſibi ſubalternatim à dextra in ſiniſtram ſcribuntur, præter illos qui per tabulas Ziruph, & tabulas commutationum extrahuntur, de quibus in ſuperioribus mentionem fecimus. Et quoniam hæ tabulæ omnibus tùm divinis tùm angelicis nominibus inſerviunt, ideò illas etiã huic capiti ſubiungemus.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Tabulæ hic inſerendæ numero VIII. hac nota ſignatæ. **

*De inveniendis nominibus ſpirituum & geniorum à diſpoſitione corporum cœleſtium.*

CAP. XXVI.

TRadiderunt veteres Magi artem inveniendi nomen ſpiritus ad quemcunque deſideratum effectum, ex cœli diſpoſitione illud eliciens, puta propoſita tibi aliqua cœleſti harmonia, pro fabricanda imagine vel annulo, ſeu alia quovis opere, ſub certa conſtellatione peragendo, ſpiritum illius operis rectorem invenire ſi velis. Erecta cœli figura proiice literas ſuo numero & ordine à gradu aſcendentis, ſecundum ſucceſſionem ſignorum per ſingulos gradus complendo totum cœli circulum: tunc literis illis quæ ceciderint in loca ſtellarum, quarum præſidio uteris, iuxta earundem ſtellarum numerum, atq; fortitudines in numerum & ordinem extrà notatis, nomen ſpiritus cõſtituunt, boni ſcilicet: ſi vero ab initio gradus occidentis contra ſignorum progreſſum ſic feceris, ſpiritus reſultans erit de genere malorum. Eo artificio nonnulli Hebræorum & Chaldæorum magiſtri, naturam & nomen genii cuiuſque hominis perquirendum docent, ut videlicet cognito gradu aſcendentis alicuius nativitatis, coæquatisq; cæteris cœli cardinibus, tunc qui planetarum in illis quatuor cardinibus plures habuerit dignitates, quem Arabes Almutez vocant, ipſe prior notetur inter cæteros: & iuxta eum ſecundo loco, qui ſibi in numero dignitatum fuerit proxim', & ita per ordinom reliquos eorum, qui aliquam in prædictis cardinibus obtinent dignitatem: hoc ordine habito, ſcias verum eorum locum & gradum in cœlo, incipiensq; à gradu aſcendentis per ſingulos gradus ſecundum ordinem ſignorum proiicere 22. Hebræorum literas: tunc quæ literæ ceciderint in predictarum ſtellarum loca, notatæ & diſpoſitæ iuxta ordinem ſuperius in ſtellis inventum, & ritè ſecundum Hebraicæ linguæ rationem combinatæ, genii nomen conſtituunt, cui iuxta morem, aliquod divinæ omnipotentiæ monoſyllabum nomen, puta אל El vel יה Iah ſubiungitur. Quod ſi proiectio literarum fiat ab angulo occidentis, & contra ſucceſſionem ſignorum, & literæ, quæ ceciderint in Nadir (hoc eſt, punctum oppoſitum) ſupradictarum ſtellarum, quo diximus ordine coniungantur, nomen conſtituent genii mali: Verùm Chaldæi alia via procedunt, non enim accipiunt Almutez cardinum, ſed Almutez undecimæ domus, faciuntque per omnia, ut dictum eſt. Malum autem genium requirunt ab Almutez anguli duodecimæ domus, quam malum dæmonem vocant, proiicientes à gradu occidentis contra ſignorum progreſſum. Sunt etiã Arabes pleriq;, & nonnulli Hebræi, qui ex quinque hylegiorum locis nomen genii requirunt, & facientes proiectionem ſemper ab initio Arietis, & literis inventis iuxta hylegiorum ordinem apud Aſtrologos cognitum in ordinem redactis, coniunctisq;, nomen conſtituunt genii boni: mali autem genii nomẽ diciũt ex locis hylegiis oppoſitis, facta proiectione ab ultimo gradu Piſcium, contra ſignorum ordinem. Alii vero non loca hylegiorum, ſed loco Almutez ſuper quinq; hylegiis accipiũt, facientes proiectionem ab horòſcopo, ſicut in prioribus dictũ eſt. Atq; hæc nomina ita ſecundum proportionatos numeros ſidereo calculo diſtributa, iugatis alternatisque literis cõpacta, ſono licet & ſignificatione ignota, ex ſecretis philoſophiæ principiis neceſſe eſt confiteri plus poſſe in opere magico, quã nomina ſignificativa, dum attonitus in illorum ænigmata animus, totaque mentis acie intentus, divinum aliquod ſubeſſe firmiter credens, verba & omnia hæc, licet non intellecta, reverenter ſonat in gloriam numinis, cum ſpirituali pietatis affectu captivans ſe in illius obſequium.



*De arte calculatoria nominum eiuſmodi ex traditione cabaliſtarum.* CAP. XXVII.

EST adhuc aliud huiuſmodi nominum artificium, quod calculatorium vocant, & fit per tabulas ſequentes ingrediendo cum nomine aliquo ſacro, ſive divino, ſive angelico in columna literaria deſcendenti, accipiẽdo illas literas, quas in angulis communibus ſub ſuis ſtellis ſignisq; offenderis: quibus in ordinem redactis, ſpiritus nomen conſtituitur boni de natura illius ſtellæ vel ſigni, ſub quibus fueris ingreſſus: quod ſi fueris ingreſſus in columna aſcendente, ſumendo angelos communes ſupra ſtellas & ſigna in infima linea ſignata, nomen conſtituitur ſpiritus mali. Et hæc ſunt nomina ſpirituum ex quolibet ordine ſive cœlo miniſtrantium, tam bonorum quam malorum, quæ ſecundum hunc modum in nomen nomina totidem ordinum multiplicare potes, quatenus ingrediẽdo cum uno nomine aliud ſuperioris ordinis ſpiritus ex eodem elicere potes tam boni quàm mali. Principium tamẽ huius calculationis dependet ex nominibus Dei: omnis enim vox virtutẽ habet in magia, in quantum á Dei voce depẽdet,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Indeq; formatur. Itaq; ſcire debemus, omne angelicum nomẽ procedere debere ab aliquo nomine Dei primario: ideoq; angeli dicuntur ferre nomen Dei, iuxta illud quod ſcriptum eſt. Quia eſt nomen meum in illo. Itaq; ut bonorum angelorum nomina à malorum nominibus diſcernantur, ſolet illis ſæpè aliquid divinæ omnipotentiæ nomen ſubnecti, ut El, vel On, vel Iah, vel Iod, & cum illo ſimul pronunciari: & quoniã Iah nomen eſt beneficẽtiæ, & Iod nomen deitatis, iccircò hæc duo nomina non niſi angelorum nominibus apponuntur: nomen verò El, quod vim & virtutem importat, iccircò nõ modo bonis, ſed quandoq; etiam malis ſpiritibus adiicitur, neq; enim etiam mali ſpiritus abſq; Dei virtute, aut ſubſiſtere, aut aliquid agere poſſunt. Cæterùm ſciendum eſt, quoniam ſumendi ſunt anguli cõmunes eiuſdem ſtellæ atq; ſigni, niſi ingreſſum ſit cum nomine mixto, quemadmodũ ſunt nomina geniorum, & ea de quib. in capitulo præcedenti dictum eſt, quæ ex cœli diſpoſitionibus iuxta diverſarum ſtellarũ harmoniam componũtur. cum his enim quoties ingrediẽda eſt tabula, angulus communis ſumendus ſub ſtella vel ſigno literæ ingredientis. Sunt præterea qui iſtas tabulas adeò extendunt, ut arbitrẽtur etiam ſi cum nomine ſtellæ, vel officii, vel effectus alicuius deſiderati fiat ingreſſus, dæmon eliciatur & bonus & malus ad illud officiũ vel effectũ deſerviẽs. Simili ratione cũ nomine proprio perſonæ cuiuſvis ingrediẽtes, geniorũ nomina ſeſe extrahere poſſe cõfidunt, ſub illa ſtella quæ tali perſonę videbitur pręeſſe, prout ex Phyſiognomia, vel ex animi paſſionibus & inclinatione, ſive ex profeſſione & fortuna cognoverit illũ eſſe vel Martium, vel Saturnium, vel Solarẽ, vel de alterius ſtellæ natura. Et licèt huiuſmodi nomina primaria, ex ſuo ſignificato nullam vel modicã vim habeant: tamen huiuſmodi extracta nomina & ab illis derivata, maximæ ſunt efficaciæ, quemadmodum radii ſolares in ſpeculo cavo collecti, fortiſſimè quidem urunt, ſole tamen ipſo vix modicè calente. Eſt autem ordo literarum in iſtis tabulis ſub ſtellis & ſignis ferè cõſimilis, qualis eſt apud aſtrologos ordo decanorum, novenariorum, & duodenariorum. De hoc calculatorio artificio ſcripſit quondam Alphonſus Cyprius, & neſcio quis alius illud etiam Latinis characteribus accommodavit: verum quoniam uniuſcuiuſque linguæ literæ, quòd in primo libro oſtendimus, ſuo numero, ordine, & figura cœleſtem, divinamque originem habent, facilè conceſſero, hanc de nominibus ſpirituum calculationem, non modò per Hebræas literas, ſed

etiam



etiam per Chaldæas, Arabicas, Aegyptias, Græcas, Latinas, & quaſcunque alias fieri poſſe, tabulis ex illis ad imitationem præſidentium ritè fabricatis. Sed hic à pleriſq; objicitur, evenire in his tabulis plures diverſæ naturæ & fortunæ homines, non rarò ob nominis identitatem, eundem ejuſdemve nominis genium ſortiri. Sciendũ igitur eſt, non abſurdum putari, eundem dæmonem à pluribus animabus poſſe ſecerni, eundemq; pluribus poſſe præeſſe. Præterea ſicut diverſi homines eodem ſæpè nomine funguntur, ſic etiam diverſorum officiorum & naturarum ſpiritus poſſunt uno nomine, ac uno eodemq; ſignaculo ſive charactere notari, reſpectu tamen diverſo, nam ſicut ſerpens nunc Chriſti, nunc diaboli typum tenet. ſic eadem nomina, eademq; ſignacula, nunc alicui malorum dæmonum, nunc alicui bonorum angelorum ordini æquiparantur. Deniq; ipſa invocantis intentio ardens per quã intellectus noſter iungitur intelligẽtiis ſeparatis, facit ut nunc illum, nunc alium ſpiritum, licet ſub eodem nomine invocatum, habemus obſequentem.

*Sequuntur tabulæ calculationis nominum ſpirituum bonorũ & malorum ſub ſeptem planetarum præſidio, atq; ſub duodecim ſignorum ordine militantium.*

Tabulæ quæ hic inſeruntur hac nota ſignatæ. **

## *Quomodo nonunquam ſpirituum nomina accipiuntur à rebus ipſis, quibus præficiuntur.* CAP. XXVIII.

INvenio adhuc aliud nominum genus ab ipſis rebus, quibus ſpiritus ipſi præſident, illis impoſitum, tanquam mutuato illis nomine à ſtellis, aut hominibus, aut locis, aut tẽporibus, ſimilibusve rebus, divino nomine in clauſulam adiecto, hoc modo: Spiritus Saturni nuncupatur Sabathiel: ſpiritus Iovis, Zedekiel: ſpiritus Martis, Madimiel: ſpiritus Solis, Semeliel vel Semeſchiah: ſpiritus Veneris, Nogahel: ſpiritus Mercurii, Choahabiah vel Cochabiel: ſpiritus Lunæ, Iareahel vel Levanael. *Planetarum ſpiritus.* Simili ratione etiam nuncupant ſpiritus qui præſunt ſignis, ab ipſis videlicet ſignorum nominibus per ordinem, ab ariete, Teletiel, Suriel, Tomimiel, Sartamiel, Ariel, Betuliel, Maſniel, Acrabiel, Cheſetiel, Gediel, Deliel, Dagymiel: ac ſi à Latinis Vocabulis dicamus Ariel, Tauriel, Geminiel, Cãcriel, Leoniel, Virginiel, Libriel, Scorpiel, Sagittariel, Capriel, Aquariel, Piſciel: & à planetis Saturniel, Ioviel, Martiel, Soliach *Signorum ſpiritus.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Veneriel Mercuriel, Lunael vel Lunaiah. Quia verò (quod etiam ſuprà diximus) omnes ſpiritus tam boni quàm mali unionem quærunt cum homine, quam non rarò quodammodo etiam adſequuntur, unde in Sacris literis homines nonnullos & deos, & angelos & diabolos vocatos legimus: ita etiam nomina illorum qui ſingulari aliqua virtutis excellentia præditi, aut pertinaci aut immedicabili malitia obſtinati ab hoc ſeculo migrârunt, inter dæmonum bonorum aut malorum nomina locum ſortita ſunt, numeranturque cum eiſdem ſive hominum illorum animas, ſive illorum genios bonos maloſve ſignificari putabimus. Sic legimus apud Eſdram nomen archan-

*Eſdr. 4.* geli Ieremiel, à Ieremia Propheta: ſic Zachariel, à Zacharia: Uriel, ab Uria Propheta, quem occidit Joachim, Similiter Samuel, Ezechiel, Daniel Prophetarum & Angelorum pariter nomina ſunt. Phaniel & Angeli & loci nomen eſt, in quo per totam noctem luctatus Jacob. Ariel Angeli nomen eſt, & dicitur quaſi leo Dei: nonnunquam & cacodæmonis nomen eſt & civitatis, quæ inde vocata Ariopolis, ubi colebatur idolum Ariel. Multa quoq; malorum dæmonum nomina in Sacris literis comperimus à peſſimis hominibus aut peſſimorū hominum habitationibus ortum accepiſſe, ſicut nomen Aſtoroth, quod nomen cacodæmonis eſt, eratque olim nomen civitatis Og Regis Baſan, in qua habitârunt gigãtes: ſimiliter Aſtaroth, olim civitas Amorrhæorum: Raphaim, vallis: & Jeramiel, regio Allophylorum. Idolorum quoq; & cacadæmonum nomina ſunt, ut Remma ſimulacrum idoli Damaſceni: Chamos, idolum Moab: Melchim, idolum, Ammonitarum: Bel, idolum Babiloniorum: Adramelech, idolum Aſſyriorum: Dagon, ido-

*Septem peccatores.* lum Allophylorum. Et narrat Philo fuiſſe Amorrhæis ſeptem ſimulacra aurea, quas vocabant ſanctas nymphas, quæ invocatæ, oſtenderunt Amorrhæis ſingulas horas opera eorum, & nomina eorum, nomina mulierum, quæ fuerunt uxores ſeptẽ virorum peccatorum, qui eas conſecraverunt poſt diluvium, videl. Chanaam, Phut, Selath, Nembrot, Ahirion, Elath, Deſuat, erantq; illis ſuperpoſiti lapides pretioſi ſculpti & conſecrati, quorum in uno virtus erat, ut cæcis lumen reſtitueret: nec potuit ignis exurere lapides: & libri ſacrati erant cum lapidibus qui ſimiliter non poterant igne cōburi, nec incidi ferro, nec aqua deleri, quouſq; auferret eos Angelus Domini, & ſepeliret in profundo maris. Jam verò etiam ſcimus quia Nebroth, Chordoilaormor, Balah, Amalech, regum nomina ſunt in cacadæmonum ordinem aſcita. Similiter gigantes cum dæmonibus



monibus communi vocabulo Enakim עֲנָקִים dicūtur, quia non participaverunt cum imagine Dei, hoc eſt, non acceperunt ſplendorem ſpiritualis intellectus, ſed ratio illorum multiplicavit ſpecies malas fraudum & peccatorum: ideoque non numerantur de ſpecie hominum (ut ait Rabbi Moyſes Ægyptiu) ſed de ſpecie beſtiarum & dæmonum, præterquā quòd habent figuram humanam: & tales (inquit) fuerunt filii Adæ, qui præceſſerunt, Seth poſt Abel, de quibus dixerunt ſapientes Hebræorum Adam genuiſſe Tochot תוכות hoc eſt, diabolos. Poſtquam autem invenit gratiam in oculis Domini, genuit Seth ad imaginem & ſimilitudinem ſuam: hoc eſt, qui ad imaginem Dei adeptus eſt perfectionem humanam, quam qui non habet, non numeratur de ſpecie hominum, propter pravitates, quæ ſunt cauſa omnis mali damni. Eſt etiā (teſte Porphyrio) Magorum ſententia, pravas animas in naturam dæmonum converti ac pernicioſas, ſicut & illi, fieri: cui atteſtatur etiam illud Chriſti verbū de Juda Iſcariote, inquientis: Nonne duodecim vos elegi, & unus veſtrûm diabolus eſt? Quos ideo dæmones adventitios nuncupant, quia ex humanis animis inter dæmones ſint centuriati. Unde & peſſimorum hominum, & dæmonum eadem nomina ſunt, ſive per hæc eorum animas, ſive malos genios vocemus, qui malorum hominum nomina, quaſi perſonas aliquas induerunt. Iam vero etiam & Behemoth, & Leviathan, beluas & dæmones ſignificant. His itaq; exemplis, cùm bonorum, tum malorum dæmonum nomina, curioſus inquiſitor facilè invenire & cognoſcere poteſt.

*De characteribus & ſigillis ſpirituum.* XXIX.

DE characterib. atq; ſigillis ſpirituum jam nobis dicendum eſt. Sunt autem characteres nihil aliud quàm ignorabiles quædam literæ & ſcripturæ, ſacra deorū & ſpirituum nomina à prophanorum uſu lectioneq; cuſtodientes: quas literas veteres hieroglyphicas ſive ſacras vocabant, quia ſolis deorum ſacris devotas: nefas ſiquidẽ arbitrabantur, ſacra deorum myſteria his characterib. committere, quibus prophana & turpia quæque apud communem plebem conſcribentur. Unde Porphyrius ait, veteres Deum & divinas virtutes celare volentes, per ſenſibiles figuras, & per ea quæ viſibilia ſunt, inviſibilia ſignificantes, quaſi ſacris literis magna myſteria tradidiſſe, & ſymbolicis quibuſdā figuris explicaſſe, ut cum pila & rotunda omnia, mundo, ſoli, lunæ, ſpei & fortunę dedicârūt: circulum, cœlo:

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

cœlo: circuli autem partes, lunæ: Pyramides & obeliſco igni atque diis Olympiis: cylindrum, ſoli & terræ: penem, generationi atque Iunoni, cui & propter muliebrem ſexum, figuram triangularem. Quare hoc genus characterum aliam radicem non habet, præter arbitrium & autoritatem inſtituentis illius inquam, qui huiuſmodi literarum inſtituendarum & conſecrandarum acceperit poteſtatem, cuiuſmodi apud diverſas nationes & religionum ſectas plures fuerunt ſacrorū antiſtites, quorum inſtituta ad nos pervenerunt, præter pauca quædam ſparſim aut per fragmenta ab autoribus tradita. Ex horum itaque characterum genere ſunt, quos notat Petrus Apponus ab Honorio Thebano traditos, quorum figura eſt talis ad noſtrum relata.




*Alius characterizandi modus, à Cabaliſtis traditus.*

CAP. XXX.

APud Hebræos plures characterum invenio modos, quorum unus eſt antiquiſſimus, ſcriptura videlicet antiqua, qua uſi ſunt Moyſes & Prophetæ, cuius forma nemini temere revelanda eſt, nam quibus hodie utuntur literis, ab Eſdra inſtitutæ ſunt. Eſt etiam apud eos ſcriptura, quam vocant cœleſtem, quia inter ſidera collocatam & figuratam oſtendunt, non ſecus, atque cæteri Aſtrologi ſignorum imagines è ſtellarum lineamentis educunt. Eſt etiam quam vocant ſcripturam Malachim vel Melachim, hoc eſt angelorum, ſive regalem. Eſt alia

eſt alia



eſt alia, quam vocant Tranſitus fluvii. Et horum omnium characteres & figuræ tales ſunt:

Scriptura cœleſtis.




Scriptura Malachim.




Scriptura Tranſitus fluvii.




Samech

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

Samech Nun Mem Lamed Caph Iod Theth



Tau Schin Res Kuph Zade Pe Ain.



Eſt adhuc alius modus apud Cabaliſtas, olim magna veneratione habitus, ſed hodie tam communis effectus, ut ferè inter prophana locum ſortitus ſit. Eſt autem talis: Dividantur viginti ſeptem Hebræorum characteres in tres claſſes, quarũ quælibet novem cõtineat literas: Prima ſcil. אבגדה וזחט quæ ſunt ſignacula numerorum ſimplicium, rerumq; intellectualium, in novem angelorum ordines diſtributorum, ſecunda tenet יכלמנסעפצ ſignacula denariorum, rerumq; cœleſtium, in novem orbibus cœlorum: tertia verò tenet quatuor reliquas literas, cum quinq; finalibus per ordinem, ſcilic. קרשתךםןףץ ſignacula centenariorum, rerumq; inferiorum, videlicet quatuot elementorum ſimplicium, & quinq; generum compoſitorum perfectorum. Has tres claſſes ſubinde in novem cameras diſtribuunt, quarum prima eſt trium unitatum, videlicet intellectualis, cœleſtis, & elementalis. Secunda eſt diadum. Tertia triadum: & ſic de reliquis. Formanturq; cameræ illæ ex interſectione quatuor linearum parallelarum, ſeſe in angelos rectos interſecantium, ſicut in hac ſequenti figura exprimitur:

| | | |
|---|---|---|
| גלש | בכר | איק |
| וסם | הנך | דמת |
| טצץ | חפף | זען |



Quia in partes diſſecata, egrediuntur novem figuræ particulares, ſcilicet:



Quæ ſunt novem camerarum ſuas literas characterizantium per ſupra ſcriptum notariacon: qui ſi unius puncti eſt, primam illius cameræ literam indicat: ſi duplicis, ſecundum: ſi triplicis, tertiam literam refert: ut ſi characterem Michael מיכאל formare velis, is egredietur talis, quinq; figuris excerpſus, ſcilicet:



Quæ deinde contrahuntur ad tres figuras, hoc modo:



Quæ deinceps contrahuntur in unam, puncta tamen notariacon ſolent omitti, evadit itaq; character Michaelis talis.



Eſt adhuc alius characterum modus, omnibus feré literis & linguis communis, atq; admodum facilis, qui fit per literarum colligantiam: ut ſi detur nomen angeli Michael characteres ejus formabuntur tales:

Hebraicè

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Hebraicè | Græcè | Latinè



Atque hic modus apud Arabes receptiſſimus eſt, nec eſt ſcriptura aliqua, quæ tam promptè atque eleganter ſibi connectatur, ſicut Arabica. Scire autem oportet quod angelici ſpiritus, cum ſint puri intellectus, & omninò incorporei, ſignaculis & characteribus, figuriſq; pingibilibus, aliiſve humanis nutibus non compelluntur, ſed nos eorum eſſentiam qualitatemq; ignorantes, ab illorum nominibus ſive operibus, ſive aliter pro noſtris affectibus characteres illis figuraſq; & ſignacula devovemus & conſecramus, non quibus illos ad nos ullo modo compellere poſſimus, ſed quibus nos ad illos adſurgamus, quatenus per eiuſmodi characteres figuraſque ignorabiles, primò ſenſus noſtros tàm intimos quam extimos in illos cōferimus, deinde rationis noſtræ admiratione quadam in ipſorum religioſam inducimur venerationem, atque exinde tota mente in extaticam rapimur ad orationem, ubi tunc fide mirifica, ſpe infallaci, amore vivifico, illos in ſpiritu & veritate veris nominibus characteribuſque invocantes, poſtulatam ab illis adſequimur virtutem.

*Adhuc alius characterum modus, atq; de ſignaculis ſpirituum, Quæ ſola revelatione recepta ſunt.*

## CAP. XXXI.

EST aliud characterum genus, ſola revelatione acceptum quod nulla alia ratione poteſt indagari: quorum characterum virtus eſt ex ipſo numine revelāte, cuius ſunt latentia quædam ſignacula, divinitatis alicuius harmoniam ſpirātia, vel ſunt veluti fœdera quædam, ſeu pacta initi fœderis inter nos & illos. Eius generis ſunt ſignaculum Conſtantino oſtenſum, quod crucem pleriq; appellant, Latinis literis inſcriptū IN HOC VINCE: & alterum revelatum Antiocho cognomine Soteris, in figura pētagoni. quod ſanitatem edicit. Nam



tam reſolutum in literas, edicit vocabulum ὑγίεια, id eſt, SANITAS, in quorum ſignorum fiducia & virtute utérque regum inſignem contra hoſtes victoriam reportavit. Sic Judas qui ob eam rem poſtea cognominatus eſt Machabæus, cum Judæis pugnaturus contra Antiochum Eupatorem, nobile illud ſignaculum מכבי ab angelo accepit, in cujus virtute primum quatuordecim millia cum ingenti numero elephantorum, deinde iterum triginta quinque millia hoſtium ſtraverunt: eſt enim hoc ſignaculum nominis quadriliteri repræſentativum, atque nominis ſeptuaginta duarum literarum per æqualitatem numeri memorabile ſymbolum: & expoſitio illius eſt מי במוך באלם יהוה id eſt, quis ſicut tu in fortibus tetragramme. Horum itaque memoratorum trium ſignaculorum figuræ formandæ ſunt tales.




Præterea de iſtis ſignaculis & characteribus loquitur Porphyrius in libro de Reſponſis, inquiens: Deos ipſos quibus rebus gauderent & quibus evocarentur, ſignificaſſe, & quæ ſibi offerenda eſſent: figuras quoque ipſas ſimulachrorum quales eſſe deberent, characteres quoque & figuras monſtraſſe, hæcque ſe de Proſerpinæ oraculo percepiſſe. Dicitque inſuper, Hecaten quomodo ſimulachra ſibi conſtituenda eſſent, præcepiſſe: & quod circundanda abſynthio: quòd pingendi domeſtici mures, quæ pulcherrima illi eſſent ornamenta, & animo ſuo gratiſſima, totque mures, quot ejus eſſent formæ, ſumendi tum ſanguis, myrrha, ſtorax, & alia quedā incendenda: quæ ſi fierēt, per ſomnium appareret, reſponderetq; hæc operanti. Sed ipſius Hecates oraculum ſubjicimus, ita enim ait:

*Hecates ſimulachrum & quo pacto ſacra illi facienda.*

*Oraculum Hecates.*

*Quale mihi facias ſimulachrum, adverte, docebo:*
*Sylveſtri e ſpe nata loco, atq; abſynthia circum*
*Ponito: tum totum cælato, & pingito mures,*
*Qui ſoleant habitare domos: pulcherrima ſunto*
*Hæc ornamenta, atq; animo gratiſſima noſtro.*
*Tum myrrham, thus, ſtyracem, ipſorumq; cruorem*
*Conterito pariter murum: ſacra deſuper indo*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*Verba cane: & tot vero adhibe, mureſq́; repone,*
*Quot mihi tu eſſe vides formas: tum ſumito laurum,*
*Exq́; eius trunco vaginam aptato: piaq́;*
*Tunc effunde preces ſimulacro, & debita ſolve*
*Vota: hæc ſi facies, per ſomnum, meq́; videbit.*

Ejuſmodi erant olim gentilium deorum, dæmoniorumq́; ſecreta myſteria, quibus ſe cogi, detineri & ligari poſſe, hominibus perſuadebant. Hinc docet Jamblichus & Porphyrius, oportere ſacros dæmones invocantem, unumquemq; proprio honore proſequi, & diſtribuere ſingulis quod cuique convenit, ex gratiis, oblationibus, donis, ſacrificiis, verbis, characteribus eorum conditioni congruis, & quàm ſimilimis, alias ipſam numinum ſive dæmonum præſentiam, optatumq; effectum nequaquam adſequetur: quin & invocati nocere conabuntur, eis præſertim, qui negligentius in ea re ſe habuerint.

*Quomodo alliciantur à nobis boni dæmones, & quomodo mali dæmones à nobis convincantur.*

## CAP. XXXII.

*Dæmones obteſtari quomodo oporteat.*

Efficacia religionis præſentia dæmonum ſortitur effectum, neque enim poteſt in religione fieri opus ullum mirabilis alicujus efficaciæ, niſi illic bonorum aliquis dæmonum adſit operis rector & impletor: dæmones autem boni, etſi à nobis diverſimodè alliciuntur, nullis tamen vinculis, vel vix ſaltem à nobis poſſunt aſtringi, ſed duntaxat ſacris quibuſdam obteſtari, ut apud Apulejum legimus, per cœleſtia ſidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna ſilentia, per adepta conceptitia, per incrementa Nilotica, & arcana Memphytica, & ſiſtra Phariaca. Et alibi apud Porphyrium. Tu qui è limo emerſiſti, qui ſedes in loco, qui navigio navigas, qui ſingulis horis formam commutas, & in ſingulis Zodiaci ſignis commutaris. His & ejuſmodi ſymbolicis orationibus atque hymnis, quia divinarum virtutum ſigna ſunt, dæmones nonnunquam humanis uſibus ſeſe accommodabant: non quod neceſſitate quadam compulſi, ſed ſponte & conſuetudine quadam, ac invocantium precibus victi, facilius accedunt, unde apud Porphyrium in libro Reſponſorum ait Hecate:

*Exorata tuis veni ſermonibus iſtuc.*

Et in eodem alibi ait:

*Victa hominum precibus cœleſtia numina terram*
*Coguntur petere, & fatus aperire futuros.*

Sed & divinitatis conſortium cum mente humana efficit, quòd ipſi boni ſpiritus nobis libēter adſiſtunt, ac potentiā virtutéq; ſuam



ſuam nobis communicant, quotidiè nos illuminationibus, inſpirationibus, oraculis, vaticiniis, ſomniis, miraculis, prodigiis, divinationibus, auguriis adjuvantes, operanteſque & agentes in noſtras animas, tāquam ſibi conſortes imagines, eas ſuis influxibus formando, ſibiq́ue ſimilimas efficiendo uſque adeò, quod anima noſtra ſæpè tam fermè mirabilia operetur, quam cœleſtes ſoleant dæmones. Mali verò dæmones à nobis convincuntur auxilio bonorum, præſertim quando obteſtator erga Deum ſanctimonia pollet, verbaq; ſacra, ſermonemque horribilem incantet, puta conjurando poteſtate divina, per veneranda ſupernaturalium virtutum nomina, & ſignacula, per miracula, per ſacramenta, per ſacra myſteria, & ejuſmodi. Quæ quidem conjurationes ſive exorciſmata, quatenus nomine religionis & divinæ virtutis fiunt, propter hoc timent eas maligni dæmones: unde etiam ſæpè prophani homines ſacris ejuſmodi conjurationibus, malos dæmones conſtringunt & abjiciunt, talia non ferentes. Unde Cyprian. in lib. Quod idola dii non ſunt, dicit: quòd dæmones adjurati per Deum verum, nobis ſtatim cedunt & fatentur, & de obſeſſis corporibus exire coguntur, & vel ſtatim exiliunt, vel gradatim evaneſcunt, prout fides patientis adjuvat, aut gratia jurantis aſpirat. Et Athanaſius in lib. de variis quæſtionibus ait: non exiſtere verbum terribilius, atque magis diſperdens poteſtatem dæmonum, quam initium 67. Pſal. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: quàm primum enim verbo dicto, mox ululans evaneſcit, & diſparet diabolus. Et Orig. contra Celſum ait, nominis JESU nuncupationem ſpectatum perſæpè, cum ex hominum animis, tum corporibus innumeros dæmones ejeciſſe, & in iis vim maximam exercuiſſe, è quibus dæmones fuiſſent excuſſi. Sæpè etiam ſolis minis & contumeliis malos dæmones, præſertim minores, ut lamias, incubos, & ejuſmodi vel aſtringimus, vel repellimus: quemadmodum legimus apud Lucanum de malefica illa inquiente:

*----- Iam vos ego nomine vero*
*Eliciam, Stygiosq́; canes in luce ſuperna*
*Deſtituam, per buſta ſequar, per funera cuſtos.*
*Expellam tumulis, abigam vos omnibus urnis.*
*Teq́; deis, ad quos alio procedere vultu*
*Ficta ſoles Hecate, pallenti tabida forma*
*Oſtendam, faciemq́; Erebi mutare vetabo.*

*Adſiſtentia Dæmonum ratio.*

Et apud Philoſtratum legimus, cum Apollonius & ſocii ejus lucente clara luna noctu iter facerent, lamiæ phantaſma illis



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

occurrit, modò in hanc, modò in aliam figuram ſeſe convertere, quandoque oculis repentè evaneſcere. Apollonius autem quidnam eſſet quàmprimum agnoſcens, gravibus, contumelioſiſque verbis illud increpans, ſocios ut idem facerent hortabatur: id enim contra ejuſmodi invaſiones optimum ſciebat eſſe medicamentum. Ejus dictis cum ſocii paruiſſent, ſtridens phantaſma, celeriter tanquam idolum refugit: adeò enim formidoloſum eſt hoc dæmonum genus, ut etiam ficto terrore, ac falſis, impoſſibilibuſque minis moveantur, & contremiſcant, & compellantur. Unde Chæremon ſacer ſcriba, hæc illa dicit eſſe, quibus maximè dæmones cogantur. Eſt præterea, quemadmodum ſuperius dictum eſt, quoddam dęmonum genus, haud adeò noxium, ſed & hominibus proximum, ita ut etiam paſſionibus afficiatur humanis, atque horum plures hominum converſatione gaudent, libenterq; habitant cum eidem: aliqui mulieres deperiunt, alii pueros, alii diverſorum animalium domeſticorum vel ſylveſtrium conſortio ſtantur: alii ſylvas & nemora incolunt: alii circa fontes & prata habitant. Sic Fauni & Lemures, campos: Najades fontes: Potamides, flumina: Nymphæ, ſtagna & aquas: Oreades, montes: Humedes, prata: Dryades & Hamadryades, ſylvas, quas etiam habitant Satyri & Sylvani, gaudentque arboribus & ceſpitibus eædem, ſicut Nepetæ & Agapetæ, floribus: Dodonę, glandibus: Paleæ & Feniliæ, pabulis & rure. Hos itaque quicunq; invocare voluerit, in locis ubi morantur, id facilè poteſt, alliciendo eos redolentibus fumigiis, ſonis dulcioribus, in fidib. & muſicis inſtrumentis, quæ ex certorum animalium inteſtinis, ligniſq; appropriatis fabrefactæ ſint: adhibitis etiam cantionibus, carminibus, incantamentis, ad hoc congruentibus: & quod in his maximum eſt, ipſum eſt ſimplicitas ingenii, innocentia animi, firma credulitas, & conſtans ſilentium: quocirca pueris, mulieribus, ac ex humiliori plebecula obſcuris homunculis ut plurimum occurrunt, conſtantes autem animos & audaces, à timore alienos fugiunt, atq; contremiſcunt: bonis & mundis inoffenſi, ſed malis & impuris hominibus noxii. Hujus generis ſunt etiam lemures, & lares & larvæ, reliquę mortuorum umbræ & terriculamenta. Hinc Plotinus ait: Animas hominum nonnunquam dæmones eſſe, & ex hominibus fieri lares ſi benè meriti ſunt, quos Græci Eudæmonas, hoc eſt, beatos dæmones vocant: lemures autem & larvas fieri, ſi malè meruerint, illoſque eſſe noxios dæmones, ex hominibus factos, quos Græci idęircò Cacodæmones dicunt: Manes au-

*Ex hominibus lares, lemures, & larvæ fiunt.*



nes autem vocari, quando incertum eſt benè an malè meriti ſint. Apparitionum illarum plura exempla ſunt, quale illud, cujus meminit Plinius Junior, de domo Athenodori Tharſenſis Philoſophi, in qua importuno ſtrepitu horridi ſenis ſimulachrum aſpiciebatur. Et Philoſtratus ſimile narrat de Lamia Menippi Lycii Philoſophi, in pulchram mulierem apud Corinthum converſa, quam Tyanæus Apollonius deprehendit lemurem eſſe. Idem quoque apud Epheſios ſimilem deprehendit ſub ſpecie mendici ſenis peſtilitatis eſſe cauſam, qui juſſu ſuo lapidibus obrutus, viſus eſt canis quaſi moloſſus, moxque peſtis ceſſavit. Illud ſciendum, quicunque in malis dęmonibus intellectualiter operabitur, per imperium bonorum ligabit illos: qui verò mundialiter ſolummodò operabitur, judicium ſibi operabitur ad gehennam.

## *De vinculis ſpirituum, eorumq; adiurationibus & exterminis.* CAP. XXXIII.

Vincula autem, quibus alligantur ſpiritus, obteſtanturque vel exterminantur, triplicia ſunt: quædam eorum enim ſumuntur ex mundo elementali, utputa quando adjuramus ſpiritum aliquem per res inferiores & naturales illi cognatas vel adverſas, quatenus illum invocare & exterminare volumus, ut per flores, per herbas, per animantia, per nives, per glacies, per tartara, per ignem, & hujuſmodi. prout hæc etiam divinis laudibus & benedictionibus & conſecrationibus ſæpè inſeruntur, ut patet in Cantico trium puerorum, & in Pſalmo illo, Laudate Dominum de cœlis: & in conſecratione & benedictione cerei paſchalis. Hoc ſiquidem vinculum operatur in ſpiritus virtute apprehenſiva, ſub ratione naturæ præſunt, favent, aliamque abhorrent: quemadmodum hujuſmodi res etiam inter ſe ſibi mutuo amori vel odio ſunt. Hinc illud Procli. Sicut leo timet gallum præcipuè album, ſic ſpiritus apparens in forma leonis, objecto gallo ſubitò diſparuit. Secundum vinculum ſumitur ex mundo cœleſti, quando videl. adjuramus per cœlum, per ſtellas, per horum motus, radios, lumen, gratiam, claritatem, nobilitatem, fortitudinem, influxum, mirabilia & hujuſmodi: & hoc vinculum operatur in ſpiritus per modum cujuſdam admonitionis & exempli. Habet etiam nonnihil imperii, maximè in ſpiritus miniſtros, & quæ ex infimis ordinibus ſunt. Tertium vinculum ipſum eſt ex mundo intellectuali atque divino, quod Religione perficitur: utputa cum adjuramus per Sacramenta, per miracula, per

*Ordo in vinculis ſervandus.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

diuina nomina, per ſacra ſignacula, & cætera religionis myſteria: quare hoc vinculum omnium ſupremum eſt, & fortiſſimum, agens in ſpiritus imperio & poteſtate. Illud autem obſervandum eſt, quod ſicut poſt univerſalem providentiam eſt particularis providẽtia, & poſt univerſalem animam particulares animæ: ita primò invocamus per vincula ſuperiora & per nomina atque virtutes, quæ regunt res, deinde per inferiora atque res ipſas. Sciendum etiam quoniam per hæc vincula non ſolum ſpiritus, ſed & omnes ligantur creaturæ: ut tempeſtates, incendia, diluvia, peſtes, morbi, vis armorum, & animalia quæque, adſumendo illa ſive per adjurationis modum deprecationis ſeu benedictionis: ut in adjuratione ſerpentum, præter naturalia & cœleſtia, commemorando ex myſteriis, & religione maledictionem ſerpentis in paradyſo terreſtri, erectionem ſerpentis in deſerto, adſumendo præterea verſiculum illum nonageſimi noni Pſalmi: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Superſtitio etiam in his plurimum pollet, per tranſlationem alicuius ritus ſacramentalis ad id quod ligare aut impedire intendimus: utputa excommunicationis, ſepulturæ, vel exequiarum, ad exterminandos morbos vel ſerpentes, mures vel vermiculos: quod in pluribus locis ſic factum legimus, & adhuc fieri conſuevit.

*Quæ per hæc vincula ligantur.*

*Superſtitio quantum valeat.*

*De ordine animaſtico atq; heroibus.* CAP. XXXIV.

POſt beatorum ſpirituum choros, proximus eſt ordo animaſticus, quem Hebręorum theologi Iſſim vocant, hoc eſt viros fortes & robuſtos: gentium magi, heroas nuncupant & ſemideos, ſive deos ſemones. Quos Fulgentius non contemnendus autor, ideò dictos putat, aut quia ob meriti paupertatem cœlo digni non cenſeantur, nec terreni tamen putentur propter gratiæ venerationem: cujuſmodi olim Priapus, Hippo, Vertumnus; aut quia divinis virtutibus, & in humanum genus beneficiis, in hac vita præcellentes: poſt exutum hunc mortalem hominem, in deorum beatorum choros tranſlati ſunt, eiſdem, quibus olim in hac vita virtutibus & beneficiis mortalibus perpetuò providentes: aut quia arcano ſuperum ſemine procreati ſunt, quos ex deorum ſive dæmonum cum hominibus commixtione genitos putant: ideòque mediam quandam naturam ſortitos, ut qui nec Angeli, nec homines ſint: quam opinionem ſequitur etiam Lactantius. Et ſunt adhuc hodie qui commercium, & conjugalem commixtionem





habeant cum dæmonibus: & jam creditum eſt ab omnibus, Merlinum Britannum vatem fuiſſe filium dæmonis, & virgine natum. Sed & Platonem ſapientiæ principem opinati ſunt de virginis partu, Apollinis phantaſmate oppreſſæ, natum. Et traditum eſt hiſtoriis, quaſdam Gotthorũ (quas Alrunnas vocant) & ſpecie & ingenio ſpectabiles fœminas, olim Filimiri, ſive (ut alii ajunt) Idanthireſi Gotthorũ regis caſtra egreſſas, in Aſiaticæ Scythiæ ſolitudines trans Mæotides paludes migraſſe: ibiq; à Faunis & Satyris compreſſas, primos Hunos progenuiſſe. Quin etiã auctore Pſello, dæmones nonnunquam ſemen jaciunt, ex quo animalcula quædam oboriuntur. Horumq; heroum non minor in his inferiorib. diſponendis regendiſq;, quam deorum dæmonumq; potentia eſt. habent ſibi ſua diſtributa & officia & præſidia. quocirca illis non ſecus atque diis ipſis templa, & ſimulachra & aræ & ſacrificia, & vota, cæteraq; religionis myſteria nuncupata ſunt, eorumq; invocata nomina divinas, magicaſq; virtutes ad miracula quædã peragenda habere: quod de Apollonii Tyanei nomine invocato, multos expertos eſſe narrat Euſeb. & plura ejuſmodi de Hercule, Atlante, Æſculapio, cęteriſq; gentium heroibus apud veteres legimus, cum poetas, tum hiſtoricos, & Philoſophos: ſed hæc ethnicorum deliramenta ſunt. De noſtris verò ſanctis heroibus credimus illos pollere poteſtate divina: dominantur verò omnib. illis (quod etiam Hebræorum atteſtantur Theologi) animæ Meſchiæ, ipſe eſt JESUS Chriſtus qui per diverſos ſanctos ſuos, velut accommodata ad hoc membra, diverſa ſuæ gratiæ munera in iſtis inferioribus adminiſtrat atque diſtribuit, & ſinguli ſancti peculiare cooperandi munus ſortiuntur. Unde per nos variis precibus & invocationibus implorati juxta multiformem gratiarum diſtributionem, ſinguli nobis ſua munera, ſua beneficia, ſuas gratias libentiſſimè impartiuntur, multò promptius, multò etiam abundantius, quàm angelicæ poteſtates, quò ipſi nobis ſunt propinquiores, atque naturæ noſtræ cognatiores: ut qui ipſi olim & homines fuere, humanoſque affectus infirmitateſque perpeſſi ſunt, eorum nomina, & gradus & officia nobis ſunt notoria. Ex horum itaque infinito fermè numero, duodecim Principes ſunt, ipſi videl. duodecim Chriſti Apoſtoli, qui (ut ait Evangelica veritas) ſedent ſuper duodecim tribunalia, judicantes duodecim tribus Iſraël: qui in Apocalypſi diſtributi ſunt ſuper duodecim fundamenta, ad duodecim portas cœleſtis civitatis, qui præſunt duodecim ſignis, & ſignati in duodecim lapidibus



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

preciosis, & diſtributus eſt illis orbis terrarum. Illorum autem vera nomina ſunt hæc: Primus שמעון הכפי Symchon Hacæphi, hic eſt Petrus: Secundus אלקוזי Alckuzi, quē vocamus Andream: Tertius יעקבה Jahacobah, hic eſt Jacobus major: Quartus פוליפוש Polipos, quem nuncupamus Philippū: Quintus ברכיה Barachiah, hic eſt Bartholomeus: Sextus יוחנה Johanah, quem pronunciamus Joannem: Septimus eſt תמני Thamni, hunc pronunciamus Thomam: Octavus vocatur מדון Medon, pro quo dicimus Matthæū: Nonus eſt יעקב Jahacob, hic eſt Jacobus minor: Decimus כסיפא Calepha hic eſt Thadæus: Undecimus שימאו Saman, qui eſt Simō Chananæus: Duodecimus מתתיה Mattiah, qui dicitur Matthias. Poſt illos ſunt ſeptuaginta duo Chriſti diſcipuli, qui & ipſi pręſunt totidem cœleſtium quinariis, & tribubus, & populis, & nationibus, & linguis: poſt quos innumera eſt ſanctorum multitudo, qui & ipſi diverſa officia, & loca, & nationes, & populos in ſua præſidia tutelamque recepêre, quorum manifeſtiſſima miracula ad fideles invocantium preces, palàm videmus atque confitemur.

*Apoſtolorum vera nomina.*

*De diis mortalibus atq; terrenis.* CAP. XXXV.

POſt iſtos proximi ſunt dii mortales, quos ſimiliter & heroas, & deos terrenos, ſive deorum ſupernorum complices vocamus: videl. reges, & principes, & pontifices, quibus mundus iſte regitur, eorumq; legibus diſponitur: quos idcircò tanquam deos ſuſpicimus, colimus & veneramur, quia ipſe Deus ſuum nomen communicari illis paſſus eſt, & propria appellatione id confirmavit, vocans illos deos, quemadmodū ad Moſen dixit, inquiens: Ego te dedi deum Pharaoni: & alibi de illis præcepit dicens: Diis non detrahes. & iterum: Si furtum latuerit, applicabitur dominus domus ad deos. & Pſalmiſta ait: Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abrahā, quoniam dii fortes terræ vehementer elevati ſunt, & alibi: Deus ſtetit in Concilio Deorum, in medio autem Deos dijudicat & paulò pôſt: Ego dixi dii eſtis, & Filii excelſi omnes. Jam verò etiam de illis colendis & venerandis præcepit, decimas & primitias illis decernens, & gladii jus tribuens, atque illis maledici vetans, obedientiamque illis præſtandam etiam licèt diſcolis præcipiens. Hinc antiquitas omnis Principes ſuos deos appellabat, & velut numina colebat: ſicut teſtatur Janus apud Ovidium, in primo Faſtorum inquiens:

*Tunc*



*Tunc ego regnabam, patiens cum terra deorum:*
*Eſſet & humanis numina mixta ſolis.*

Et divinus Plato libro tertio de Republica inſtituit principes tam vivos quàm mortuos divinis honoribus celebrandos eſſe: quæ inſtitutio apud omnes gentes, & à primo ævo ſemper recepta fuit, ſcilicet principes divinis honoribus deificare & æterna memoria conſecrare. Hinc urbibus, & provinciis & mōtibus, & fluminibus, & æquoribus, & inſulis & mari illorum, nunquam deſitura nomina imponebant: tum pyramides, coloſſos, arcus triumphales, trophæa, ſtatuas, delubra, ludos, feſta illis magna pompa dedicarunt: qui & cœlos: & ſtellas, & dies, & menſes, illorum nominibus vocarunt. Hinc Januarius à Jano, Julius à Julio, Auguſtus ab Auguſto: ſic dies Mercurii à Mercurio Trimegiſto, dies Jovis à Jove. quem morem non ſolum ab Ægyptiis, Græcis & Romanis obſervatum legimus, ſed etiam ab extremis barbaris, Gotthis, Danis, & Teutonibus. Hinc teſte Saxone grammatico, quem illi Mercurii diem vocant, iſti Othini diem appellant: quem illi à Jove, iſti Thor dicunt, ab Othino, & Thor Gotthorum, & Danorum olim regibus. Nec alia ratione Gotthi nuncupati ſunt, quàm quòd ſummum Deum eorum lingua nuncupat Gotthum. Hinc & Teutones dicti, quia quem colebant Deum Martem, nuncupabant Teutanem: quo nomine Galli etiam Mercurium vocabant. Sunt itaque reges & pontifices (modò juſti ſint) deorum complices, ſimilique poteſtate pollentes. Hinc ſolo tactu, aut verbo morbos curant, temporibus & cœlis nonnunquam imperant, ſicut de Auguſto cecinit Virgilius:

*Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula manè,*
*Diviſum imperium cum Iove Cæſar habet.*

Et de Joſue teſtatur Scriptura, qui pugnans in Gabaon præcepit Soli & Lunæ, inquiens: Sol contra Gabaon ne movearis, & luna contra vallem Aialon: ſteteruntque ad præceptum ejus ſol & luna, nec occubuit ſol ſpacio unius diei, donec ulciſceretur ſe de inimicis ſuis. & obedivit Dominus voci hominis. Diviſit etiam Moſes mare rubrum, & Joſue Jordanem & traduxerunt populum ſiccis pedibus. Simile fecit Alexander Macedo traducens exercitum. Nonnunquam etiam prophetico ſpiritu pollēt, ſicut de Caipha legimus in Scriptura ſacra, quod prophetavit, eo quod eſſet Pontifex anni illius. Cum igitur ita ſit, quod reges & pōtifices terræ Dominus voluit dici Deos, per communicationem nominis & poteſtatis: certè & nos decet de illis bene mereri, & illorum judicia noſtris anteferre.

planeque obedire, ſupplicare & adorare, & omni venerationis genere colere, atque ipſum ſummum Deum in illis revereri.

*De homine quomodo creatus ad imaginem Dei.*

## CAP. XXXVI.

*Mercurius Trimegiſtus.*

EXuperantiſſimus Deus (ut Trimegiſtus ait) duas ſibi ſimiles finxit imagines, mundum videl. atque hominem: in quorum altero luderet miris quibuſdam operationibus, in altero verò deliciis frueretur: qui cum ipſe ſit unus, mundum creavit unum: cum ipſe ſit infinitus, mundum creavit rotundum: cum ipſe ſit æternus, mundum creavit incorruptibilem & æviternum: cum ipſe ſit immenſus, mundum creavit omnium maximum: cum ipſe ſit ſumma vita, mundum etiam vitalibus ſeminibus exornavit, ex ſeſe cuncta gignentem: & cum ipſe ſit omnipotens, ſola voluntate ſua, non ulla naturæ neceſſitate mundum non ex præjacente materia, ſed ex nihilo creavit: & cum ſit ſumma bonitas, verbum ſuum quod eſt prima omnium rerum idea, optima ſua voluntate eſſentialiq; amore complexus, mundum hunc extrinſecum ad exemplar mundi intrinſeci, videl. idealis fabricavit nihil tamen extramittendo de eſſentia ideæ, ſed ex nihilo creavit, quod ab æterno habuit per ideam.

*Dei imago mundus: mundi homo.*

Creavit Deus etiam hominem ad imaginem ſuam: nam ſicut imago Dei, mundus eſt: ſic imago mundi homo eſt. Hinc putant quidam dictum eſſe, quòd homo non ſimpliciter imago Dei creatus eſt, ſed ad imaginem, quaſi imaginis imago: idcirco microcoſmus dictus eſt, hoc eſt minor mundus. Mundus animal eſt rationale, immortale: homo ſimiliter animal eſt rationale, ſed mortale, hoc eſt diſſolubile. Nam (ut inquit Hermes) cum mundus ipſe immortalis ſit, impoſſibile eſt partem ejus aliquam interire: mori igitur nomen vanum eſt, & quemadmodum vacuum nuſquam eſt mori, igitur dicimus hominem, quando anima & corpus ſeparantur, non ꝙ aliquid eorum intereat ſive convertatur in nihilum: veruntamen vera Dei imago verbum ſuum eſt, ſapientia, vita, lux & veritas, per ipſum exiſtens cujus imaginis, animus humanus imago eſt: propter quam ad imaginem Dei facti eſſe dicimur, non ad imaginem mundi aut creaturarum. Nam ſicut Deus nec tangi poteſt, nec auribus percipi, nec oculis intueri: ita animus hominis nec videri, nec audiri, nec tangi poteſt: & ſicut Deus ipſe infinitus eſt, & à nullo poteſt compelli: ſic & humanus animus liber eſt, & nec cogi nec menſurari poteſt, tum ut Deus

*Mortis nomen vanũ.*



Deus totum hunc mundum, & quicquid in eo eſt ſola mente generalis illum humanus animus ẽt cogitatione complectitur; atq; ꝙ ſoli illi cum Deo peculiare eſt, ut Deus mundum totum ſolo nutu movet atq; gubernat: ſic animus humanus nutu ſolo corpus ſuum agit atq; regit. Animũ igitur hominis ſic verbo Dei ſigillatum neceſſe fuit ẽt corporeum hominem ad cõſummatiſſimum mundi exemplar induere. Homo itaq; alter mundus vocatus eſt, & altera Dei imago: quia in ſeipſo habet totum ꝙ in majori mundo continetur, ut nihil relictũ ſit, quod ipſum nõ ẽt verè & realiter in ipſo homine reperiatur. Et hæc omnia apud eum, eiſdem quib. in majori mundo officiis funguntur. Sunt in ipſo elementa, per veriſſimas naturæ ſuæ proprietates: Et in ipſo æthereum corpuſculũ animæ vehiculum, cœlo proportione correſpondens. Sunt in ipſo plantarum vita vegetativa, animalium ſenſus, cœleſtis ſpiritus, angelica ratio, menſq; divina: & omnium horum ſimul in unũ confluentium vera conjũctio, & divina poſſeſſio. Hinc in ſacris literis vocatur homo omnis creatura; nec ſolum homo alter mundus effectus ipſius partes omnes in ſe complectitur, ſed etiam ipſum Deum concipit & cõtinet. Hinc Xyſtus Pythagoricus ait, hominis animum eſſe templum Dei: quod etiam multò lucidius expreſſit Paul. inquiens: Templum Dei eſtis vos. idemq; pluribus locis ſacra Scriptura teſtatur. Eſt igitur homo expreſſiſſimum Dei ſimulacrũ quando homo omnia in ſe continet, quæ in Deo ſunt: ſed Deus per eminentiam quandam omnia continet virtute ſua, & ſimpliciter, ſicut omnium cauſa & principium: homini aũt dedit virtutem, ut ſimiliter contineret omnia, ſed actu & compoſitione quadam velut omnium nexus, vinculũ atq; nodus. Itaq; ſolus homo hoc honore gaudet, ꝙ cum omnib. ſymbolũ habet & cum omnib. operationem, cum omnib. converſationem. Symbolizat cum materia, in proprio ſubjecto: cum elementis, in quadrifario corpore: cũ plantis, in vegetativa virtute: cum animalib. in ſenſitiva, cum cœlis in æthereo ſpiritu, atq; in fluxu partium ſuperiorum in inferiores: cum Angelis, in intellectu, & ſapientia: cum Deo, in omnium continentia: conſervatur cum Deo & intelligentiis, per fidem & ſapientiam: cum cœlis & cœleſtibus per rationem & diſcurſum: cum inferioribus omnibus per ſenſum & dominium agitq; cum omnibus. & in omnia poſſe habet, etiam in Deum ipſum, illum intelligendo, & amando: & ſicut DEUS cuncta cognoſcit, ſic etiam homo omnia cognoſcibilia cognoſcere poteſt, cum pro objecto adæquato habeat ens in communi vel (ut alii

*Homo templum Dei.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

(ut alii dicunt) ipſum verum: nec reperitur aliquid in homine, non ulla diſpoſitio, in quo non fulgeat aliquid divinitatis: nec quicquam eſt in Deo, quod ipſum non etiam repræſentetur in homine. Quicunque igitur ſeipſum cognoverit, cognoſcet in ſeipſo omnia, cognoſcet inprimis Deum, ad cujus imaginem factus eſt: cognoſcet mundum, cujus ſimulachrum gerit: cognoſcet creaturas omnes, cum quibus ſymbolum habet: & quid fomenti à lapidibus, à plantis, ab animalibus, ab elementis, à cœlis, à dæmonibus, ab Angelis, & ab unaquaque re habere & impetrare poſſit, & quomodo ſingula ſingulis ſuo loco, tempore, ordine, menſura, proportione & harmonia aptare queat, & ad ſe trahere atque deducere, non ſecus atque magnes ferrum. Et Geber in ſua Alchimiæ docet neminem ad ejus artis perfectionem pervenire poſſe, qui illius principia in ſeipſo non cognoverit: quanto autem magis quiſque ſeipſum cognoſcet, tanto majorem vim attrahendi conſequitur, tantoque majora & mirabiliora operatur, ad tantamque aſcendet perfectionem, quòd efficitur filius Dei, transformaturque in eandem imaginem, quæ eſt Deus, & cum ipſo unitur, quod neque Angelis, neque mundo, nec cuiquam creaturæ datum eſt, niſi ſoli homini, poſſe ſcilicet filium Dei fieri, & uniri Deo: homine autem Deo unito, uniuntur omnia, quæ in homine ſunt, mens inprimis, deinde ſpiritus & animales vires, vegetandique vis, & elementa uſque ad materiam trahens ſecum etiam corpus, cujus forma extitit, deducens illud in meliorem ſortem, & cœleſtem naturam, quouſque glorificetur in immortalitatem: & hoc quod jam diximus, eſt peculiare hominis donum, à quo hæc dignitas divinæ imaginis ſibi propria eſt, & cum nulla alia creatura communis. Sunt alii autem theologi, qui tres hominis potentias, memoriam, intellectum, voluntatem divinæ Trinitatis imaginem adſignant: & ſunt qui ulterius progredientes, non tantum in tribus illis potentiis, quos vocant actus primos, ſed etiam in actibus ſecundis hanc imaginem locant: ut ſicut memoria patrem, intellectus filium, voluntas Spiritum ſanctum repræſentant: ſic etiam verbum ab intellectu noſtro productum, & amor à voluntate manans, ipſeque intellectus habens objectum præſens, & producens, eundem filium, ſpiritum atque patrem denotant: docentque ſecretiores theologi, quòd inſuper membra noſtra aliquid in Deo repræſentant, cujus gerant imaginem: quodque etiam in paſſionibus noſtris Deum repræſentamus, ſed quandam per analogiam, nam in Sacris literis legimus de Deo, i-

*Hominis perfectio & dignitas.*

ram,



ram, furorem, pœnitentiam, complacentiam, dilectionem, odium, ludum, delectationem, delicias, indignationem, & horum ſimilia: & nos de membris divinis aliqua loquuti ſumus in ſuperioribus, quæ huc congruere poſſunt. Mercurius etiam Triſmegiſtus divinam Trinitatem confeſſus, illam deſcribit intellectum, vitam & fulgorem, quæ alibi vocat verbum, mentem & ſpiritum hominemque ad imaginem Dei factum, eandem Trinitatem repræſentare ait: ineſt enim illi mens intelligens, & verbum vivificans, & ſpiritus tanquam fulgor divinus ſeſe undique diffundens, omnia replens, movens & connectens: non tamen hoc intelligendum de ſpiritu naturali, qui eſt medium, per quod unitur anima cum carne & corpore, per quem corpus vivit, & operatur, & unum membrum operatur in aliud, de quo ſpiritu in primo libro locuti ſumus: ſed hic agitur de ſpiritu rationali, qui tamen etiam corporeus quodammodo eſt: non tamen habet corpus craſſum, tangibile & viſibile ſed corpus ſubtiliſſimum, & facile unibile cum mente ſcilicet ſuperiori & divino illo quod eſt in nobis. Nec miretur quiſpiam, ſi animam rationalem dicimus eſſe illum ſpiritum, & quid corporeum, ſive habere, & ſapere aliquid corporeitatis, dum eſt in corpore, & illo utitur tanquam inſtrumento, ſi modo intellexeritis quid ſit apud Platonicos æthereum illud animæ corpuſculum, ipſius vehiculum. Plotinus itaque & Platonici omnes poſt Triſmegiſtum ſimiliter tria ponunt in homine, quæ vocant ſupremum, infimum & medium. Supremum eſt illud divinum, quam mentem, ſive portionem ſuperiorem, ſive intellectum illuſtratum vocant, Moſes in Geneſi vocat ipſum ſpiraculum vitarum, à Deo videlicet, vel à ſpiritu ejus in nos ſpiratum. Infimum eſt ſenſitiva anima, quam etiam idolum dicunt. Paulus Apoſtolus animalem hominem nuncupat. Medium eſt ſpiritus rationalis utraq; connectens extrema, atque ligans, videlicet animam animalem cum mente, & utriuſque ſapiens naturam extremorum: differt tamen ab illo ſupremo, qui intellectus illuminatus, mens, lux & portio ſuprema dicitur, differt etiam ab anima animali, à qua nos illum ſeparare debere per virtutem verbi Dei docet Apoſtolus dicens: vivus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus. Sicut enim portio illa ſuprema nunquam peccat, nunquam malo conſentit, ſemperque errori reſiſtit, & ad optima hortatur: ſic inferior illa portio, & animalis anima, in malo & peccato, & concupiſcentia ſemper demergitur &

*Trinitatis miſterium agnovit Mercurius Triſmegiſtus.*

*Tria in homine ponunt platonici.*

trahit

trahit ad peſſima. De qua ait Paulus. Video aliam legem in membris meis, & captivantem me in lege peccati. Mens igitur ſuprema portio nunquam damnatur, ſed puniendis ſociis illæſa abit ad ſuam originem: ſpiritus verò, quæ rationalis anima à Plotino dicitur. cum ſit natura ſua liber, & utrique ad libitum adhærere poteſt: ſi ſuperiori portioni conſtanter adhæreat, illi tandem unitur & beatificatur, donec adſumatur in Deum: ſi adhæreat animæ inferiori, depravatur & demeretur, donec efficiatur malus dæmon, ſed hæc de mente & ſpiritu hactenus: de ſermone ſive de verbo nunc videamus; Hunc Mercurius ejuſdem ad immortalitatem precii exiſtimat. Eſt enim ſermo ſive verbum, ſine quo nihil factum eſt: nec fieri poteſt: quin eſt expreſſio exprimentis, & expreſſi, & loquentis locutio, & id quod loquitur, ſermo & verbum eſt: & concipientis conceptio, & id quod concipit, verbum eſt: & ſcribentis ſcriptio, & id quod ſcribit, verbum eſt: & formantis formatio, & quod format, verbum eſt: & creantis creatio, & quod creat verbum eſt: & facientis factio, & quod factum eſt, verbum eſt, & ſcientis ſcientia, & ſcitum, verbum eſt: & omne quod dici poteſt, non eſt niſi verbum & dicitur æqualitas: æquè enim ſe ad omnia habet, cum non ſit unum pluſquam aliud omnibus æqualiter largiens, ut ſint id, quod ſunt, nec plus nec minus, ipſumque ſenſibile ſe, & omnia ſenſibilia facit: ſicut lux ſe, & omnia viſibilia facit, ideoque verbum dicitur à Mercurio lucens mentis filius: conceptio autem qua mens ſeipſam concipit, eſt verbum intrinſecum à mente generatum, ſcilicet ſuiipſius cognitio: verbum autem extrinſecum, & vocale, eſt illius verbi partus, & oſtenſio, & ſpiritus cum ſono, & voce aliquid ſignificante ex ore procedens: verùm omnis vox noſtra, verbum atque ſermo, niſi Dei voce formetur, aëri miſcetur atque evaneſcit: ſpiritus autem & verbum Dei manent ſenſu & vita comitante. Omnis itaque ſermo noſter, omnia verba, omnis ſpiritus, & vox noſtra, nullam virtutem habent in magia niſi quatenus divina voce formentur: & Ariſtoteles ipſe in Meteoris & in fine Ethicorum, fatetur nullam eſſe virtutem ſive naturalem, ſive moralem, niſi per Deum: & in ſecretis dogmatibus, adſerit intellectum noſtrum bonum, & ſanum poſſe plurimum in naturæ ſecreta, dummodo adſit divinæ virtutis influentia, alias nequaquam. Sic & verba noſtra plurima producere poſſunt miracula, modò formentur verbo Dei, in quibus etiam unica noſtra generatio perficitur, ſicut inquit Eſaias; A facie tua Domine concepimus, ſicut mulieres rectè

*Sermo, ſive verbum.*



rectè concipiunt à facie maritorum, & peperimus ſpiritum. Huc quodammodo pertinet, quod apud Indorum Gymnoſophiſtas, quaſi per manus hujus opinionis authoritas traditur, Budam principem dogmatis eorum, è latere ſuo virginem generaſſe. Et apud Machometiſtas conſtans opinio eſt, pleroſq; quos ſua lingua Neſeſogli vocant, occulto quodam divinæ diſpenſationis modo, ſine carnali coitu naſci, quorum vita idcirco mirabilis & impaſſibilis ſit, & velut angelica totaque ſupernaturalis: ſed illis nugis dimiſſis, ſolus rex Meſſias, verbum Patris caro factum JESUS CHRISTUS hoc arcanum revelavit, quadam temporis plenitudine apertius manifeſtaturus. Mentem propterea per ſimilem ſibi (ut cecinit Lazarellus in Cratere Hermetis.

*Sermonemq; homini tam genitor dedit,*
*Vt diis conſimiles parturiat Deos*
*Senſu deſuper indito.*
*Felix ille nimis, qui ſua noverit*
*Sortis munera, perfecerit & libens.*
*Inter namq; Deos connumerandus eſt:*
*Nec diis eſt ſuperis minor.*
*Hi ſati reprimunt quæq; pericula,*
*Morborumq; fugant perniciem procul:*
*Hi dant ſomnia præſaga, feruntq; opem*
*Ærumnis hominum, dantq; mala impiis,*
*Dant præclara piis præmia, ſic Dei*
*Complent imperium patris.*
*Hi ſunt diſcipuli, hi ſunt filij Dei.*

Qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, nec menſtruatæ, ſed ex Deo nati ſunt. Eſt autem univoca generatio, in qua filius eſt patri ſimilis omnimoda ſimilitudine: & in qua genitum ſecundum ſpeciem idem eſt cum generante. Atque hæc eſt potentia verbi à mente formata in ſubjectum diſpoſitum ritè ſuſcepti, veluti ſemen in matricem ad generationem & partum coaliti: dico autem diſpoſitum, & ritè ſuſcepti, quia non omnia eodem modo verbi participes evadunt, ſed alia aliter. Et hæc ſunt de reconditiſſimis naturæ ſecretis, de quibus non eſt aliud publicè pertractandum.

*De anima humana, & per quæ media iungatur corpori.*

## CAP. XXXVI.

Anima humana eſt lux quædam divina, ad imaginē verbi, cauſæ cauſarum, primi exemplaris creata, ſubſtantia Dei, ſigillo-

*Anima humana quid.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſigilloque figurata, cujus character eſt verbum æternum Item anima humana eſt ſubſtantia quædam divina, individua, & tota cuique corporis parti præſens, ab incorporeo autore ita producta, ut ex agentis virtute ſolum, non ex materiæ gremio dependeat. Eſt anima numerus ſubſtantialis, uniformis, à ſe ipſum converſivus & rationalis, corpora omnia & materialia longo ſuperans intervallo, cujus partitio non eſt ſecundum materiam, nec ab inferioribus & craſſioribus, ſed ab efficiente cauſa proveniens, non eſt enim numerus quantus, ſed ſemotus ab omnibus corporeis legibus: unde nec dividitur, nec per partes multiplicatur. Eſt itaque anima divina, quædam ſubſtantia à divinis fontibus emanans, ducens ſecum numerum: non quippe illum divinum, quo opifex omnia diſpoſuit, ſed rationalem numerum, quo cum omnibus proportionem habens omnia intelligere poſſit. Talis itaque humana anima, juxta Platonicorum ſententiam, immediate procedens à Deo per media competentia corpori huic jungitur craſſiori: unde primo quidem in ipſo deſcenſu, cœleſti aereoque involvitur corpuſculo, quod æthereum animæ vehiculum vocant, alii currum animæ appellant: hoc medio juſſu Dei, qui mundi centrum eſt, in punctum cordis medium quod eſt centrum corporis humani, primum infunditur, & exinde per univerſas, corporis ſui partes membraq; effunditur, quando currum ſuum naturali jungit calori. per calorem ſpiritui ex corde genito: per hunc ſe immergit humorib. per illos inhæret membris, atque his omnibus æque fit proxima, licet per aliud in aliud transfundatur, quemadmodum calor ignis, aeri & aquæ hæret proxime, licet per aerem tollatur ad aquam. Ita patet quomodo immortalis anima per immortale corpuſculum, videlicet æthereum vehiculum, corpore clauditur craſſiore & mortali. Quando vero per morbum malumve ſolvuntur, vel deficiunt hæc media, tunc anima ipſa per ſingula media ſeſe recolligit, refluitque in cor, quod primum erat animæ ſuſceptaculum: cordis verò deficiente ſpiritu, extinctoque calore, ipſum deſerit, moritur homo, & evolat anima cum æthereo hoc vehiculo, illamque egreſſam genii cuſtodes dæmoneſque ſequuntur, & ducunt ad judicem, ubi lata ſententia, bonas animas Deus tranquille perducit ad gloriam, malas violentus dæmon trahit ad pœnam.





*Quæ divina dona homo deſuper à ſingulis cœlorum & intelligentiarum ordinibus accipit.*

## CAP. XXXVIII.

*A planetis quidnam homo accipiat.*

Per ſeptem planetas tanquam per inſtrumenta à ſummo bonorum fonte, omnes virtutes in homines diffunduntur: per Saturnum ſublimis contemplatio: profunda intelligentia, gravitas judicii, firma ſpeculatio, ſtabilitas immobileque propoſitum: per Iovem inconcuſſa prudentia, temperantia, benignitas, pietas, modeſtia, juſtitia, fides, gratia, religio, æquitas, clementia, regalitas: per Martem imperterrita veritas, cōſtans robur & fortitudo, animoſitatis ardor, viſque agendi & practica, incorruptibiliſq; animi vehementia: per Solem nobilitas animi, imaginandi perſpicuitas, ſciendi & opinandi natura, maturitas, conſilium, zelus, juſtitiæ lumen, ratio & judicium recta ab iniquis diſgregans, lucem ab ignorantiæ tenebris purgans, veritatiſq; inventæ gloria, & charitas virtutum omnium regina: per Venerem fervens amor, ſuaviſſima ſpes, deſiderii motus, ordo, concupiſcentia, pulchritudo, ſuavitas, incrementi deſiderium, & ſuimet propagatio: per Mercurium penetrans fides & credulitas, dilucida ratiocinatio, interpretandi & pronūnciandi vigor, gravitas eloquii, acuitas ingenii, diſcurſus rationis, ſenſuumque mobilitas velox: per Lunam pacifica conſonantia, fœcunditas, vis generandi & augendi, creſcendi & decreſcendi, & moderata temperantia, fideſque quæ in apertis occultiſque verſans omnibus ducatum præbet, tum motus ad terrena pro modo vitæ colendæ, & augmentum ſibi cæteriſque tribuendum. Trahuntur autem principaliter iſti influxus à ſeptem illis intelligentiis, quæ ſtant ante faciem Dei, quæ animam virtutum illarum ſedem diſponunt. Planetæ autem tantummodo diſponunt corpus, reddentes complexionem tractabilem, & ad omnia bona comproportionatam & contemperatam, ſuntq; velut inſtrumenta intelligentiarum: Deus verò & influxum & incrementum tanquā primaria cauſa omnibus præſtat. Qui itaq; animarum virtutes & varias diſpoſitiones ſcrutati ſunt, pro mediorū per quæ ad nos tranſitum habent diverſitate, varias naturas ſortiri dijudicant, & has cum corporibus ipſis non niſi per ſtellas ipſas proportionatis conjungi. Sic in corpore à Iovio temperamēto conducto, animam opinantur infundi contemperatam à numine & intelligentia Iovis, & ſic de reliquis. Secundum quam diſpoſitionem ſi benè operetur anima in hoc corpore, purgata & expiata revertitur ad numen & manſionem à qua



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Ab angelicis ordinibus homo quid capiat.*

deſcendit. Iamque etiam ab angelicis ordinibus homo miris virtutibus corroborabatur, puta ab angelis; ut ſit divinæ voluntatis nuncius, & divinæ mentis interpres: ab Archangelis, ut dominetur omnibus quibus illi præſidere datum eſt: beſtiis terræ, piſcibus maris, & volatilibus cœli: à Principatibus, ut ſubdantur illi omnia, ipſe omnium vires amplectens, & omnes ad ſe vi quadam occultiſſima & ſuper cœleſti attrahens: à Virtutibus vim ſuſcipit, qua in hoſtes veritatis & præmii, pro quo in hac vita ſtadium currimus, conſtanter pugnans roboretur: à Poteſtatibus, præſidium adverſus humani hujus domicilii inimicos: à Dominationibus auxilium, quo ſubiicere poſſimus, quem ſemper nobiſcum gerimus domeſticum inimicum, debitumq; finem adſequamur: à Thronis unde compaginemur, & unde in nos ipſos collecti memoriam in illa æterna ſpectacula figamus: à Cherubinis mentis lumen, ſapientiæ vim, ſuper excelſas imagines & figuras, quibus divina ipſa contemplari poſſimus: à Seraphinis, ut perfecto amoris incendio ipſis tãdem inhæreamus. Hi ſunt gradus, hæ ſcalæ, per quas facilè aſcendunt homines ad quæcunque virtutum genera naturali quodam nexu & curriculo, pro varia diſpoſitione corporis & animi, atq; favore ſtellarum in diſponendo corpore, & intelligentiarum præſidentium illis, quarum in deſcenſu anima induit naturam, ſicut lux colorẽ vitri per quod tranſit, favente etiam ſuperna opificis virtute, a qua omne bonum, & ſine qua nihil boni nec perfecti attingi poteſt. Ideoq; in vanum laborant omnes, qui naturali curſu, inferiorum viribus & favore duntaxat confidentes, ad divina pertingere opinantur, quique in cœlis pedem figentes, à cœleſti favore ea capere nituntur, quæ à Deo uno ſuſcipi debent. Habent ſiquidem hæc inferiora, dico animalia, herbæ, lapides, metalla, ſuã vim ſubminiſtratam à cœlo: cœlum verò ab intelligentiis, hæ autem ab opifice, in quo omnia virtute maxima præexiſtunt: ſicut & in homine ipſo minore mundo non eſt membrum, quod non reſpondeat alicui elemento, alicui planetæ, alicui intelligentiæ, & alicui menſuræ, ac numerationi in archetypo, ſicuti ſuperius oſtendimus.

*Quomodo ſuperni influxus cùm ſint natura boni, in iſtis inferioribus depraventur, & malorum cauſa efficiantur.*

## CAP. XXXIX.

QUoniam omnis virtus & poteſtas deſuper eſt à Deo, ab intelligentiis & aſtris, qui nec errare, nec malum agere poſſunt



ſunt: neceſſe eſt mala omnia, & quicquid in iſtis inferioribus diſcors & diſſonum reperitur, non ex influentiæ malitia, ſed ex mala diſpoſitione recipientis provenire, ſicut rectè cecinit Chryſippus:

*Quàm falsò accuſant ſuperos, ſtulteq; queruntur*
*Mortales, etenim noſtrorum cauſa malorum*
*Ipſi nos ſumus, & ſua quenque vecordia lædit.*

Hinc Iupiter Ægyſthi caſus ab Oreſte interfecti reminiſcens, apud Homerum in Deorum concilio ait:

*O facinus, mortale genus nos numina primum*
*Incuſat, cauſamq; putat fontemq; malorum*
*Quæ veniunt: ſua ſed pereunt ob facta nefanda,*
*Cum præter fatum ſibi ſpontè incommoda quærant.*

Quando igitur ſubjecti perverſitas perverſe ſuſcipit influxus, vel ejus debilitas tolerare non poteſt efficaciam ſuperiorum, tunc ab influxu cœleſtium ſic in materiam diſcordiis plenam recepto, reſultat quid diſſonum & deforme, malumque cœleſtibus tamen viribus ſemper bonis permanentibus: quæ dum in ſe exiſtunt, & à datore luminum per ſanctas intelligentias & cœlos influuntur, quouſque ad lunam pervenerint, eorum influentia bona eſt, tanquam in primo gradu: deinde autem quando in ſubjecto viliori ſuſcipitur, ipſa etiam vileſcit, tunc enim propter diverſam recipientis naturam diverſimodè ſuſcipitur, & qualitatibus in eodem ſubjecto inter ſe diſſidentibus, & ipſa variatur & patiente ſubjecto patitur: unde ex omnibus tandem in ſubjecto comprehenſis, aliud quiddam quàm ſuperi influunt, reſultat. Itaque qualitas nocens in iſtis inferioribus longè aliena eſt ab influxu cœleſtium. Ideoq; ſicut lippientis calamitas luci, & incendium igni, & vulnera ferro, vincula & carceres judici imputari non debent, ſed malè diſpoſitis & malè operantibus: ita nec in cœleſtes influxus malorum culpa reiicienda eſt. Itaque in nobis benè diſpoſitis ſuperiorum influxus omnia cooperantur in bonum: malè autẽ diſpoſitis, & in quib. propter peccata noſtra divinũ illud quod nobis ineſt receſſit, omnia cedunt in malũ. Omniũ itaq; malorum noſtrorũ cauſa peccatũ eſt, quod eſt deordinamentũ & diſtemperamentũ animi noſtri: cui tunc ſi malè regente aut proſtrato, ac declinante ab eo quod cœleſtes influxus requirunt: rebellant omnia, & diſtemperantur in noſtrã perniciẽ: tunc in humano corpore aliàs temperatiſſimo & conſonantiſſima harmonia compoſito, oritur elementorũ diſtemperamentũ, inſurgunt humores mali, & etiã boni deordinati,

& ſegregati ab invicem, & viciſſitudine quadam corpus vexāt & torquent : tunc vehementiſſima ſentitur diſſonantia, aut ex ſuperfluitate, aut ex diminutione, aut ex extrinſeco accidēte, aut ſuperfluo cibo : unde ſuperflui gignuntur humores, eademque ex cauſa infirmitates ſuboriuntur, etiam animales ſpiritus amiſſo freno in pugnam congrediuntur : tunc cœleſtes influxus aliâs de ſe boni, redduntur illis nocui, quemadmodum lux Solis malè diſpoſitis: tunc Saturnus influit anxietatem, tædium, melancholiam, deliramenta, triſtitiam, pertinaciam, frigiditatem, blaſphemiam, deſperationem, mendacium, larvas lemurum, terriculamenta ſepulchrorum, expaveſcentiam buſtorum, irritamenta dæmonum. Iupiter autem tunc influit amicitiam & pituitarum occaſiones pravas, & tyrannidem: Mars impetuoſam iram, prophanam arrogantiam, audaciæ temeritatem, & ferocem pertinaciam: Sol autem ſuperbiam imperioſam, & inexplebilem ambitionem. Venus concupiſcentiæ deceptiones, laſcivos amores turpeſq; libidines: Mercurius fraudes, dolos, mendacia, machinationes malorum, & peccandi promptitudinem : Luna rerum omnium inſtabilem progreſſum, & quæcunq; ſunt humanæ naturę cōtraria. Atq; hoc modo homo ipſe propter ſuam cum cœleſtibus diſſimilitudinem, nocumentum ſuſcipit, unde beneficiū reportare deberet. Propter eandem cum cœleſtibus diſſonantiam (ut inquit Proclus) etiam ſubiiciuntur tunc homines malis dæmonibus, qui veluti Dei lictores in torquendis illis ſeſe expediunt. Tunc veniunt illis immiſſiones per angelos malos, quouſque debitis expurgationibus rurſus expientur, revertaturque homo ad cœleſtem naturam. Optimus igitur magus multa mala prohibere poteſt, à ſtellarum diſpoſitione profectura, cum eorum naturam præſentit, præveniendo, præcavendo & præmuniendo ne occurrant, & ne malè diſpoſitum ſubjectum, ſicut diximus, nocumentum ſuſcipiat, unde beneficium reportare deberet.

*Malis ſuperiora quæ influant.*

### *Quòd unicuique homini impreſſus eſt character divinus cujus vigore poteſt pertingere ad operandum mirabilia.*

### CAP. XL.

NOn mediocri experientia comprobatum eſt, inſitam homini à natura quandam dominandi & ligandi vim. nam quod teſtatur Plinius, elephas homini obvio in ſolitudine erranti, clemens placiduſq; demonſtrare viam traditur: idē veſtigia hominis prius quàm hominē animadvertēs, ab inſidiarum



rum metu contremiſcere, ſubſiſtere, circumſpectare, & expaveſcere dicitur. Eodem modo tygris, feris cunctis truculentior, viſo homine catulos protinus transferre dicitur: & plura his ſimilia legimus apud varios autores, qui de animalibus magnis voluminibus ſcripſerunt : verum unde cognoſcant animalia hęc hominem timendum, quem nunquam viderunt, & ſi ſæpè viderint & cognoverint, unde timēt, tantis illo magnitudine, viribus & velocitate præſtantiores: quæve ſit hæc hominis natura feris hunc timorem incutiens, omnes quidem illi animalium hiſtoriographi inquirunt & innuunt, ſed aliis reliquerunt docendum atque probandum. De hoc igitur Apollonius Tyaneus (ut legitur apud Philoſtratum) viſo puero ducente ingentem elephantem, roganti Damo, unde hęc tam vaſti animalis erga parvulum obedientia eſſet? reſpondit, id eſſe ex terrore quodam activo, homini ab opifice immiſſo: quem præſentientes inferiores creaturæ & animalia omnia ipſum hominem timent & reverentur, qui eſt velut character terrificus & ſignaculum Dei homini impreſſum, quo quæcunq; illi ſubiiciuntur, ſuperioremq; agnoſcunt, ſive ſervus ſive animal ſit : alioquin enim nec puer regeret armenta & elephantes: neq; rex perterreret populū, nec judex reos. Hic itaq; character hominibus à divina idea impreſſus eſt, quam Hebræorum Cabaliſtæ Pahad פחד vocant, & ſiniſtram & gladiū Dei. Neque verò tantummodò habet homo ſignum quod timeatur, ſed etiam quod diligatur, cujus idea in divinis numerationibus vocatur Heſed חסד quod clementiam ſignificat, & dextram & ſceptrum Dei. Ab his divinis numerationibus per intelligentias & ſtellas nobis imprimuntur ſigna & characteres, unicuiq; ſecundum capacitatem & puritatem ſuā, quæ ſigna primus protoplaſtes in omni integritate & plenitudine procul dubio poſſidebat, quando placida manſuetudine attracta, & terrore ſubjecta venerunt ad eum cuncta animantia veluti ad dominum, ut eis nomina imponeret. Verum pòſt prævaricationis peccatum à dignitate illa decidit, cum omnibus poſteris ſuis : neque tamen omnino character ille in nobis extinctus eſt, ſed quantò magis quis gravatur peccato, tantò magis à divinis iſtis characteribus longius abeſt, minuſq; recipit: & unde benignitatem & reverentiam recipere deberet, ipſe in aliorum cadit ſervitutem atque timorem, cùm animalium, tum hominum & dæmonum. Quod ſentiens Cain, timebat, inquiens ad Deum : Omnis qui inveniet me, occidet

*Hominem fragilem truces feræ cur timeant*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ne: beſtias quippe & dæmones timebat, non tam homines, qui pauciſſimi erant. Antiquitus autem multi homines qui in innocētia vivebant, optimam vitam agentes, adhuc illa fruebantur obedientia & poteſtate, ſicut Sampſon, David & Daniel in leones, Heliſeus in urſas, Paulus in viperam, & multi Anachoretæ habitabant in deſertis, in cavernis & ſpeluncis ferarū, non timentes, nec nocumentum ullum accipientes, ſicut enim per peccatum obtenebratur divinus ille character: ſic expurgato & expiato peccato, rurſus ille magis magiſque illuceſcit.

## *Quid de homine poſt mortem, opiniones variæ.* CAP. XLI.

OMnibus hominibus communiter ſemel mori ſtatutum eſt, mors omnibus fatalis eſt: ſed alia naturalis, alia violēta, alia voluntariè ſuſcepta: alia ob delictum humanis legibus irrogata, aut propter crimen infligente illam Deo, ut non naturæ debitum, ſed pro delictis pœnam reddidiſſe videantur: quam (ut dicunt Hebræorū magiſtri) Deus nulli remittit. Vnde tradidit conventus Ezechiæ, quòd poſt dirutam ſanctuarii domum, licèt nullus judiciariæ executionis ſuperfuiſſet ordo, tamen quadrifaria ſuppliciorum genera, quibus condemnari ſolebant, neminem mortis reum ſine retaliatione evaſiſſe, nā qui lapidibus mortem promeruerat, is diſpēſante Deo, aut tecto præcipitabatur, aut à feris conculcabatur, aut ruina aut caſu obruebatur: qui verò meruiſſet ignē, hic aut incendio abſumebatur, aut venenato morſu, aut ſerpentis ictu aut toxico vitam finivit: qui autem gladio interiturus fuiſſet, aut imperii violentia, aut populi tumultu, aut factione, aut prædonum inſidiis trucidabatur: qui laqueo ſuſpendendus erat, aut aquarum vortice ſuffocabatur, aut alia quavis ſtrangulatoria lue extinguebatur. Et hac doctrinæ ratione etiam magnus ille Origenes enarrandum cenſuit Chriſti euangelium. Qui gladio ferit, gladio perit. Quin & ethnici philoſophi ejuſmodi retaliationis ordinē Adraſtiam eſſe pronunciant, videlicet divinarum legum inevitabilem poteſtatem, qua futuris circuitibus rependatur unicuique pro ratione & meritis vitæ prioris, ut qui injuſtè dominabatur in vita priore, vita alia in ſervilem relabatur ſtatum: qui manus ſanguine polluerit, talionem ſubire cogatur: qui beſtialem vixerit vitam, in brutale corpus revolutus præcipitetur: de iſtis ſcribit Plotinus in libro de proprio cujuſq; dæmone, inquiens: Quicunq; proprietatem ſervaverunt humanam, homines iterum naſcuntur: quicunque verò ſolo uſi fuerint ſenſu, bruta animalia redeunt, ita tamen, ut qui

*Adraſtia.*

*Plotinus.*





qui ſenſu præcipuè unà cum ira, animalia fera exoriuntur: quicunque autem ſenſu per concupiſcentiam voluptatemque utantur, ſalacia & ingluvioſa animalia revertantur. Verum ſi non tam ſenſu unà cum his, quàm ſenſus degeneratione vixerint, unà cum ipſis plantæ repullulant, ſolum nanque vel maximè in his vitale viguit: omniſque illis cura fuit, ut in plantas commutarentur. Verum qui muſicis modulis nimium deliniti vixerunt, in cæteris non depravati, animalia muſica renaſcuntur. Et qui ſine ratione regnârunt, aquilæ fiunt, niſi pravitate aliqua ſint infecti. Qui verò civilem virtutem conſecutus eſt, homo revertitur. Et Salomon ipſe in Proverbiis, hominem nunc leonem, tygridem, urſum vel aprum appellat: nunc leporem, canem leporarium, aut cuniculum: nunc formicam, ericium, ſerpentem vel araneam: nunc aquilam, ſtellionem, gallum, vel avem aliam nominat, & multa hujuſmodi. Verum Hebræorum Cabaliſtæ animas in bruta præcipitari non admittunt; quę tamen penitus rationem excuſſerint, brutali affectui imaginationique relinqui in alia vita non abnuunt: ter quoque nec ampliùs animas huc revolui aſtruunt: quoniam numerus hic purgationi peccatorum abundè ſufficere videatur, juxtà illud Iob: Liberavit animam ſuam ne pergeret in interitum, ſed vivens lucem videret. Ecce hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos, ut revocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viventium. Sed jam tandem quid de mortuis ſenſerint veteres videamus. Cùm moritur homo, corpus in terram revertitur, de qua ſumptum eſt: mens unde deſcendit, in cœlos remeat, ſicut ait Eccleſiaſtes, Revertitur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redit ad Deum qui dedit illum: quod his verſiculis expreſſit Lucretius:

*Animæ ter in hanc vitā redeunt.*

*Cedit item retrò, de terra quod fuit antè.*
*In terras: & quod miſſum eſt ex ætheris oris,*
*Id rurſum cœli fulgentia templa receptant.*

Sed melius Ovidius his verſibus:

*Bis duo ſunt hominis, manes, caro, ſpiritus, umbra.*
*Quattuor iſta loca bis duo ſuſcipiunt.*
*Terra tegit carnem, tumulum circumvolat umbra:*
*Orcus habet manes: ſpiritus aſtra petit.*

Caro itaque derelicta, & vita defunctum corpus, cadaver nūcupatur: quod ut dicunt Hebræorum Theologi, linquitur in poteſtate dæmonis Zazelis, de quo dictum eſt in Scriptura: Terrā comedes omnibus diebus, & alibi: Pulvis terræ panis

*Caro.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ejus. Creatus eſt autem homo pulvis terræ, unde & dæmon ille dicitur Dominus carnis & ſanguinis, quamdiu corpus nõ fuerit juſtis exequiis expiatum & ſanctificatum. Hinc non ſine cauſa ordinarũt antiqui patres expiationes cadaveris: ut quod valdè immundum eſt, aſpergatur aqua benedicta, thurificetur incenſo, exorcizetur ſacris orationibus, illuſtretur luminibus, quouſque ſuper terram fuerit, demum ſacro in loco ſepeliatur. Hinc apud Homerum Elpenor: Te rogo (inquit) Vlyſſe, mei ſis memor, neq; inde diſcedens, me inhumatum relinque, ne inſepultus deorum ira fixam. Mens verò humana, cujus ſacra natura, & divinum genus exſtit, quia culpæ ſemper inſons, etiam omnis pœnæ expers evadit. Anima verò ſi bene operata fuerit, congaudet menti, & cum æthereo ſuo vehiculo egrediens, libera ad heroum choros tranſcendit, aut ſuperos petit: ubi omnibus ſenſibus & potentiis ſuis perpetua felicitate beata, perfecta omnium rerum cognitione, inſuper & divina viſione, ac regni cœlorum poſſeſſione fruitur: divinæque poteſtatis particeps, in inferiora hæc benefica, varia dona largitur, ceu immortalis DEUS: ſi malè egerit, mens judicat illam, atq; relinquit dæmonis arbitrio: at mœſta anima, ſine mente, vagatur apud inferos idolum, quam vocant imaginem, ſicut apud Vergilium conqueritur Dido:

*Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*

Quare hæc anima tunc expers intelligibilis eſſentiæ, furentis phantaſiæ imperio relicta, etiam corporearum qualitatum cruciatu ſubiicitur, cognoſcens ſeſe juſto Dei judicio, ob ſuam culpam, divina viſione, ad quam creata erat, perpetuò privatam; quæ quidem divina viſio, ſicut teſtatur Scriptura, eſt præſentia omnium malorum, quæ pœna eſt acerbiſſima, quam vocãt Sacræ literæ effuſionem iræ Dei. Hæc itaq; animæ imago, quandoque aëreũ corpus ingreditur umbram, qua involuta nunc conſulit amicos, nunc exagitat hoſtes, quemadmodum apud Vergilium Dido minatur Æneæ, inquiens:

*Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.*

Nam cum anima ſejuncta à corpore, perturbationes & memoriæ ſenſuſq; remanent, dicunt Platonici animas, præcipuè interfectorum, hoſtes exagitare, nõ tam humana indignatione id efficiente, quàm etiam divina Nemeſi ac dæmone providẽte & permittente. Sic ſpiritus Naboth (ut interpretantur Hebræorum magiſtri) quia in ipſius vitæ extremo cum ultionis deſiderio emigravit: factus fuit (ad explendũ vindictam) ſpiritus mendacii: & egreſſus eſt, permittẽte Deo, ſpiritus mendax

in ore

*Mens.*

*Anima.*



in ore omnium prophetarum, donec faceret aſcendere Achab in Ramod Galaad. Et Vergilius ipſe cum Pythagoricis & Platonicis, quibus adhæret etiam noſter Auguſtinus, fatetur animas ſeparatas eorum quæ in hac vita geſſerunt, nondum extinctam retinere memoriam atque voluntatem, ubi canit:

*----- Quæ gratia currum.*
*Armorumq; fuit vivis, quæ cura nitenteis*
*Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.*

Et Algazel in libro de Scientia divina, cæteriq; Arabes & Mahometiſtæ philoſophi, ſentiunt, quòd operationes animæ cõjuncto corpori communes, imprimunt in animam uſus & exercitii characterem: quo fortiter impreſſo utetur, ſeparata ad conſimiles operationes & paſſiones, quæ in vita non ſunt delectæ: itaq; licèt corrumpantur corpus & organum, non ceſſabit propterea operatio, ſed remanebunt affectiones & conſimiles diſpoſitiones. Et has animas priſci communi vocabulo manes vocant: quarum quæ in hac vita innocentes, aut virtutibus moralibus purgatæ: atque ut canit Vergilius: *Manes.*

*Qui manus ob patriam pugnando vulnera paſſi,*
*Quiq; ſacerdotes caſti, dum vita manebãt,*
*Quiq; pij vates & Phœbo digna locuti,*
*Invenias aut qui vitam excoluêre per artes*
*Quiq; ſui memores alios fecere merendo.*

licèt extra gratiam & fidei juſtitiam deceſſerint, putant illas pleriq; theologi, impatibiles in quoſdam campos fortunatos rapi: &, ut ait Vergilius:

*Devenire locos lætos & amœna vireta,*
*Fortunatorum nemorum, ſedeſq; beatas.*

Vbi fruamur miris quibuſdam voluptatibus: atq; etiã cognitione, cum ſenſitiva, tũ intellectuali, & revelata gaudere, forte etiam erudiri in fide & juſtitia, haud minus atque quondam ſpiritus illi, quibus Chriſtus prædicavit Evangelium in carcere. Nam ut certum eſt neminem ſine fide Chriſti poſſe ſalvum fieri, ita probabile eſt hanc fidem multis Paganis & Saracenis poſt hanc vitam prædicari in illis animarum receptaculis ad ſalutem, atque in illis veluti in communi cuſtodia detineri, donec tempus adveniat, quo maximus judex meritorum facturus ſit examen: à qua opione etiam Lactantius, & Irenæus, & Clemens, & Tertullianus, & Auguſtinus, & Ambroſius, & multi præterea Chriſtiani ſcriptores non abhorrent. Quæ verò impuræ incontinenteſque, & peccatis injuſtæ migrant animæ, non tam felicibus ſomniis agũtur, ſed horribilibus agun-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tur phantaſmatibus, lociſque deterioribus vagantur, nulla libera cognitione freti, niſi abſtracta per conceſſionem aut manifeſtationem, tum continua carnis & ſanguinis appetentia, ob corporeæ labis æruginem etiam ſenſui colores ſubiiciuntur, timentque gladios & enſes. Hæc proculdubio ſenſiſſe videtur Homerus, quando in undecimo libro Odyſſeæ introducit matrem Vlyſſis defunctam illi immolanti aſtantem: ſed illum nec cognoviſſe, nec allocutum eſſe, quantiſper ipſe evaginato gladio umbras à ſacrificii ſanguine prohibebat. Poſtquã verò ſuadente Tyreſia vate: de ſacrificio illo libaſſet mater, bibitque ſanguinem nebula nigrum, ſtatim cognovit filiũ, & lacrymans allocuta eſt. Verum Tyreſiæ vatis anima, nulla obſtante evaginati gladii prohibitione, etiam ante libatũ ſanguinem, & agnovit Vlyſſem, & allocuta eſt, & matris umbram adſtare indicavit. Quæ ergo animæ contracta in corpore ſcelerum vitia, in hac vita non expiârunt, illorum habitus ſecum ferentes apud inferos eluere coguntur, & expendere commiſſorum pœnas: quod poëta explicavit his verſibus:

*Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit:*
*Non tamen omne malum miſeros, nec funditùs omnes*
*Corporeæ excedunt peſtes, penituſq; neceſſe eſt*
*Multa diu concreta modis inoleſcere miris,*
*Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum*
*Supplicia expendunt.*

Quales enim ſunt mores & habitus hominum in hac vita, tales plerunque animam affectiones ſequuntur poſt mortem, quæ ſecum adhuc memori mente volutat, quæ quondam in vita geſſerat: quæ tunc eò intentius & acutius occurrunt, pro quanto ceſſant tunc varia vitæ officia, nutriendi, vegetandi, generandi, ſenſumque & humanorum negotiorum variæ occupationes & ſolatia, & craſſioris corporis obſtacula. Occurrunt autem tunc phantaſticæ rationi ſpecies illæ eò turbulentiores, maximeque furentes, quanto in ejuſmodi anima latet intellectualis ſcintilla plus aut minus ſopita, penituſve extincta, quibus tunc etiam à malis dæmonib. ſpecies aut falſiſſimę aut terribiliores ingeruntur: unde nunc in virtute concupiſcibili, concupiſcentia imaginarii boni, eorumque quæ quondam in vita affectaverat, torquetur, potiũdi facultate privata, quamvis nonnunquam ſibi videatur propemodum delicias ſuas adipiſci, ſed à dæmonibus ad pœnas acerbiores ab illis arceri: quemadmodum apud poëtas Tantalus à convivio: Sardanapalus, ab amplexu: Midas, ab auro: Siſyphus, à potẽtia: & has animas lemures vocârunt: quarum ſi qua domeſticarum



rerum curam agens, quietè domum habitat, lar dicitur familiaris. *Lemures.* Acerrimè autem in virtute iraſcibili torquentur, odio imaginarii mali, cujus perturbationes & ſuſpiciones falſiſſimas horribiliſſimaſque phantaſmata tunc incidunt, verſan- *Lares.* turque ſecum triſtes imagines, nunc cœlum in caput ruere, nunc flammarum impetu abſumi, nunc vaſto aquarum ſub gurgite mergi, nunc terræ hiatibus abſorberi, nunc ſeſe in varias beluas transformari, nunc à deformibus monſtris lacerari aut devorari, nunc per ſylvas, per maria, per ignes, per aera, per teterrima inferorum loca paſſim exagitari: nunc ſeſe à dæmonibus comprehendi & torqueri ſuſpiciunt: quæ omnia illis poſt mortem non ſecus contingere arbitramur, quàm in hac vita his qui phreneſi aut mania, ſive melancholico humore delirant, aut qui in ſomniis horribilibus viſis perterriti torquentur, ac ſi verè hæc illis contingerent, quæ tamen verè apud illos non ſunt, ſed ſolæ illorum ſpecies in imaginatione apprehenſæ: ſic & animas illas poſt mortem velut ſomniantes, horribiles peccatorum imagines perterrent, & conſcientia ſceleris agit per diverſa præcipites: quos iccirco Orpheus vocat populos ſomniorum, inquiens: Reſerari nequeunt portæ Plutonis, intus eſt populus ſomniorum. Tales itaque ſceleroſæ animæ nullis bonis ſedibus fretæ, quando in aëreo corpore vagabundæ quamlibet aſpectibus noſtris formam repræ- *Larva aut terriculamenta.* ſentant, larvæ dicuntur, aut terriculamenta: bonis quidem inania, ſed noxia malis: modò tenuioribus, modò craſſioribus exuviis, ſub diverſorum animalium & monſtrorum ſpecie, quorum moribus ſeſe olim, in vita ſimiles præſtiterunt occurrentes, ſicut canit poëta:

*Tum variæ illudunt ſpecies, atq; ora ferarum,*
*Fiet enim ſubitò ſus horridus, atraq; tygris,*
*Squammoſuſq; draco, & fulva cervice leæna.*
*Aut acrem flammis ſonitum dabit,*
*Omnia transformans ſeſe in miracula rerum,*
*Ignemque, horribilemq; feram, fluviumq; liquentem.*

Anima enim hominis immunda, quæ in hac vita nimium habitum contraxerit ad corporal. intimo quodam elementalis corporis affectu, aliud ſibi corpus ex elementorum vaporibus contexit, ex materia facili, quaſi hauſtu quodam reficiens corpus illud jugiter evaneſcens: cui inſuper veluti carceri & ſenſibili inſtrumento lege quadã divina mancipata, in illo patitur frigus & ignem: & quæcunq; corpus, & ſpiritum, & ſenſum offendunt, fœtores, ululatus, planctus, ſtridores, verbera, laceratus, & vincula, ſicut cecinit Vergilius:

*Ergo*

*Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum*
*Supplicia expendunt: aliæ panduntur inanes*
*Suſpenſæ ad ventos, aliis ſub gurgite vaſto*
*Infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni.*

Et apud Homerum in ejus Necyomantia Alcinous Vlyſſe narrat:

*Vidimus & Tytium celebrem telluris alumnum,*
*Expanſumq; novum corpus per iugera, cuius*
*Vtrinq; aſſidens contundit viſcera vultur.*

*Animæ pravæ in bruta præcipitantur.*

Nonnunquam animæ illæ non hæc figuralia corpora ſolum inhabitant, ſed nimio carnis ſanguiniſq; affectu, etiam in animalia ſeſe præcipitant, & reptilium brutorumque corpora, cujuſcunq; ſpeciei ingreſſa, dæmonum inſtar illa obſidentes, corripiunt. Adſtipulantur iſtis Pythagoras, & ante illum Triſmegiſtus, adſerentes pravas animas ſæpe in reptilia & bruta præcipitari. Neq; tamen illa corpora veluti eſſentiales formæ vivificant & informant, ſed inquilini more veluti carcerem inhabitant, ſive per indiſtantiam localem illis adſiſtunt, ut motor intrinſecus ſuo mobili; aut circa illa alligata cruciantur, ut Ixion ad ſerpentum rotas, Syſiphus ad ſaxum: neque ſolum obruta, ſed quandoque etiam homines corripiunt, ſicut de anima Naboth diximus, qui egreſſus eſt ſpiritus mendax in ore prophetarum. Hinc aſſeruere nonnulli, ſceleſtorum hominum vitas ſive ſpiritus, in quorundam corpora ingredientes, illos diu malè habere, & nonnunquam interimere. Quod multo meliori ſorte etiam beatis animis conceſſum eſt, ut bonorum angelorum inſtar nos habitare & illuſtrare poſſint: quemadmodum de Helia legimus, quòd ſublato eo ex hominibus, inclinavit ſpiritus ejus ſuper Heliſæum: & alibi legimus, abſtuliſſe Deum de ſpiritu qui erat in Moſe, & dediſſe ſeptuaginta viris. Magnum hic latet, ſed non timere revelandum myſterium. Quandoq; etiam (quod tamen rariſſimum eſt) tanta inſania aguntur animæ, ut non viventium modò corpora petant, ſed in relicta ſua cadavera quadam Stygia vi remigrent, & veluti redivivi horenda patrant facinora. Sicut legimus apud Saxonem Grammaticum, Aſuitum quendam & Aſmundum inter ſe communibus votis conjuraſſe, quemnam illorum vita prolixior excepiſſet, mortuo contumulandum: tandem Aſuitus morbo conſumptus, cum cane & equo ſuo vaſto mandatur antro: cum quo & Aſmundus ob amicitiæ juſjurandum vivus contumulari ſuſtinuit, cibo quo in longum

*Danica hiſtoria lib. 5.*

gum



gum tempus veſceretur illato. Tandem Ericus Sueciæ rex, eò loci cum exercitu pertranſiens, Aſuiti tumulum (theſaurum ineſſe ratus) perfrangens, adaperta ſpecu, eductum Aſmundum luci reſtituit: quem videns tetrò oris habitu, funebri tabo obſitum, & profluo ex cruda cicatrice ſanguine cruentatum (quippe Aſuitus noctibus redivivus, crebra collictatione lævam illi aurem abruperat) ſecti vulneris cauſam referre juſſit: quam ille narravit iis verſibus:

*Quid ſtupetis, qui relictum me colore cernitis?*
*Obſoleſcit nempe vivus omnis inter mortuos;*
*Neſcio quo Stygij numinis auſu*
*Miſſus ab inferis ſpiritus Aſuiti,*
*Sævus alipedem dentibus edit,*
*Infandoq; canem præbuit ori.*
*Non contentus equi, vel canis eſu,*
*Mox in me rapidos tranſtulit vngues,*
*Diſciſſaq; gena ſubſtulit aurem.*
*Hinc laceri vultus horret imago,*
*Emicat inq; fero vulnere ſanguis.*
*Haud impunè tamen monſtrifer egit.*
*Nam ferro ſecui mox caput eius,*
*Perfodiq; nocens ſtipite corpus.*

Non diſſimile huic refert Pauſanias, ex Delphorum interpretibus acceptum: eſſe videlicet dæmonium quoddam infernũ, quem Eurynomum dixerunt, qui mortuorum carnes abſumeret & devoraret, ita ut vix nuda relinquerentur oſſa. Legimus etiam in Cretenſium annalibus, manes quas ipſi Catechanas vocãt, in corpora remeare ſolitos, & ad relictas uxores ingredi, libidinemque perficere: ad quod evitandum, & quo amplius uxores non infeſtent, legibus municipalibus cautum eſt, ſurgentium cor clavo transfigere, notumq; cadaver exurere. Miranda proculdubio ſunt hæc, & opinioni fortè inimica videri poſſent, niſi fidem facerent latæ leges, & creditæ antiquitatum hiſtoriæ. Neq; demum in Chriſtiana religione alienum eſt, animas multas ante univerſæ carnis reſurrectioné, ſuis corporibus reſtitui poſſe: quin & multos credimus ſingulari Dei beneficio cum corporibus in gloriam adſumptos, multos etiam vivos deſcendiſſe in infernum: audivimuſque non rarò mortuorum corpora è ſepulchris per dæmones ſublata, proculdubio non in alium uſum, quàm incarcerandis torquendiſque ſuis manibus. Verum ad hos corporum carce-

res

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

res & vincula, accedunt etiam viliſſimorum ac teterrimorum locorum habitacula, ubi Ætnæi ignes, aquarum ingluvies, fulgurum & tonitruorum concuſſus, terrarum voragines, atque ubi regio lucis inops, nec radiorum ſolis capax, ignaraque ſiderum ſplendoris, perpetuis tenebris & noctis ſpecie caligat. Quò apud Homerum perveniſſe fertur Vlyſſes, ubi canit:

*Cymerios fama eſt populos hic eſſe, cavernis,*
*Perpetua nebula, cacaq; caligine merſos,*
*Quos oriens nunquam, nec cùm declinat in undas*
*Sol videt: æterna miſeri ſed nocte premuntur.*

Neq; verò omnia illa inanes nugæ ſunt, quæ de Patricii antro. Vulcani ſpeluncis, Ætneis crateribus, Nurſiæ ſecu, multi memoria prodiderunt atq; quæ inibi viderunt & cognoverunt teſtati ſunt. Narrant ſiquidem iſtis majora Saxo Grammaticus de Geruthi regia, & Vgarthiloci cavo: tum Plinius, Solinus Pythias, Clearchus, de maris ſeptentrionalis ſtupendis prodigiis, de quo & Tacitus in Druſi hiſtoria, Germanico pelago deviaſſe milites indicat, & varia rerum miracula in eo mari illis viſa teſtatur, vim ſcilicet turbinum, inauditas volucrũ ſpecies, monſtra maris ambiguas formas habentia, hominum atq; animalium: & in libro de Germania, Heldusios & Axionas, qui ſub vultu humano, membra cætera beſtiis æqualia gerunt, illic habitare ait: quæ proculdubio non niſi maniũ atq; dæmonum opera ſunt: de iſtis etiam Claudianus olim cecinit:

*Eſt locus extremum pandit quà Gallia littus,*
*Oceani prætentus aquis, quà fertur Vlyſſes*
*Sanguine libato populum moviſſe ſilentum.*
*Illic umbrarum tenui ſtridore volantum*
*Flebilis auditur queſtus, ſimulacra coloni*
*Pallida defunctaſq; vident migrare figuras.*

Narrat Ariſtoteles Æolias juxta Italiam inſulas, in Lipara tumulum quendam fuiſſe, ad quem noctu non tutò accederetur: ibiq; cymbala & crotalorum boatus, cùm inconditis quibuſdam cachinnis: tumultus etiam & inanes ſonos exaudiri accolæ cõſtanter aſſerebant. Eoq; loci aliquando ebrium juvenem acceſſiſſe, & ſub noctem apud tumuli ſpecum obdormiviſſe, ibiq; poſt tertium tandem diem à quæritantibus repertum, ac pro mortuo ſublatum: cumq; paratis exequiis educeretur funus, ſubito experrectum, multaq; quæ vidiſſet, quæque perpeſſus fuiſſet, magna omnium cum admiratione ſeriatim narraſſe. Eſt etiam in Norvegia mons quidam omnium



um formidoloſiſſimus, mari circumſeptus, vulgò Hecchebergiũ nuncupant, inferni ſpeciem præ ſe ferens, unde tantæ ejulantiũ lacrymabiles voces & clamores exaudiuntur, ut ad unũ fermè miliare circum horriſoni illi ſtrepitus dilatẽtur, quẽ inſuper horrendis clamoribus ingentes vultures atq; corvi nigerrimi circumvolantes, perterrefaciendo acceſſum prohibent, præterea fontes inde duo ſcaturiunt, unus intractabili frigiditate, alter intenſiſſimo calore intolerabiles, & cætera elementa longè excedentes. Eſt & in eadem regione ad meridionalem plagam promontorium Nadhegryn nuncupatũ, ubi dæmones loci in aëreo corpore in præſentia cernuntur ab omnibus. Eſt etiam in Scotia mons Doloroſus, horribili lamentantiũ ſtridore terrificus: & in Thuringia mons quem Horriſonũ vocant, ubi Sylvanos Satyroſq; inhabitare cum fama divulgavit, tum aliquorũ expertẽtia docuit, fidiq; ſcriptores teſtantur. Sunt in diverſis regionibus & provinciis iſtis ſimilia miracula: ſed & ipſe ego quæ meis oculis vidi, & manibus tetigi, hoc loci referre nolo, ne me ob rerũ ſtupendã admirationẽ ab incredulis de mendacio argui cõtingat. Neq; verò prętereundũ hic cenſeo, quid de animarũ receptaculis pleriq; ex noſtris ſenſerint, ab his quæ jam diximus non admodũ diſcrepantes: è quibus Tertullianus lib. 4. adverſum hæreſes Marcionis, ait: Apparet ſapienti cuiq;, qui elyſios aliquando audierit eſſe aliquale localem determinationem, quæ ſinus dicta ſit Abrahæ, ad recipiendas animas filiorũ ejus: eamq; regionẽ non cœleſtem, ſublimiorem tamen inferis, ubi conquieſcant animæ juſtorum, donec conſummatio rerum, reſurrectionem omnium plenitudine mercedis reſtituat. Quin & Petrus Apoſtolus Clemẽti de his rebus interroganti: Cogis me (inquit) ô Clemens, aliqua de ineffabilibus publicare: veruntamen quoadusq; proferre licet, non pigebit. Chriſtus, qui ab initio & ſemper erat, per ſingulas generationes piis, latenter licet, ſemper tamen aderat his præcipuè, à quibus expectabatur, quibuſq; frequenter apparuit: ſed non erat tẽpus, ut tunc reſolutis corporib. fieret reſurrectio: ſed hæc magis remuneratio videbatur à Deo, ut qui juſtus inveniretur, diutius permaneret in corpore, aut certè (ſicut de quodã juſta evidenter refertur in literis) quòd tranſtulerit eũ Dominus. Simili exemplo etiam cum cæteris geſtũ eſt, qui ejus voluntati placuerũt, ut ad paradiſũ tranſlati, ſervẽtur ad regnum: eorũ verò qui non ad integrũ potuere explere normam juſtitiæ, ſed aliquas in carne ſua malitiæ

*Tertullianus.*

*Petrus Apoſtolus.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

malitiæ reliquias habuere, corpora quidem reſolvuntur, animæ verò ſervantur in bonis lætiſque regionibus, ut in reſurrectione mortuorum cum corpora ſua receperint, ipſa jam reſolutione purgata, pro his quæ benè geſſerant æterna hæreditate potiantur. *Irenæus.* Ipſe quoque Irenæus in calce libri, quem adverſus hæreſes Valentinianorum conſcripſit, ait: Cum Dominus in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorũ erant, poſt deinde corporaliter reſurrexit, & poſt reſurrectionẽ adſumptus eſt: manifeſtum eſt quia & diſcipulorum ejus, propter quos & hæc operatus eſt Dominus, abibunt animæ in inviſibilem locum, definitum eis à DEO, & ibi uſq; ad reſurrectionem commorabuntur, ſuſtinentes reſurrectionem, poſt recipientes corpora, & perfectè reſurgentes, hoc eſt, corporaliter, quemadmodum & Dominus reſurrexit, ſic venient ad conſpectum DEI. Nemo eſt enim diſcipulus ſuper magiſtrũ: perfectus autem erit omnis ſicut magiſter ejus. Quomodo ergo magiſter noſter non ſtatim evolans abiit, ſed ſuſtinens definitum à Patre reſurrectionis ſuæ tempus, quod & per Ionam manifeſtum eſt, poſt triduum reſurgens adſumptus eſt: ſic & nos ſuſtinere debemus definitum à Deo reſurrectionis noſtræ tempus, præannunçiatum à prophetis, & ſic reſurgentes aſſumi, quotquot Dominus hoc honore dignos habuerit. *Lactantius.* Accedit iſtis etiam Lactantius Firmianus in eo divinarum inſtitutionum libro, cui titulus de Divino præmio, inquiens: Nec quiſquam putet animas poſt mortem protinus judicari, nam omnes in una communique cuſtodia detinentur, donec tempus adveniat quo maximus iudex meritorum faciat examen: tunc quorum fuerit probata juſtitia, hi præmium immortalitatis accipient: quorum autem peccata & ſcelera detecta, non reſurgent, ſed cum impiis recondentur in eaſdem tenebras, ad certa ſupplicia deſtinati. In eadem ſententia ſunt *Auguſtinus* Auguſtinus & Ambroſius: quorum ille in Enchiridio ſuo inquit: Tempus quod inter hominis mortem & ultimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptaculis continet, ſicut quæque digna eſt, requie vel ærumna, pro eo *Ambroſius.* quod ſortita eſt in carne dum viveret. Ambroſius verò in libro de Bono mortis ait: Scriptura Eſdræ habitacula animarum promptuaria nuncupavit, quæ occurrens querelæ humanæ (eo quod juſti qui præceſſerunt, videantur, uſque ad judicii diem per plurimum ſcilicet temporis debita ſibi remuneratione fraudari mirabiliter) ait coronæ eſſe ſimilem judicii diem. Corona enim dies expectatur ab omnibus, ut intra eum

diem



diem & victi erubeſcant, & victores palmam adipiſcantur victoriæ: ergo dum expectatur plenitudo temporis, expectant animæ remunerationem debitam: alias manet pœna, alias gloria. Et in eodem capitulo vocat infernum locum, qui non videtur, quem petunt animæ de corporibus liberatæ. Et in libro ſecundo, de Cain & Abel: Solvitur inquit, à corpore anima, & poſt finem vitæ hujus adhuc tamen futuri judicii ambigua ſuſpenditur. Adſtipulatur illis illud evangelicum, de extremo judicio, dicente Chriſto apud Matthæum, Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos. Ex quo ſermone conſtare videtur, eos uſque in diem illum fuiſſe de ſententia ſua incertos, ac miraculorum fiducia, quæ in Jeſu nomine dum adhuc viverent, peregiſſent, quadam ſpe ſalutis interea fuiſſe ſuſpenſos. Quia igitur animarum judicium in extremum diem dilatum eſt, putant plerique theologi non ſolum juſtificandis, ſed etiam damnatis, piacularia ſuffragia ante præſtitutam iudicii diem poſſe opitulari. Sic Trajanum Cæſarem à Divo Gregorio ab orco liberatum, juſtificatumque ad ſalutem, licet aliqui putant illum non mulctæ noxa liberatum, ſed animadverſionis juſtitiam in judicii diem prorogatum. Verùm Thomas Aquinas, probabilius videri dicit: Trajanum Divi Gregorii ſuffragiis revixiſſe, vimque gratuitam conſecutum, qua a pœna, ſcelerumque nexu fuerit liberatus. Et ſunt ex theologis, qui ſuffragiorum inferiis nec pœnam tolli nec mulctæ detrahi, ſed duntaxat dolorum ſolatia & fomenta quædam adferri opinantur, idque æſtuantis geruli ſimilitudine, qui conſperſione aquę videatur preſſu ponderis levari, ſive ad facilius ferendum juvari, quanquam nihil ſit ex pondere detractum: Communis tamen theologorum ſententia negat reis in Ditis antro, preces & funebria quicquam ſuffragari. Verùm hæc omnia cùm ſint incomprehenſibilis obſcuritatis, multi in illis ingenium fruſtra exacuerunt. Itaque accedentes Auguſtini ſententiæ, ſicut ille in Geneſin lib. 10. ait, dicamus: Melius eſt dubitare de occultis, quam litigare de incertis. *Præclara Auguſtini ſententia.* Illum quippe divitem in ardore pœnarum, & illum pauperem in refrigerio gaudiorũ, intelligendos eſſe non dubito, ſed quomodo intelligenda illa flamma inferni, ille ſinus Abrahæ, illa divitis lingua, ille digitus pauperis, illa ſitis tormenti, illa ſtilla refrigerii, vix à manſuetè quærentibus, à contentioſè autem certantib. nunquam



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

invenitur. Sed iſtis jam omiſſis, ad ulteriora propetantes, de animarum reſtitutionibus diſſeremus.

## *Quibus rationibus Magi & Necromantes, mortuorum animas evocare ſe poſſe putabant.* CAP. XLII.

EX his quæ jam dicta ſunt, patet, quod animæ illæ, quæ poſt mortem adhuc relicta corpora diligunt, quemadmodum ſunt animæ corporum ſepultura debita carentium, ſeu quæ corpus ſuum violenta morte reliquerunt, & adhuc in turbidò illo humidoque ſpiritu circa cadavera ſua oberrant: tanquam circa cognatum aliquod eas alliciens, cognitis his mediis per quæ quondam ſuis conjungebantur corporibus, per conſimiles vapores, liquores, nidoreſque facile evocari & allici poſſunt, adhibitis etiam certis artificialibus luminibus, cantibus, ſonis & hujuſmodi, quæ ipſam animæ imaginativam ſpiritualemq; commoveant harmoniam, ſacris et invocamentis & hujuſmodi, quæ ex religione ſunt, non neglectis, propter rationalem animæ portionem natura ſuperiorem. Sic Phytoniſſa evocaſſe legitur Samuelem: ſic Theſſala vates apud Lucanũ cadaver erexit. Hinc legimus apud poetas, & hujuſmodi rerum narratores, animas mortuorũ non evocari abſque ſanguine & cadavere: umbras autem ex illorum fumigiis facile allici, additis ovis, lacte, melle, oleo, vino, aqua, farina, tanquam aptum medium præſtantibus animab. ad ſumenda corpora, quemadmodum hæc apud Homerum longa inſtructione Cyrce docet Ulyſſem. Arbitrantur autem, hæc non niſi in his locis duntaxat fieri poſſe, ubi hujuſmodi animæ plurimum verſari dignoſcuntur, vel propter cognitum aliquod, ſicut corpus relictum eas alliciens, vel propter affectum aliquem in vita quondam impreſſum, animam ipſam ad certa loca trahentem, vel propter loci alicujus tartaream naturam, idcirco purgandis vel puniendis animis aptum, cujuſmodi loca plurimum experientia viſionum, nocturnarumq; incurſionum, & conſimilium phãtaſmatum occurſione cognoſcuntur, aliqua per ſe ſatis nota ſunt, ut cœmiteria, & loca illa, in quibus fieri ſolet executio criminalis judicii, & in quibus recentibus annis publicæ ſtrages factæ ſunt, vel ubi occiſorum cadavera necdum expiata, nec ritè ſepulta recentioribus annis ſubhumata ſunt. Expiatio namque exorciſatioque alicujus loci tum ritus etiam ſacer ſepulturæ corporibus debitè adhibitus, ſæpè animas ipſas accedere prohibet, longiuſque ad loca judicii repellit. Hinc Necromantia nomen habet, quia in mortuorum

cada-



cadaveribus operatur, ac per manes ac mortuorum umbras, ſubterraneoſque dæmones reſponſa petit, alliciens illos in mortuorum cadavera, per ſtygia quædam carmina, & infernales invocationes, perque feralia ſacrificia & impias immolationes, quales apud Lucanum legimus de Erichthone illa malefica, quæ mortuum evocavit, qui Sexto Pompeio omnem Pharſalici belli eventum prædixit. Erantq; etiam in Phigalia Arcadiæ civitate, quidam magi ſacerdotes ſacrorum peritiſſimi, & animarum, quæ vita functæ eſſent evocatores: & ſacræ literæ teſtantur, Phytoniſſam quandam mulierem evocaſſe animam Samuelis. Ita enimverò etiam ſanctorum animæ ſua corpora diligunt, magiſque & promptius exaudire ſolent, ubi reliquiarum ſuarum pignora ſervantur. Sunt autem duæ Necromantiæ ſpecies, una necyomantia, erigens cadaver, quæ non fit abſq; ſanguine: altera ſcyomantia, in qua ſola ſufficit umbræ evocatio.

*Necromantiæ ſpecies duæ.*

Denique omnia experimenta ſua per trucidatorum cadavera & oſſa, & membra, & quæ ex illis ſunt, operatur; quoniam adſit illis dæmonica poteſtas ipſis amica: ideoque improborum dæmonum defluxus, facile pelliciunt propter ſimilitudinem proprietatemque valde familiarem: qui cùm in rebus terrenis humaniſq; poſſunt quamplurimum, illorum opera freti necromantici, illicitos accendunt amores, immittunt ſomnia, & morbos, & odia, paſſioneſque conſimiles, ad quas tunc poſſunt etiam conferre vires animarum illarum, quæ adhuc in ſpiritu humido turbidoq; involutæ, circa exuvias ſuas oberrantes, eadem quæ improbi dæmones committunt.

*Animam verè corpori reſtituere cupientem ſcire quid oporteat.*

Quoniam igitur hæc illis experientia comperta ſunt, quòd pravæ & impuræ animæ à corporib. ſuis violenter avulſæ, hominumque non expiatorum & ſepultura carentium circa corpora immorentur, & ad cognatum ſibi trahantur: facile abutuntur illis malefici ad maleficia ſua efficiẽda, infelices animas appoſitione corporis, vel partis ejuſdem aſſumptione allicientes, tum ſtygiis invocationibus compellentes, obteſtando per diſperſa latis campis informia cadavera, & ſepultura carentiũ vagabundas umbras, maneſque Achetonte remiſſos, & hoſpites inferûm, quos immatura mors in tartara abſtraxit, perq; horrenda damnatorum deſideria, dæmoneſque ſuperbos, ultores ſcelerum. Qui autem vere animas ſuis corporibus reſtituere debeat, oportet illum ſcientem eſſe, quæ ſit animæ natura propria, unde progrediatur, quantis & quot gradibus perfectionis referta, qua intelligẽtia communita, quibus mediis in corpus diffuſa, qua harmonia cum



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ipſo fuerit compacta, quam affinitatem habeat cum Deo cum intelligentiis, cum cœlis, cum elementis, & cæteris omnibus, quorum imaginem & ſimulacrum tenet, deniq; quibus influxibus compaginatum ſit corpus: hæc enim omnia requirit ars ſuſcitationis mortuorum, quæ non hominum, ſed ſolius Dei eſt, & quibus ille voluerit communicare, ſicut Helizæo, qui filium Sunamitidis mortuum reviviſcere fecit. Sic & Alceſtis narratur ab Hercule reſuſcitata, rurſum diu vixiſſe: & Tyanenſis Apollonius, mortuam puellam vitæ reſtituit. Atq; hic notandum eſt, quia accidit aliquando hominibus, ut retrahatur in illis ſpiritus vivificus, & appareant mortui, & non ſentientes: cum tamen intellectualis natura unita maneat corpori, habeatque eandem formam, & maneat idem corpus, licet vis vivificandi ſe in illud actu non extendat, ſed retracta maneat in unione cum intellectuali natura, tamen non deſinit eſſe: & licet ille homo jam vere mortuus dici poſſit, quatenus mors eſt carentia vivificantis, tamen non foret corpus illud veraciter ſeparatum, poteſtque rurſum expergefieri & reviviſcere: & ſic multa in his apparent miracula, cujuſmodi præcedentibus ſeculis apud gentiles, & Iudæos multa viſa ſunt: è quorum numero eſt, quod Plato recitat lib. 10. de Republ. videlicet, Phereum quendam Pamphilium, inter eos qui acie ceciderant, decem diebus jacuiſſe: biduoque poſtquam ſublatus eſſet impoſitum rogo revixiſſe, ac mira quædam quæ tempore mortis illius viderit, narraſſe: & de his partim locuti ſumus in libro primo, & adhuc latius dicemus inferius, ubi de oraculis, quæ in raptu, & extaſi, & agone morientium proveniunt, dicemus.

*De humanæ animæ poteſtate, in mente, ratione, & idolo.*

## CAP. XLIII.

*Anima humana quib. conſtet.*

Anima humana conſtat mente, ratione & idolo: mens illuminat rationem, ratio fluit in idolum, omnia una eſt animus. Ratio niſi per mentem illuminetur, ab errore non eſt immunis: Mens autem lumen rationi non præbet, niſi luceſcente Deo, primo videlicet lumine. Prima enim lux in Deo eſt ſupereminens omnem intellectum: quapropter non poteſt lux intelligibilis vocari, ſed lux illa quando infunditur menti, fit intellectualis, atque intelligi poteſt: deinde quando per mentem infunditur rationi fit rationalis, ac poteſt non ſolum intelligi, ſed etiam cogitari. Deinde quando per rationem infunditur in idolum animæ, efficitur non ſolum cogitabilis ſed



ſed etiam imaginabilis, nedum tamen corporea, quando verò exinde migrat in æthereum animæ vehiculum, efficitur primum corporea, non tamen manifeſte ſenſibilis, donec tranſierit in corpus elementale ſive ſimplex aereumq; ſive compoſitum, in quo efficitur lux manifeſte viſibilis ad oculum. Hunc lucis progreſſum conſiderantes Chaldæorum philoſophi, ſtupendam quandam narrant mentis noſtræ potentiam, videlicet fieri poſſe, ut mens ipſa tota acie in Deum defixa divino numine impleatur, atque ſic impleta lumine, effuſis radiis per ſingula media uſque ad hoc craſſum, tenebroſum, grave, mortale corpus, ipſum quoq; copioſo lumine circumfundat, reddatque ſtellis ſimile & æque coruſcans, tum etiam radiorum ſuorum copia ac levitate tollat in altum, tanquam ſtuppam elevatam per flammam ignis, aliquando ſtatim corpus veluti ſpiritum ad longinquas partes transferat: ſicut de Philippo legitur in Actibus Apoſtolorum, quando baptizato Eunucho in India, ſtatim inventus eſt in Azoto: & de Abacuc ſimilia, apud Danielem. Sic alii penetrantes clauſas portas, cuſtodes & vincula evaſerunt, ut de Petro Apoſtolo, & de Petro exorciſta legitur. Minus hoc miretur, qui viderit famoſos iſtos melancholicos, qui ambulant in ſomniis, & per invia vadunt, & aſcendunt per inacceſſa, & exercent opera vigilantium, & quæ vigilantes minime poſſent: quorum non eſt alia ratio in natura, quam fortis imaginatio, & exterminata. In quolibet autem homine eſt iſta virtus, & ineſt animæ humanæ à radice creationis ſuæ, ſed variatur in diverſis hominibus, in fortitudine & debilitate, & augetur ei, minuitur ſecundum exercitium & uſum, per quæ de potentia, extrahitur in actum: quod qui rite novit, poteſt aſcendere in cognitione ſua, quouſque imaginativa virtus ſua tranſcendat, & jungatur cum virtute univerſali, quem Alchindus Baron, & Gulielmus Pariſienſis, vocant ſenſum naturæ: Virgilius ſenſum æthereum, & Plato ſenſum vehiculi appellant: efficiaturq; cogitatio ſua fortiſſima, quando effunditur ſuper ipſam virtus illa ætherea & cœleſtis, cujus ſplendore confortatur, donec apprehendat ſpecies, notiones, & ſcientiam rerum verarum, adeò ut illud quod cogitaverit in mente ſua, proveniat ſicut ipſe cogitavit, & adipiſcatur tantam potentiam, ut poſſit ſe immergere, & jungere, & inſinuare hominum animis, & reddere illos certos de cogitationibus ſuis, & de voluntate & deſiderio ſuo, etiam per magna & remota ſpacia, ac ſi illa ſenſibus ſuis à præſente objecto comprehenderent: & poteſt immodico tempore facere mul-

*Senſus naturæ æthereus, & vehiculi.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ta, ac ſi eſſent facta ſine tempore: atque hæc non ſunt data o-
mnibus, ſed quorum virtus imaginativa & cogitativa eſt for-
tiſſima, & pervenit ad finem ſpeculationis: & is eſt idoneus
apprehendere & nunciare omnia per ſplendorem virtutis uni-
verſalis, ſive intelligentiæ & apprehenſionis ſpiritualis, quæ
eſt ſuper ipſum: & hæc eſt virtus neceſſaria, quam ſequi opor-
tet, & cui obedire debet omnis, qui ſequitur veritatem. Si ita-
que nunc tanta virtus imaginationis, ut ſe poſſit inſinuare cui
velit, nulla loci neque temporis intercapedine impedita, ne-
que prohibita, atque quorſum ipſa ſomniat & imaginatur,
nonnunquam ſecum trahat grave corpus: non eſt dubitan-
dum, quin major ſit potentia mentis, ſi quando fuerit ſuam
naturam adſequuta, nec ſenſuum illecebris gravata, perſeve-
raveritque incorrupta, ſuique ſimilis. Sed nunc ad exemplar:
eam copioſo lumine cœleſtium ſtellarum animæ abundant, ut
ingens inde in corpora ſua redundet copia luminis. Sic Moſis
facies ſplendebat adeò, ut non poſſent intendere filii Jſrael il-
lum ob ſplendorem vultus ejus. Sic Socrates transfiguratus
legitur, ſolis luciferas uti vicerit lumine rotas: ſic Zoroaſtem
transfiguratum ſublatumq; corpore ſurſum: ſic Enoch & He-
liam igneo quodam curru cœlos aſcendiſſe: ſic Paulum in ter-
tium cœlum raptum eſſe: ſic corpora noſtra poſt mundi judi-
cium, quæ tunc glorificata dicentur, ſimiliter raptum iri, ful-
gereque ut ſolem & lunam hac ratione dicere poſſimus. Quod
quidem fieri poſſe, factumque fuiſſe, Avicebron Maurus, atq;
Arabs Avicenna, & Hippocrates Cous, tota præterea Chal-
dæorum ſchola fatentur, & oſtendunt. Quin & hiſtoriarum
munimentis proditum eſt, Magnum Alexandrum in India in-
genti periculo circumventum, animo ſic exarſiſſe, viſumque
barbaris lumen fundere. Theodorici pater etiam corpore to-
to ſcintillas dicitur profudiſſe, idipſum & de ſe prodidit ſa-
piens quidam, ita ut ſcintillantes flammę hinc inde etiam cum
ſono proſilirent: neq; ea animi vis ſola in hominibus: ſed et-
iam in brutis aliquando comperta eſt: ſicut in equo Tiberii,
qui ore flammigeraſſe viſus eſt. Mens autem ſupra fatum in
providentia eſt: idcirco nec cœleſtium corporum influxibus,
nec rerum naturalium qualitatibus afficitur: ſola igitur illi
medetur religio. Idolum autem animæ in fato eſt, ſupra natu-
ram, quæ corporis & animæ quodammodo nodus eſt, ſub fa-
to, ſupra corpus: idcirco cœleſtium corporum influxibus im-
mutatur, rerumque naturalium & corporalium qualitatibus
afficitur. Dico autem animæ idolum, potentiam illam vivifi-

*Animæ idolum quid.*





cativam & rectricem corporis, ſenſuum originem, per quam
ipſa anima in hoc corpore vires explicat ſentiendi: ſentit cor-
poralia per corpus, movet corpus per locum, regit in loco, a-
litque in corpore corpus. In hoc idolo duæ potentiſſimæ do-
minantur virtutes, una videlicet, quæ dicitur phantaſia, ſive
virtus imaginativa, ſive cogitativa, de cujus potentia jam di-
ctum eſt, atque etiam ubi de paſſionibus animæ tractavimus:
altera virtus eſt, quæ appellatur ſenſus naturæ, de quo etiam
dictum eſt, ubi mentionem fecimus de aruſpicina. Homo ita-
que per naturam corporis eſt ſub fato: anima hominis per i-
dolum in fato naturam movet, per mentem verò eſt ſupra fa-
tum, in providentiæ ordine, ratio autem libera ſui juris eſt: a-
nima itaque per rationem aſcendit in mentem, ubi divino lu-
mine repletur: quandoque deſcendit in idolum, ubi cœleſtiũ
corporum influentiis, rerumque naturalium qualitatibus af-
ficitur, ſenſibiliumque paſſionibus, & occurſu diſtrahitur:
quandoque anima ſeſe totam replicat in rationem, vel res a-
lias argumentando indagans, vel contemplando ſemetipſam.
Poſſibile enim eſt, ut pars rationalis animæ, quem poſſibilem
intellectum vocant Peripatetici, ad hoc perveniat, ut ſine cõ-
verſione ad phantaſmata liberè diſcurrat, & operetur. Tan-
tum denique eſt rationis ipſius imperium, ut quotieſcunque
aliquid incurrit, vel in mentem, vel in idolum, vel in naturam,
vel in corpus, non poteſt tranſire in animam, niſi ratio ſeſe ad
hoc intendat. Hoc modo in ſenſibus exterioribus anima nec
videre, nec audire, nec ſentire, nec pati ſe quicquam percipit,
donec ratio cogitatrix id prius comprehendat, comprehen-
dit autem quando vocat, non quando in aliud inhiat, ſicut pa-
lam videmus in his, qui obvios ſibi non animadvertunt, dum
aliud quippiam attentius cogitant. Scias igitur nec ſuper nos
influxus, neque naturales affectiones, neque ſenſationes, ne-
que tam corporis quam animi paſſiones, nec quodcunq; ſen-
ſibile in animam poſſe agere, vel penetrare, niſi per rationis i-
pſius judicium. Itaque per ſuum actum, non per ullam forin-
ſecam violẽtiam poteſt animus vel affici, vel perturbari, quod
innumeri martyres ipſo facto comprobarunt. Sic Anaxar-
chus Abderites philoſophus, juſſu Nicocreontis Cypriorum
tyranni, in ſaxum concavum conjectus, ferreis malleis dum
cæderetur, corporis pœnam negligens, aiſſe fertur: Tunde,
Tunde Anaxarchi vaſculum, Anaxarchum ipſum nihil terres.
Juſſitque tyrannus illi linguam præſcindi: at ille propriis den-
tibus præſciſſam in tyranni faciem conſpuit.

*Duæ in idolo virtutes.*

*Anaxarchi conſtantia.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

### *De gradibus animarum, & earundem interitu aut immortalitate.* CAP. XLIV.

Mens quia à Deo eſt ſive à mũdo intelligibili, idcirco immortalis eſt & æterna: ratio autem cœleſtis à cœlo ſuæ originis beneficio longæva eſt: idolum verò, quia ex materiæ gremio, ac ſublunari natura dependet, interitui atque corruptioni ſubiicitur. Anima itaq; per mentem ſuam immortalis, per rationem in æthereo ſuo vehiculo longævo, ſed reſolubilis, niſi in novi corporis circuitu reſtauretur: nõ ergo immortalis eſt niſi uniatur menti immortali: ita idolum animæ, ſive ipſa ſenſibilis & animalis anima, quia ex corporeæ materiæ gremio educta eſt, reſoluto corpore unà illo interit, aut in corporis ſui reſoluti vaporibus non diu ſupereſt umbra, nihil participans immortalitatis, niſi ipſa quoq; ſublimiori potentiæ uniatur. Quæ igitur menti unita eſt anima, hæc dicitur anima ſtans & non cadens: verùm non omnes homines mentem adepti ſunt, quoniam (ut inquit Hermes) voluit illam Deus Pater tanquam certamen præmiumque animarum proponere: quod qui neglexerint mentis expertes, corporeis ſenſibus mancipati, irrationalibus animalibus ſimiles facti, eundem cum eiſdem ſortiuntur interitum, ſicut ait Eccleſiaſtes, inquiens: Unus interitus eſt hominis & jumentorum, & æqua utriusq; conditio: ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo jumento amplius, hæc ille. Hinc putant pleriq; theologorum, hujuſmodi animas nullam manere immortalitatem poſt hoc exutũ corpus, niſi ſolam ſpem reſurrectionis, quando omnes homines inſtaurandi ſunt. Talem Aug. refert fuiſſe Arabum hæreſim, qui animas ſimul cum corpore interire dicebant, & in judicio iterũ cum illo ſurrecturas. Quicunq; verò divina gratia fulti mentem conſecuti ſunt, hi ſecundum operum comparationẽ immortales evadunt, ut inquit Hermes, intelligentia ſua cuncta complexi, quæ in terra ſunt, & quæ in mari, & quę in cœlis: & ſi quid eſt præter ea ſuper cœlum, ut ipſum quoque bonum intueantur: quos verò mediam vitam vivere contingit, licet divinam intelligentiam non ſint conſecuti, ſed ejus quandam rationalem imaginem, horum animæ cum è corpore exceſſerint, ad ſecreta quædam relegatæ receptacula, ubi ſenſibilibus virib. affectæ, ac in quodam actus genere verſantes: ex opinatione & iraſcibili, & concupiſcibili virtutibus, aut effuſe lætãtur, aut graviter dolent: in qua opinione fuit ẽt D. Aug. in eo libro,

*Non omnes homines mẽtem adipiſcuntur.*



libro, quem ſcripſit de Spiritu & anima. Hanc animam Indorum, Perſarum, Ægyptiorum & Chaldæorum ſapientes, corpore ſuo longéve ſupervivere tradiderunt, tamen non protinus immortalem fieri, niſi per tranſcorporationem: verùm Theologi noſtri de his longè aliter philoſophantur. dicunt enim, quod etſi animarũ omnium communis ſit origo & idem ortus, diverſis tamen gradib. ab opifice inter ſe diſtinctæ ſunt, non ſolùm accidentalibus, ſed gradibus quibuſdam intrinſecis, in eſſentia ipſarum radicatis, quibus unaquæq; anima differt ab alia, per illud quod eſt ipſi proprium: quam ſententiam ita tenet Joannes Scotus; & Pariſienſes Theologi ita ſentiendum eſſe, in eorum articulis decreverunt. Hinc ait Sapiens: Puer eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam, videl. meliorem quàm multi alii. Et ſecundùm hanc animarum inæqualitatem in gradibus ſuis unaquæq; capax eſt ſui muneris, quod ſuſcipit à Deo donum gratuitum, ſicut legitur in Evangeliis. Quia uni dedit quinque talenta, alii duo alii unum unicuique ſecundum propriam virtutem. & Apoſtolus inquit: Dedit aliquos fieri Apoſtolos, alios Prophetas, alios Evangeliſtas & Doctores, ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. Sunt enim (ut inquit Orig.) quædam inviſibiles virtutes, quibus ea quæ ſunt ſuper terram diſpenſanda credita ſunt, in quibus non parva differentia eſt, ſicut & in hominibus requiritur: quare alius ſummum gradum ſapientiæ, aut dignitatis attingit, alius paulum diſtat à beſtiis, & beſtias paſcens fit ſemibeſtia: alius virtutibus abũdans & fortuna dives, alius vel nihil, vel modicum habet, ſæpè etiam id paululum quod habet aufertur ab eo, & datur habenti. Atque ea eſt divina juſtitia in diſtributione donorum, ut correſpondeant virtuti uniuſcujuſque recipientis, quibus etiam præmia redduntur ſecundum opera ipſorum, ut quæ ſit proportio munerum ad munera, & meritorum ad merita, eadem ſit proportio præmiorum ad præmia. Illud tandem ſciendum eſt, quia omnis nobilis anima quadruplicem habet operationem: unam divinam, per imaginem divinæ proprietatis: alteram intellectualem, per formalitatem participationis cum intelligentiis, tertiam rationalem, per perfectionem propriæ eſſentialitatis: quartam animalem ſive naturalem, per communionem ad corpus, & ad hæc inferiora, ut nullum opus ſit in tota mundi ſerie tam admirabile, tam excellens, tam miraculoſum, quod anima humana ſuam divinitatis imaginem complexa, quam vocant Magi animam ſtantem & non caden-

*Anima nobilis quadruplex operatio.*

*Anima ſtans & non cadens.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tem, ſua propria virtute abſque omni externo adminiculo non queat efficere. Forma igitur, totius Magicæ virtutis eſt ab anima hominis ſtante, & non cadente.

## *De vaticinio & furore.* CAP. XLV.

VAticinium eſt, quo perciti ſacerdotes vel alii, & rerum cauſas cernunt, & futura etiam prævident, quando ſcil. à diis, vel à dæmonibus deſcendunt in illos oracula, ſpiritusque traduntur ab eis, quos quidem deſcenſus, vocant Platonici ſuperiorum animorum in noſtros animos illapſiones: & Mercurius vocat eos dæmonum ſenſus, ac dæmonum animos. Cujuſmodi dæmones Eurideas & Pythonas veteres vocaverunt, quos hominum ingredi corpora ſolitos, & eorum uti vocibus & linguis ad futurorum prædictiones, conſtanter credidit antiquitas: de quibus etiam meminit Plutarchus in Dialogo de cauſis deficientium oraculorum. Verùm Cicero Stoicos ſecutus, præſcientiam futurorum tantundem diis competere affirmat, & Ptolomæus Aſtrologus ait, Soli numine afflati, prædicunt particularia. Aſtipulatur iſtis Petrus Apoſtolus, inquiens: Non enim voluntate humana allata eſt aliquando Prophetia, ſed Spiritu S. inſpirati locuti ſunt Sancti Dei homines. Quod autem futurorum vaticinia, deorum illapſionum propria ſint, affirmat Eſaias inquiens: Annunciate nobis quæ ventura ſunt, & dicemus quia dii eſtis vos. Illapſiones verò hujuſmodi, ſive ſenſus non transferunt in animam noſtram, quando illa in aliud quidem attentius inhians eſt occupata: ſed tranſeunt, quando vacat: vacationis autem ejuſmodi tria ſunt genera, ſcil. furor, raptus & ſomnium, de quibus ſingulis nunc per ordinem dicemus.

> *Futurorum præſcientiam ſolis dijs competere.*

> *Tria vacationis genera.*

## *De prima ſpecie furoris à Muſis.* CAP. XLVI.

FUror eſt illuſtratio animæ à diis, vel à dæmonibus proveniens, unde Naſonis hoc carmen:

*Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli,*
*Sedibus æthereis ſpiritus ille venit.*

Plato hunc definit per alienationem & nexum: abſtrahit ſiquidem ab his quibus corporei ſenſus excitantur, ab animali homine alienus, numini adhæret, à quibus ſuſcipit, quæ propriis viribus nequit indagare. quãdo enim animus liber & ſolutus, relaxatis corporis habenis, velut in cuſtodito carcere, licentius egreſſus, membrorum vincula tranſgreditur, nullo cohibente, ſuis ſtimulis impulſus, divino ſpiritu concitatus, omnia com-



comprehendit, & futura prævidet. Sunt autem quatuor divini furoris ſpecies, à ſingulis numinibus procedentes, ſcil. à Muſis, à Dionyſio, ab Apolline, & à Venere. Primus itaque furor à Muſis procedens, hic animum ſuſcitat atque temperat, redditque divinum, per res naturales ſuperiora trahendo ad inferiora: ſunt autem Muſæ ſphærarum cœleſtium animæ, ſecundum quas ſinguli reperiuntur gradus, quibus ſuperiorum ad inferiora fit attractus: horum inferior ſphæram lunæ referens, tenet quæ ex vegetabilibus ſunt, ut plantas, fructus arborum, radices, & quæ ex materiis durioribus ſunt, ut lapides & metalla, earum alligationes & ſuſpenſiones: ſic fertur quod lapis ſelenites, & lapis hyenæ præſtant divinationem: ſimiliter verbena & herba theangelica vaticinium præſtant, quemadmodum de his ſuperius dictum eſt. Secũdus gradus referens Mercurium, tenet quæ ex animalibus ſunt, & quæ ex diverſarum rerum naturalium ad invicem commixtione componuntur, pocula & eſculenta: hoc modo cor talpæ, ſi quis ipſum recens palpitansq; voraverit, divinationi, & ad rerum efficiendarum eventum conferre dicitur. Et narrat Rabhi Moſes Cuſenſis in Comment. ſuper Leviticum, eſſe animal ידוע Jedua dictum, humanæ formæ, cui de umblici medio emittitur funiculus, quo cucurbitæ inſtar homo adfigitur: & quantum longitudo illius funiculi protrahitur, omnia circumveſcens devorat atque conſumit, viſumque fallens capi nequit, niſi ſagittarum ictu funis amputetur: quo præciſo, expirat; cujus deinde offibus certa quadam lege ori impoſitis, ſtatim quiſquis id fecerit, furore corripitur, ac de expetitis quibuſque edicit oracula. Tertius gradus correſpondet ſphæræ Veneris: hic tenet pulveres ſubtiliſſimos, vapores & odores, & quę ex his conficiuntur unguenta & ſuffumigationes, de quibus ſuperius dictum eſt. Quartus gradus pertinet ad ſphæram Solis: hic tenet voces, verba, cantus & ſonos harmonicos, per quorum ſuavem conſonantiam, turbidam pellit ex anima diſcordiam, erigit animum. Unde Hermes, Pythagoras, Plato, diſſonantem animum jubent cantu & harmonia componere & erigere. Sic Timotheus Alexandrum regē ſonis fertur excitaſſe in furorem: ſic ſacerdos Calamenſis (teſte Aurelio Auguſtino) ſolebat ſeſe ſuo arbitratu querula quadam harmonia evocare à corpore in raptum & extaſim, de his etiam ſuperius ſermo habitus eſt. Quintus gradus convenit Marti: hic tenet vehementes imaginationes, ut animi affectiones, conceptus & motus, de quibus omnib. ſuprà patet. Sextus gradus reſpondet Jovi: hic tenet ra-

> *Furoris divini quatuor ſpecies.*

> *Furor à Muſis.*

net rationis diſcurſus, deliberationes, conſultationes, moraleſque purgationes: de his partim ſuperiùs mentio facta eſt, partim dicetur inferius. Habet præterea ſub ſe admirationes & venerationes, quorum ſtupore aliquando phantaſia atque ratio ſic infrenantur, ut ſubitò omnes ſuos actus prætermittant: unde tunc mens ipſa libera, ſoli numini, ſive Deo alicui, ſive dæmoni expoſita, ſupernos divinoſque concipit influxus, eos ſcil. de quibus antea deliberaverat. Sic legimus Sibyllas, ac Pythiæ ſacerdotes, in Jovis & Apollinis antris oracula ſuſcipere ſolitos. Septimus gradus refert Saturnum; hic tenet ſecretiores intelligentias, & tranquillas mentis contemplationes: dico autem hic contemplationem liberam mentis perſpicaciam, in ſpectacula ſapientiæ cum admiratione ſuſpenſam. Nam illa excogitatio quæ per ænigmata aut imagines fit, ſpeculatio aut diſcurſus quidam eſt, ad Jovem pertinens, non contemplatio. Octavus gradus referens cœlum ſtellarum: hic cœleſtium corporum obſervat ſitum, motum, radios, & lumen: tenet quoque imagines, annulos, & ſimilia, quæ ad cœleſtium normam fabricantur, de quibus ſupradictum eſt. Nonus gradus correſpondet primo mobili, ſcilicet nonæ ſphæræ ſivi ipſi univerſo: hic tenet res magis formales, ut numeros, figuras, characteres, & occultas intelligentiarum cœli obſervat influentias, cæteraque myſteria: quæ quia cœleſtium numinum & invocatorum ſpirituum gerunt effigiem, illos facilè alliciunt, & velut conformitatis quadam neceſſitate impulſos, accedere cogunt; atque ne recedant facilè detinent, de quibus apud Porphyrium in oraculis legimus:

*Contemplatio.*

*Ceſſa nunc tandem, & verbis parce vitæq;*
*Da requiem, ſolvens priſcas, cedenſq; figuras,*
*Et remove à membris, & lintea dura reſolve.*

Et ibidem alio loco:

*Solvite ſerta pedes, liquidis & ſpargite lymphis*
*Aquæ, manu ramum laurus auferte virentem,*
*Lineaſitq; omnis deleta, omniſq; character.*

De his omnibus ſuperius ad longum ſatis tractatum eſt, & adhuc dicetur inferius.

*De ſecunda ſpecie à Dionyſio.*

## CAP. XLVI.

SEcundus autem furor procedit à Dionyſio: hic per expiationes exteriores, & interiores, & per exorciſmata, per Sacramenta, per ſolennia, ritus, phana, obſervationes, animam

in men-



in mentem ſupremam ſui partem dirigit, ac tanquam dignum & incontaminatum deorum templum efficit, in quo divini ſpiritus inhabitent, quos anima tunc vitæ ſocios poſſidens, ab illis felicitate, ſapientia, oraculiſque repletur, non in ſignis, aut notis, aut conjecturis ſed concitatione quadam animi, ac ſoluto liberoque motu: ſic Bacchus Bœotiis, & Epimenides Cois, & Sybilla Erythea Trojanis vaticinabantur. Nonnunquam hic furor contingit per claram viſionem, quandoque per expreſſam vocem: ſic Socrates à ſuo dæmone regebatur, cujus monitis ſedulò obtemperabat, cujus vocem auribus ſæpenumero audiebat, cui etiam forma dæmonis ſæpè viſa eſt. Solent enim fatidici ſpiritus benè expurgatis animis etiam ſeſe viſibiles præbere & comites: cujus exempla multa ſunt in ſacris literis, ut in Abrahamo & ancilla ejus Agar: in Jacob, Gedeone, Helia, Tobia, Daniele, & multis aliis. Sic Adam familiarem conſuetudinem habuit cum Angelo Raziele: Sem filius Noe, cum Jophiele: Abraham cum Zadkiele: Iſaac & Jacob, cum Peliele, Joſeph & Joſue & Daniel, cum Gabriel: Moyſes, cum Melattron: Helias, cum Malciele: Tobias junior, cum Raphaele: David, cum Cerniele: Manue, cum Phadaele: Cenez, cum Cervele: Ezechiel, cum Haſmaele: Eſdras, cum Uriele: Solomon, cum Michaele. Nonnunquam ſpiritus iſti virtute ſua animatum & organicum corpus, ſive brutum, ſive rationale, ingrediuntur & corrigiunt, ac anima illius tanquam baſi utentes, per corporea inſtrumēta voces reddunt, ſicut hoc in aſina Balaam manifeſtum eſt, & in Saul, in quem inſiliit ſpiritus Domini, & prophetabat. De iſtis ſic ait Apollo in reſponſis apud Porphyrium:

*Quot Angelos antiqui Patres familiares habuerunt.*

*Carminibus domitus Phœbus fulgur, ab alto*
*Defluxit, tacitus purumq; per aëre vectus.*
*Afflatu ſpirans labenſq; in corda ſonoro,*
*Et ſubiit mentem innocuam, ſanctiq; capacem*
*Numinis, & peperit mortali ex gutture vocem.*

*De tertia ſpecie furoris, ab Apolline.*

## CAP. XLVIII.

TErtius verò furor ab Apolline procedit, ſcil. mundi mente. Hic ſacris quibuſdam myſteriis, votis, ſacrificiis, adorationibus, invocationibus, & ſacris quibuſdam artificiis, vel arcanis quibuſdam confectionibus, quibus dii ſui ſpiritus virtutem infuderunt, animam ſupra mentem aſſurgere facit, ipſum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ipſum cum numinibus dæmonibuſque conjungendo: ſicut legimus de Ephod, quo applicato mox prophetabant: ſic legimus in libro Senatorum, in capitulis Eleazar, Rabi Iſmaelem confeciſſe quaſdam placentulas, quibuſdam divinis angeliciſque nominibus inſcriptas, atque ſic conſecratas, quibus qui cum fide, ſpe & charitate veſcebatur, mox prophetico ſapientiæ ſpiritu effulgebat. Legimus ibidem, Rabi Johenam, filium Jochahidis, rudem quendam agricolam nomine Elezarum, omnis literaturæ expertem, taliter illuminaſſe, ut repentino fulgore circumfuſus, inopinatè tam alta legis myſteria in cœtum ſapientum concionaretur, ut aſtantibus omnibus ſtupori fuerit: & de quodam Heraiſco Ægyptio memoriæ proditum eſt, illum divina quadam natura præditum, ita ut ſolo ſimulachrorum contuitu, quæ aliquot in ſe numen haberent, divino furore protinus concitaretur. Legimus quoque in ſacris literis cum Saul eſſet inter Prophetas, inſiliiſſe ſuper eum Spiritum Domini, & prophetaſſe, cumque à Prophetarum cuneo abiret, ceſſaſſe prophetare. Simile accidit lictoribus illis, quos miſit Saul, ut caperent David: qui cum vidiſſent cuneum Prophetarum, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt Spiritus Domini etiam in illis, & prophetarunt etiam ipſi. Tanta eſt ſæpè in Prophetis divino furore correptis divini luminis exuberantia, ut etiam propinquos illis corripiat, ſimilique ſpiritu furere compellat: non ergò incredibile eſt aliquem ex ignorante repentè poſſe fieri ſapientem, & iterum ex

*Ars mira.* ſapiente ignorantem, eſt enim ars quædam (ſed pauciſſimis cognita) taliter informandi, exornandi & illuſtrandi fidelem & purum hominis animum, ut ex ignorantiæ tenebris repentè ad ſapientiæ & doctrinarum lumina evehatur: eſt è converſo facultas immundos & incredulos, reconditis quibuſdam arcanis eodem ſapientiæ & doctrinarum dono rurſus exuere, & priſtinæ ſuæ ignorantiæ reſtituere. Poteſt etiam animus humanus (teſte Apulejo) præſertim ſimplex & purus, ſacrorum quorundam avocamento ac delinimento ſoporari & exterminari ad præſentium oblivionem, ita ut remota corporis memoria, redigatur in naturam ſuam divinam, atque ſic divino lumine luſtratus, ac furore divino afflatus, futura rerum præſagire, cum etiam mirabilium quorundam effectuum cum

*Vates numine afflati, neminem timent.* hoc ſuſcipere virtutem. Unde inquit Jamblichus: Cum vates Dei numine afflantur, nihil timent, nihil verentur, nam per invia vadunt, atque in ignem illæſi feruntur, & flumina tranſeunt. Sic legimus antra quædam, ut Apollinis & Trophonii

& tri-



& tripodas, & ſpecus, & fontes, & lacus, & ejuſmodi hoc modo diis ſacrata, vel eo myſterio fabricata fuiſſe, ut exinde Sacerdotes vaticinandi ſpiritum hauſerint, quemadmodum Jamblichus ad Porphyrium: Sibylla (inquit) Delphis duplicitatione Deum ſuſcipere ſolita eſt, aut enim per tenuem ſpiritum & ignem, qui alicubi ex ore antri prorumpebat: aut ipſa etiam in aditu ſedens, ſuper æneam ſellam tripodem numini dicatam. & utrobique hoc divino ſpiritu acta, vaticinia fundebat: tum plurimus ignis ex antro volans, vati undique circumfunditur, eamque ſuo numine repletam agitat, aut ſacræ Sedi adhærens, per quam Deo afflata, protinus ad vaticinia erumpit. Sed & vates fatidica in Branchis, quæ in axe conſedit, aut virgam manu geſtat à numine ſibi aliquo conceſſam, vel pedas interdum lymbumque undis proluit, vel ignis vaporem ex undis haurit. His omnibus divino ſplendore repletur, editaque plena rerum pandit oracula. Legimus etiam in Thraciæ regione adytum fuiſſe Libero ſacrum, ex quo vaticinia & oracula reddi ſolebant: cujus templi Antiſtites vino affatim epoto res peragebant. Apud Claroſetiam, ubi Clarii Apollinis templum erat, quibus divina effari permiſſum fuerat, aqua prius aſſumpta, res peragebant. Erat etiam fatidicus Achajæ Patris fonticulus, ante Cereris templum conſtitutus, ubi de ægrotorum ſucceſſibus conſulentes, ſpeculum tenui funiculo alligatum, uſque ad ſupremas fontis aquas ſenſim demittebant: peractiſque certis ſupplicationibus & ſuffitibus, rei ipſius eventus in ſpeculo ſeſe offerebat. Erat etiam haud procul ab Epitauro Laconiæ civitate alta palus, quæ Junonis aqua vocabatur: in quam conjectis frumentaceis placentulis reſponſa dabantur: proſpera, ſi undæ injectas placidæ retinuiſſent: adverſa autem, ſi velati aſpernatæ illas rejeciſſent. Simile etiam Ætnæ crateres factitaſſe proditum eſt, in quas injecta numiſmata, aut victimæ, idem præſagii læti aut triſtis, injectorum retentione, vel rejectu oſtendebant. Similia quoque narrat Dion in Romana hiſtoria, de loco quem Nympheum appellatum dicit: ubi thure hoc modo in flammas conjecto, oracula capiebantur de omnibus quæ quis ſcire cupiebat, præterquam de morte, & quæ ad nuptias pertinerent. Mirum quoque quod de Paliſcotum Siciliæ fonte tradidit Ariſtoteles, ad quem juraturi accedentes, quæcunque affirmare voluiſſent, tabellis inſcripta & obſignata in fontem dejiciebant: quæ ſi recta fuiſſent, ſuper aquas fluitare videbantur: ſin verò falſo & dolo malo pejerata,

ſtatim

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſtatim mergebantur ima petentes: tum exiliens ſubitò ignis correptum perjurii reum, in cineres exurebat. Erat quoque in urbe Dodona quercus, quæ ubi quis ad capiendum reſponſum ingrediebatur; protinus movebatur, & ſonitum edebat: erat & ibidem ſtatua virgam ferens, quæ lebetem (ſcil. pelvim) quæ propè aderat percutiebat, exigua reſponſum moderatis ictibus pelvis referebat. Unde legitur in Epiſtola Auſonii ad Paulinum:

*Nec Dodonei ceſſat tinnitus aheni,*
*Ad numerum quoties radiis ferientibus icta,*
*Reſpondent dociles moderato verbere pelves.*

### *De quarta ſpecie furoris à Venere.*
### CAP. XLIX.

Quartus autem furor à Venere proveniens, hic ferventi amore animum in Deum convertit, & tranſmutat, efficitque Deo penitus ſimilem, tanquam propriam Dei imaginem. Unde inquit Hermes: O Aſclepi, magnum miraculum eſt homo, animal honorandum & adorandum hic enim in naturam Dei tranſit, qua ipſe ſit Deus: hic dæmonum genus novit, utpote qui cum iiſdem ortum ſe eſſe cognoſcat: hic humanæ naturæ partem in ſeipſo deſpiciens, alterius partis divinitate confiſus. *Amor cur cæcus.* Anima itaque jam converſa, Deo quoque ſimilis effecta, ſcil. Deo formatur, ut ſupra omnem intellectum eſſentiali quodam divinitatis contactu omnia cognoſcat: ideoque amorem Orpheus ſine oculis deſcribit, quia eſt ſupra intellectum. Jamque etiam anima amore in Deum ſic converſa, & ſupra intellectualem ſphæram ſublimata, præter hoc quod integra ſit virtute vaticinii ac Prophetiæ ſpiritum adſecuta ſit, aliquando *Miraculum* etiam mirabiliora & majora quàm ipſa mundi natura operatur, quod quidem opus miraculum appellatur: nam quemadmodum cœlum imagine ſui, & ſuo lumine atque calore agit, quæ vis ignis naturali non efficit qualitate (quod in Alchymicis, vel ipſa experientia notiſſimum eſt) ſic etiam Deus per ſui imaginem, ac lucem ea perficit, quæ mundus innata ſibi virtute agere non poteſt: imago autem Dei homo eſt, ſaltem qui jam Venereo furore Deo ſimilis effectus, ſola vi- *Anima hominis.* mente atque capit toto pectore Jovem. Tamen anima hominis ſecundum Hebræorum Doctores, ac Cabaliſtas definitur eſſe lumen Dei, & ad imaginem verbi cauſæ cauſarum primæ exemplaris creata, ſubſtantia Dei ſigilloque figurata, cujus cha-



character eſt verbum æternum. Quod intuens Hermes Triſmegiſtus, talem hominem ait eſſe vel cœlicolis præſtantiorem, vel ſaltem æquali ſorte potiri.

### *De raptu & extaſi, & vaticiniis quæ iis qui morbo comitiali & ſyncopi corripiuntur, & quæ agonizantibus contingunt.* CAP. L.

Raptus eſt abſtractio, & alienatio & illuſtratio animæ, à *Raptus quid.* Deo proveniens, per quam Deus animam à ſuperis delapſam ad infera, rurſus ab inferis retrahit ad ſuperiora. Hujus cauſa eſt in nobis continua contemplatio ſublimiorum, quæ quatenus profundiſſima mentis intentione animum incorporeæ ſapientiæ conjungit, eatenus vehementioribus ſuis agitationibus, ipſum à ſenſibilibus corporeque ſevocat, & (ut inquit Plato) taliter quandoque quod nonnunquam corpus ipſum vel effugiat, & quaſi diſſolvi videatur, quemadmodum Aurelius Auguſtinus narrat de ſacerdote Calamenſi (cujus ſupra meminimus) Jacebat, inquit, ſimillimus mortuo, ſine anhelitu: & cum ureretur & ſecaretur, non ſentiebat. Tantum itaque eſt animæ imperium quando ſcil. ſuam naturam fuerit adſecuta, nec ſenſuum illecebris gravata ut virtute ſua ſubitò aſcendat, non modò in corpore manens, ſed etiam aliquando compedibus ſoluta extra corpus volitans ad ſuper cœleſtem habitationem, ubi jam Deo quàm proxima & quam ſimillima, divinorum effecta receptaculum, divino lumine oraculiſque repletur. Unde inquit Zoroaſtes: Aſcendendum tibi eſt ad lumen ipſum, & ad patris radios, unde tibi miſſa eſt anima, plurimam induta mentem. Et Triſmegiſtus ait: Aſcendere te oportebit ſupra cœlos, choriſque dæmonum longè abeſſe. Et Pythagoras ait: Si tu relinquendo corpus in ætherem liberum tranſieris, eris immortalis Deus. Sic legimus Hermetem, Socratem, Xenocratem, Platonem, Plotinum, Heraclitum, Pythagoram & Zoroaſtem, raptu ſolitos ſe vocari, atque ſic multarum rerum diſcere ſapientiam. Legimus etiam apud Herodotum fuiſſe in Proconneſo Philoſophum miræ ſcientiæ, Atheu nomine, ejuſque animam quandoque corpus exire, ac poſt viſa longinqua ſpacia, rurſus in corpus redire doctiorem. Idem tradit Plinius, conſueviſſe animam Harmonis Clazomenii, eamque relicto corpore vagari ſolitam, multa quoque ac vera è longinquo nunciare. Et ſunt adhuc in hunc diem apud Norvegios & Pilappios perplures qui ſe in totum triduum ſevocant à corpore, reverſique multa à longinquis

renunciant, atque illos intereà cuſtodiſe oportet, ne quod vivum animal illos ſupergrediatur contingatque, alias ferunt ſe corpus ſuum non reverti. Sciendum ergò, quod (juxta Ægyptiorum doctrinam) cum anima lumen ſit quoddam ſpirituale, quando à corpore eſt ſoluta, omnem locum & omne tempus comprehendit, non ſecus atque lumen in laterna incluſum, qua aperta, uſquequaque diffunditur, neque deficit, ſed ubique eſt, & ſemper. Et Cicero in ſuo de Divinatione lib. ait: Nec aliquando animus hominis divinat, niſi cum ita ſolutus eſt, ut ei planè nihil ſit cum corpore, aut parum. Cum igitur pervenerit ad alium ſtatum, qui eſt ſupremus gradus contemplativæ perfectionis, tunc rapitur ab omnibus creatis ſpeciebus, & intelligit non per ſpecies acquiſitas, ſed per inſpectionem ad ideas, omniaque in idearum lumine cognoſcit: cujus luminis Plato dicit paucissimos homines participes fieri in hac vita, ſed penè Deos omnes. Syncopis etiam, morbique comitialis raptum quodammodo imitantur, atque in ipſis ſæpiſſimè ſicut in raptu, vaticinia proveniunt, quo quidem vaticinandi genere legimus Herculem, Arabeſque quam plures excelluiſſe. Et ſunt quædam vaticinia, quæ inter confinia naturalium divinationum & transnaturalia oracula media ſunt, videl. quæ ex paſſionis alicujus exceſſu, ut amore nimio vel triſtitia, vel inter crebra ſuſpiria, aut imò mortis agone, homines pronunciant, ſicut apud Statium de matre Achillis:

*--- -Nec vana parentum*
*Expiavit vitreo ſub gurgite remos.*

*Anima à corpore ſoluta, omnem locum & tempus comprehendit.*

Ineſt enim animis noſtris quædam vis perſpicua, & capax rerum omnium, ſed caligine corporis & mortalitatis obſita & impedita, poſt mortem autem immortalitatem conſecuta, & à corpore ſoluta, plenam & perfectam habet cognitionem. Hinc accidit morti vicinis, & ſenectæ debilitatis, nonnunquam aliquid inſueti luminis, quia anima tunc ſenſibus minus impedita eſt, & acutius intelligit, & jam quaſi paululum relaxata vinculis, corpori amplius non omninò obnoxia, & quaſi loco quò migratura eſt vicina, revelationes facilè percipit, quæ agoniis ſuis permixta, ſibi tunc offeruntur. Unde Ambroſius in libro de Fide reſurrectionis ait: Anima noſtra corporeum iſtud evadere geſtit ergaſtulum, quæ motu aereo libera neſcit quo vadat, aut unde veniat. Scimus tamen quod corpori ſuperſtes vivat, & ea jam depoſitis proprii ſenſus repagulis expedita, libero cernat obtutu, quæ ante ſita in corpore non videbat: quod exemplo dormientium poſſumus æſtimare, quorum animæ



velut quieti ſepulto corpore ad altiora ſe ſubrigunt, & renunciant corpori rerum abſentium, vel etiam cœleſtium viſiones.

## *De ſomnio Prophetico.* CAP. LI.

Somnium dico nunc, quod ex ſpiritu phantaſtico & intellectu invicem unitis, aut per illuſtrationem intellectus agentis ſupra animam noſtram, aut per meram revelationem numinis alicujus, purgata atque tranquilla mente procedit: ab hoc enim anima noſtra vera recipit oracula, affatimque nobis vaticinia præſtat: nam in ſomniis & interrogare videmur, & diſcere, & legere, & invenire: multaque dubia, multa conſilia, multa incognita inopinataque: neque unquam tentata animis noſtris, nobis in ſomniis patefiunt, apparentque imagines ignotorum locorum, & ſimulachra hominum tam viventium quam mortuorũ: portendunturque futura, quæ nondum provenerunt, & revelantur proveniſſe uſpiam, quæ nulla adhuc ſcientiæ fama innotuerunt, & hæc ſomnia nulla alia egent interpretandi arte, ſicut illa de quibus in primo libro locuti ſumus, quæ divinationis ſunt, non præſcientiæ: contingitque eos qui viderunt, ut plurimum non intelligere: quia (ut inquit Abdala Arabs) ſicut videre ſomnia, eſt à fortitudine imaginationis: ita intelligere ea, eſt à fortitudine intellectus. Cujus ergo intellectus nimio carnis demerſus commercio ſopitus eſt, aut ſpiritus imaginativus ſive phantaſticus tam hebes ac impolitus eſt, ut ſuperni intellectus ſpecies influenteſque imagines nequeat excipere, exceptaſque retinere, hic ad ſomniorum vaticinia planè inutilis eſt. Oportet ergò volentem vera recipere ſomnia ſpiritum phantaſticum purum, inconcuſſum, imperturbatumque ſervare, atque ita componere, ut dignus efficiatur cui mens atque intellectus præſideat, atque innoteſcat: talis namque ſpiritus vaticiniis aptiſſimus, omnium idolorum à rebus undique manantium (ut inquit Syneſius) ſpeculum eſt clariſſimum. Cùm igitur corpore jam ſani ſumus, non perturbati animo, non cibo potuve gravati, nec mœrentes inopia, nec aliquibus nobis obſtrepentibus libidinis aut iracundiæ vitiis, ſed caſtè cubitum euntes dormimus, tunc anima noſtra pura atque divina, ab omni noxia cogitatione ſoluta, per ſomnium jam libera, hoc divino ſpiritu inſtrumento freta, radiantes, & refulgentes, a mentibus divinis, in ſe ſuſcipit radios & effigies, atque tanquam in quodam deifico ſpeculo, omni intellectus fatigati indagatione, rationiſque diſcurſu longè quidẽ certius,

*Somnia videre, & ea intelligere, unde contingat.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

clarius, efficaciuſque contuetur, inſtruentibus divinis po-ſtatibus invitatam ad cœtum illorum animam nocturnæ ſo-litudinis opportunitate, neque etiam tunc vigilanti de-propitia divinitas, quæ illius actus moderetur. Quicunque -tur ſpiritum ſuum meditatione tranquilla ac religioſa, per victum temperatum & moderatum ſecundum natur- cõſervat purum, hoc utitur admodum præparato, ut ejuſ-ratione divinus evadat atque ſciens: quicunque verò co- phantaſtico ſpiritu languet, non recipit perſpicua diſcreta viſa: ſed quemadmodum luſcus oculus propter debilita- confusè indiſcreteq; judicat: ſic etiam quando crapula vi- repleti ſumus, tunc ſpiritus noſter noxiis vaporibus oppreſ- (ſicut aqua turbida ſub eadem forma ſolet diſſimiliter a- decipitur atque hebeſcit: quam ob cauſam Amphiaraus va- (ut legimus apud Philoſtratum) volentem recipere ora- juſſit integrum diem à cibo, à vino autẽ triduo abſtinere, non poſſit rectè vaticinari anima, niſi eſſet vino ciboq; li-ta. ſobriis enim animis, ac religioſis, divinoque cultui vaca-tibus, ſolent dii tribuere oracula. Unde Orpheus excla-

*Simile.*

*Philoſtrat. lib. 2 c. 24.*

*Nuncie futurorum vaticinator maxime,*
*Accedis ad animas ſomni quiete demulctas:*
*Easq; compellans ſuſcitas mentem.*
*Sententias numinum beatorum eis per ſomnium ſubi-*
*Silens ſilentibus animis ventura pronuncians.*
*His inquam animis quorũ mens divino cultu refiſ-*

Hinc apud veteres moris erat, ut qui reſponſa accep-ſent, priùs celebratis ſacris quibuſdam expiationibus & ſa-ficiis, peracto divino cultu, etiam ſacrato cubiculo, vel ſuarum immolationem velleribus, religioſius incubarent. jus quidem ritus meminit Virgilius in his verſibus:

*In dubijs reſponſa petunt, huc dona Sacerdos*
*Contulit, & cæſarum ovium ſub nocte ſilenti*
*Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſq; petivit.*

Et paulò pòſt canit:

*Hic & tum pater ipſe petens reſponſa Latinus,*
*Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,*
*Atq; horum effultis tergo ſtratiſq; iacebat*
*Velleribus -----*

Et qui Lacedæmoniis præerant (quod ait Cicero) in Pa-ës phano ſomniandi cauſa recubare ſolebant: idẽ fieri in plo Æſculapii, à quo vera immitti ſomnia putabantur: & C-labri Podalyrium Æſculapii filium conſulturi, juxta ei-



-pulchrum in agninis pellibus obdormiſcebant. ſic namque in ſomniis, de qua quiſque re ſcire cuperet, admonebatur. Familiariſſimum autem tempus ſomniorum eſt nox, quando ſenſus vagis objectis & erroribus meridianis, vaniſque affectibus liberati, nec metus pulſat animum, nec vacillat cogitatus, & paratiſſima mens divinitati perſeveranter inhæreat. Sunt autem (ut ait Rabi Johenan in lib. Senatorum) ſomniorum verorum quatuor genera: Primum matutinũ, quod inter ſomnum & vigiliam fit: ſecundum quod quis viderit de altero: tertium, cujus interpretatio viſione nocturna ipſi ſomniatori oſtenditur: quartum, quod eſt eidem ſomniatori repetitum, juxta illud quod ait Joſeph ad Pharaonem, inquiens: Quòd autem vidiſti ſecundò ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt. Eſt autem firmiſſimum ſomnium, quod eſt de his quæ ſecum quiſq; revolvit, & mente agitat eundo dormitum, ſicut ſcribitur: Tu Rex cogitare cœpiſti in ſtratu tuo quod eſſet futurum poſt hæc. Oportet autem alienorum ſomniorum interpretem habere ſcientiam, qua poſſit diſtinguere & diſcernere ſimilitudines rerum omnium, & cognoſcere mores omnium gentium, ſecundum leges quas receperunt de Deo, & de Angelis. Illud præterea ſciendum, vix aliquod, aut nullum omnium eſſe abſque re aliqua inani, ſicut nullum frumenti granum abſque paleis: quod etiam ipſius Joſephi Patriarchæ ſomnium teſtatur, quod interpretatus pater Jacob inquit: Quid ſibi vult inſomnium hoc quod vidiſti? num ego & mater tua, & fratres tui, adorabimus te ſuper terram? quod quidem de extincta poſtmodum matre effectum non eſt conſecutum. Hæc etiam Rab Johenan in libro prænominato, cui accedens Rabi Levi, omne ſomnium Propheticum non plus, quàm ad uſq; duos & viginti annos ait effectu ſuo poſſe fraudari: ſic Joſeph anno ætatis ſuæ decimo ſeptimo ſomniavit, quod poſtea ætatis ſuæ triceſimo nono prodiit in actũ. Volens itaque nunc divina ſuſcipere ſomnia, ſit corpore benè diſpoſitus, & cerebro à vaporibus, animo à perturbationibus libero, eoque die abſtineat à cœna, nec bibat quod inebriare poſſit: habeat cubiculum mundum & nitidum, etiam exorcizatum & ſacratum, in quo facto ſuffitu, inunctis temporibus, & vinctis digitis ſomniorum annulis, ſuppoſita capiti cœleſti imagini, ſacraque charta, invocato ſactis orationibus numine ſtatum petat, intenta cogitatione ſuper re quam ſcire deſiderat. ſic enim veriſſima & indubia videbit ſomnia cum vera intellectus illuminatione. Quicunq; igitur ea quæ in his li-

*Somniorum tempus nox eſt.*

*Somniorum verorum genera quatuor.*

*Inanes res ſomnijs permixtæ.*

*Ad divinorum ſomniorum receptionem quæ requirantur.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

bris ſparſim de hac re diximus, conjungere noverit, ora- xum & ſomniorum donum facilè obtinebit.

*De ſortibus & notaminibus certam oraculorum vim poſſi- dentibus.* CAP. LII.

SUnt etiam ſordes quædam divinam oraculorum poſſi- tes virtutem, ac tanquam divini j dicii indices, ante ma prece & obſecratione illorum qui hoc exquirunt perita, quando etiam à Deo ipſo fieri præceptæ, quemadmodum Levitico legitur, de hirco offerendo Domino, & de capro miſſario: & in Numerorum lib. de virgis tribuum Iſrael. verò & Moyſes & Joſue miſſis ſortibus in conſpectu Domi diviſerunt terras, & hęreditates tribubus Iſrael ſecundum ſcriptum Dei. Apoſtoli Chriſti præmiſſis precibus per ſo elegerunt Matthiam in locum proditoris Judæ. Jonas pheta cum fugiens à facie Domini navigaret Tharſum, orta tempeſtate nautæ per ſortem invenerunt illum cau periculi, projectumque in mare ceſſaſſe tempeſtatem. Caeſar de M. Valerio Procillo capto ab hoſtibus, ter ſort conſultum, utrum igne ſtatim necandus eſſet, an in aliud pus reſervandus, ſortium beneficio evaſiſſe incolumem. quondam apud Buram Achajæ oppidum Herculis oracu ex talis & abaco conſtitutum, ubi conſulturus de re post peractas Deo preces, talos quatuor jaciebat, tum atque figuras obſervans vates, quid venturum baco ſcriptum comperiebat: erant autem tali ſtiarum oſſibus confecti. Illud verò ſciendum, vetuſtos non ſolitos qualibet levi de cauſa mittere ſortem, ſed ceſſitate, aut grandi utilitate urgente, nec niſi cum magna ligione, reverentia, expiationibus, jejuniis, munditia, invocationibus, votis, ſacrificiis, conſecrationibus, adhibitis Religionum ſacris myſteriis. Solent enim operibus noſtris ritè præmiſſa ut maximè divinam voluntatem ac benevolentiam, divinorumque ſpirituum ſentiam, quorum diſpenſatione ſorte directa, rei quam ram ſuſcipimus ſententiam. Oportet ergò quemcunque ſortes operantem, accedere animo benè diſpoſito, non bato non diſtracto, & cum forti deſiderio, firma ne, ac conſtanti intentione ſcendi id quod quæritur, præterea erga Deum & cœleſtia puritate, caſtitate, ſancti nia pollentem, indubia ſpe & firma fide, ſacris orationibus vocare, ut dignus efficiatur cui divini ſpiritus congre

*Non temerè ſortiebantur antiqui Patres.*



divinaque voluntas innoteſcat: ſic namque ſi fueris diſpoſitus, virtute ſortium maxima ſecreta tibi patefient, eriſque vates veridicus, præteritorum, pręſentium & futurorum, de quibus fueris requiſitus. Quod autem de ſortibus hic diximus, etiam in ominum & notaminum auguriis obſervandum eſt, quando videl cum formidine, tamen firma cum expectat one notamina quædam vaticinandi cauſa nobis præfigimus, aut ſignum poſtulamus ſicut vernaculus Abrahæ Eleazar, & Gedeon judex in Iſrael feciſſe leguntur. Erat quondam Pharis Achajæ civitate medio foro Mercurii ſimulachrum, ubi omen accepturus, ſuffito thure, & accenſis lucernis, quæ antè aſtabant, oblatoque patrio numiſmate in ſimulachri dexteram, tum quodcunque percunctari voluiſſet, in ſimulachri aurem inſuſurrabat, moxque ambabus manibus obturatis auribus ſuis, ocyus à foro diſcedebat: cujus limites egreſſus, ilicò apertis auribus quam primam vocem excepiſſet, ſibi pro rato omine, & tanquam dato oraculo obſervabat. Licet igitur ſortes ejuſmodi ignorantibus (tanquam à caſu, vel à fortuito eventu fieri) nihil rationis habere videatur, tamen à Deo & ſublimioribus virtutibus certis rationibus diſponuntur, neque cadunt præter intentionem eas moderantis. Nonne in electione Saul in Iſrael, ſors in illum caſu & fortuito cecidiſſe putabatur. Attamen jam antea à Domino ſtatutus fuit Rex, & unctus à Samuele Propheta: & qui ſtatuerat illum Regem Deus, diſpoſuit & ſortes, ut caderent ſuper illum. Atque de his hactenus ſatis.

*Quomodo ſe diſponere debeat volens ſuſcipere oracula.*

CAP. LIII.

QUicunque ad ſupremum animæ ſtatum accedere cupiens ad oracula petenda proficiſcitur, oportet eum caſtè ſanctèque diſpoſitum, purum mundumque accedere, ita ut nullius ſordis impetigine anima ejus inquinetur, nullaſque peccatorum cicatrices pectori gerat impreſſas: oportebitque animum penitus ſegregare & purgare, quatenus naturæ permittit neceſſitas, ab omni morbo, hebetudine, malitia & ejuſmodi paſſionibus, omnique irrationali conditione, quæ ſequitur eam tanquam ferrum rubigo, ritè componendo & diſponendo, quæ ad mentis pertinent tranquillitatem, ſic enim veriora efficacioraque accipiet reſponſa. Quibus verò purgetur animus, & in divinam ſuam reſtituatur puritatem, à religione nobis ſapientiaq; eſt perdiſcendum, neq; enim ſine religione ſapientia, nec ſine ſapientia probanda eſt religio. Sapientia



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

enim (inquit Solomon) lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam: & Lucretius ait, eam eſſe inventum Dei, ſeu ſpeculum Dei, ubi canit:

*Hic Deus ille fuit, Deus inclyte Memmi,*
*Qui Princeps vitæ rationem invenit eam, quæ*
*Nunc appellatur ſapientia, quiq; per artem*
*Fluctibus è tantis vitam tantiſq; tenebris*
*In eam tranquilla & tam clara luce locavit.*

Intelligit quoq; eam eſſe illuſtrationem divinam, unde Democritus nullos viros ſapientes arbitratur, præter illos qui furore quodam divino perciti ſunt, quemadmodum Minoem Cretenſis, quem ferunt à Jove cuncta didiciſſe, cum eſſet ei in Ida monte frequens cum Deo converſatio: ſic etiam Meleſagoram Eleuſinum Athenienſes ferunt à nymphis edoctum: & Heſiodum cum eſſet pecudum paſtor in Bœotia, greges juxta quendam Heliconam montem egiſſet, legimus à Muſis condonatum fuiſſe aliquot calamis: quibus acceptis, poeſim repentè adeptum eſſe: quæ quidem & hujuſmodi in momento adſequi, pro certo non eſt humani animi ſed divinitus inſpirati, videl. cui ineſt Deus omnia operans, ipſe namq; Deus in animas ſanctas ſe transferens, Prophetas & mirandorum opifices conſtituit potentes in opere & ſermone, ſicut aſſerunt Plato & Mercurius, atque ipſe etiam Xyſtus Pythagoricus aſſerentes, ejuſmodi hominem Dei templum, Deum autem hoſpitem: cui aſtipulatur & noſter Paulus, hominem vocans templum Dei: & alibi de ſeipſo inquit. Omnia poſſum in eo qui me confortat Deus. ipſe enim eſt virtus noſtra, ſine quo (ut ipſe perhibet) nihil poſſumus, quod etiam Ariſtot. in Meteoris & Ethicis fatetur, nullam eſſe virtutem, ſive naturalem ſive moralem, niſi per Deum: & in ſecretis ſuis aſtruit, intellectum bonum & ſanum poſſe in naturæ ſecreta, dummodo adſit divinæ virtutis influentia, alias nequaquam. Hanc autem influentiam tunc ſolum ſuſcipimus, quando nos abſolvimus ab impedimentis aggravantibus, a carnalibus & terrenis occupationibus & ab omni externa agitatione. Neque enim poteſt lippus & immundus oculus res nimium lucentes intueri, nec capere poterit divina, qui purgationem animi ignorat. Oportet autem pedetentim & velut per gradus quoſdam ad hanc animi puritatem pervenire. neque enim unuſquiſque à novo iis myſteriis initiatus, ſtatim lucida omnia comprehendit, ſed aſſuefaciendus paulatim eſt animus, quouſq; in nobis emineat intellectus, ac divinæ luci applicans illi permiſceatur.

*Homo Dei templum.*

*Pedetentim ad animi puritatem perveniendum.*

Anima



Anima atque humana quando ritè fuerit purgata & expiata, tum ab omni varietate ſoluta, libero motu foras emicat, ſurſum aſcendit, divina capit, etiam ſeipſam erudit, quando forte aliunde erudiri videtur. neq; enim commemoratione neq; demonſtratione tunc indiget, ob naturalem ſui ſolertiam, tum per mentem ſuam, quæ animæ caput & auriga eſt, ſuapte natura angelos imitata, non ſucceſſione, non tempore, ſed ſubitaneo momento, quod cupit, aſſequitur. David enim literas non didicit, & ex paſtore effectus eſt vates, & divinarum rerum ſcientiſſimus. Solomon in unius noctis ſomnio, omnium ſuperum & inferum ſapientia repletus fuit: ſic Eſaias, Ezechiel, Daniel, cæterique Prophetæ & Apoſtoli eruditi ſunt: poteſt enim anima (quæ communis Pythagoreorũ & Platonicorum ſententia eſt) per viam purgatoriam abſque alio ſtudio, vel inveſtigatione, per ſolam modicam, & facillimam collationem, & adventitiam, ſuper iam deſuper habita intelligibilia, perfectam omnium ſcibilium ſcientiam acquirere: poteſt etiam per extrinſecam expiationem ad hoc devenire, ut omnia per ſubſtantialem ſuam formam indiviſibiliter intelligat. Purgatur autem animus, & expiatur per munditiam, per abſtinentiam, per pœnitentiam, per eleemoſynam, tum etiam conferunt ad idem ſacra quædam inſtituta, ut hic inferius patebit. curanda eſt enim anima per religionum ſtudia, vulgò quidem occulta, ut ſanitati reſtituta, veritate firmata, & divinis præſidiis munita, non timeat ſuborientes concuſſiones.

*David Solomon cæteriq; prophetæ & Apoſtoli ſubito edocti.*

*Animus quomodo expiandus.*

## *De munditia & quomodo obſervanda.* CAP. LIV.

Munditiam igitur inprimis oportebit ſervare, in victu, in operibus, in affectibus, ſordeſque omnes & animi perturbationes, & quæcunque ſenſum, ac ſpiritum offendunt expellere: & quæ inſunt homini diſſimilia cœlo, non ſolum ſi animo & ſpiritu, verum etiam ſi in corpore, ſi circa corpus fuerint. talis namque munditia exterior animi puritatem haud parum creditur adjuvare. Hanc ob cauſam philoſophi Pythagorici aviditate oraculorum capti, divinis laboribus celebratis, lavabant in flumine vel balneo, veſtibus induebantur albis atq; lineis. nam lanam prophanum veſtitum arbitrabantur, tanquam belvinæ ſordis excrementum pecori detractum: cubile purum & prorſus immaculatum habitabant. Similimodo ſolebant Bragmani Indorum ſapientes, in fonte qui Dirce appellatur in Bœotia exutis veſtibus lavari, oblito prius capite guttis electreis, & odoribus ei rei aptis: deinde poſtquam

*Lana veſtitus prophanus.*

*Bragmanorum habitus & geſtus.*

pro ritu ſatis mundi erant, exeundum circiter meridiem, ... ſtiti lino candido, mytra alba, in digitis ferentes annulos & baculos geſtantes manibus. Simili modo apud Gymnoſophiſtas in die ter, & nocte bis lavari aqua frigida ſanctum ... priuſquam ſacrorum penetralia ingredi: utebantur etiam ... neis veſtibus quotidie recenter ablutis. Legimus quoque eundem ablutionis ritum apud Heſiodum in Operum atque dierum libro, ubi canit:

*Nemo ſub aurora Iovi audet fundere vina*
*Illotis manibus, ſed & mortalibus ullis,*
*Non ſic exaudire volunt, ſpernuntq; precati.*

Et alibi:

*Pravus ubi fluvium manibus non lotus obiuit,*
*Huic dij ſuccenſent, tribuentes inde dolores.*

Hinc apud Virgilium ſic patrem Æneas alloquitur:

*Tu genitor cape ſacra manu patrioſq; penates,*
*Me bello ex tanto digreſſum & cæde recenti*
*Attrectare nephas donec me flumine vivo*
*Abluero--- --*

Mos enim erat gentibus, quando diis ſuperis ſacra facturi eſſent, corpus ablutione purgare: quando vero diis inferis ... dum erat, ſola ſufficiebat aſperſio. Hinc apud Virgilium Dido cum ſacra diis inferis inſtitueret, ait:

*Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem.*
*Dic corpus properet fluviali ſpargere lympha.*

Et alibi ubi infert Æneam apud inferos ramum Proſerpinæ adferentem, ita canit:

*Occupat Æneas adytum, corpuſq; recenti*
*Spargit aqua---*

Nec non ubi Miſenum ſepeliendum canit:

*Idem ter ſocios pura circumtulit unda,*
*Spargens rore levi, & ramo felicis olivæ.*

Munditia enim comparata homo cœleſtis atque ſpiritualis vadit, & ad Dei contuitum unionemq; diſponitur, dum mundo corpore & pura mente Deo miniſtrat, & in omnibus munditiam amplectitur, in viſceribus, in cute, in veſtibus, in ... ſilibus, in habitaculis, in muneribus, oblationibus, hoſtiis, ſacrificiis: quorum omnium munditia etiam aerem purificat, influxumq; illum mundiſſimum cœleſtium & divinorum attrahit, & mundos Dei miniſtros dæmoneſq; bonos allicit & ... convertit: licet nonnunquam etiam immundi ſpiritus & ... li dæmones, veluti bonorum ſimiæ, vel ut adorentur & ... pi-



piant, hujuſmodi munditiam exquirunt: ideoq; inprimis obſervandum eſt, ut habeatur animus mundus, & cor purum atque tunc immundæ poteſtates nequeunt aſcendere.

*De abſtinentia & ieiuniis, & caſtitate, ſolitudine & animi tranquillitate atq; aſcenſu.* CAP. LV.

ABſtinentia quoque ſuos paſſim obſervatores contra vitia, & malos dæmones familiariter munit atq; tuetur, & quaſi templum Dei incontaminatum reddit animum, mentemq; Deo conjungit: nihil etiam ad ſanitatem complexioniſque temperantiam melius, quam ſuperflua minime congregare, modumque neceſſarii victus non excedere neque enim nutrimentum natura valentius adſumendum eſt, ſed quo potius natura ſit valentior, ſicut de Chriſto aſſerunt nonnulli, quòd cameta cibum ſumebat, ut non generaret ſuperfluum quartæ digeſtionis. Multi quoque alii parcitate cibi, ſimul & ſanitate & agilitate corporis gaviſi ſunt, ut Moſes & Helias, qui uſque ad quadrageſimum diem jejunium protraxerunt. Unde ille ſplendebat facie: & iſte ſubvectus corpus ſuum veluti ſpiritum facile ducebat ad nutum. Nam aſſerunt magi & philoſophi ſpiritum noſtrum non quemadmodum terrenum, aut corporibus ex ciborum aut potuum concoctione per certa organa recepto alimento nutriri, ſed ſpongiatum more, per totum corpus undique alimentum ſuum haurire, videlicet ex vaporibus tenuiſſimis corpus undique penetrantibus. Itaque qui ſpiritum hunc cupiunt habere purum & potentem, cibis utuntur ſiccioribus, corpuſque hoc craſſum jejuniis extenuant, ac facile permeabile reddunt, ne ejus pondere aut craſſeſcat ſpiritus, aut ſuffocetur, tum lotionibus & fricationibus, & exercitiis, & amictu corpus ipſum mundum conſervant, ſpiritumque luſtrationibus & ſuffitibus corroborant, & ad puram tenuemque ſinceritatem perducunt. Debemus igitur in ſumendis cibis eſſe puri atque abſtinentes, quemadmodum Philoſophi Pythagorici, menſam ſacram atque ſobriam ſervantes, vitam in omni temperantia protrahebant. Temperantia enim vitæ complexioniſque, quia talis nullum infert nobis alicujus ſuperantis humoris tumultum, qui ad nullam imaginem commoveat phantaſiam, efficit ut anima noſtra ſæpiſſime ſomnians, nonnunquam etiam vigilans, ſemper ſupernis influxibus ſubjiciatur. Inſuper Pythagorici, ſi quis per abſtinentiam prudenter moderetur, ſingulas tum animi tum corporis ſui motiones, perpetuam utriuſque ſanitatem, *Tẽperantiæ affectus.*

ac etiam

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*A quib. potiſſimum homini abſtinendum.*

ac etiam diuturnam vitam pollicentur. Sic Bragmani nullum ad ipſorum admittebant collegium, niſi abſtinentes à vino, carnibus, & vitiis: dicentes, neminem poſſe Deum intelligere, niſi qui illum divina converſatione æmularetur: quod etiam inferiores Indos apud Philoſtratum docuit Phraotes. Præterea abſtinere nos oportet ab omnibus quæcunque animum ſpiritumque inficiunt, & cupiditatibus & invidentia, quæ injuſtitiæ famulæ ſunt (ut inquit Hermes) ad multa facinora mentem ac manum impellentes: item ab ocio & luxuria: anima enim corpore & libidine ſuffocata, cœleſte aliquid prævidere non poteſt. Quapropter ſacerdotes Athenienſium, qui Græcè Hierophantæ appellantur (ut refert Hiemus) quo caſtius in ſacris agerent, diviniſque rebus incumberent, conſueverunt ſorbitioni cicutæ ſeipſos caſtrare. Caſtitas præterea mentis Deo devotæ, ipſa animam noſtram (ut docet Orpheus Muſæum in omnium Deorum hymno) ſempiternum ac ſemper paratum efficit Dei templum. Inſuper abſtinere debemus ab omni multitudine & varietate ſenſuum, affectibus, imaginationum, opinionum & ejuſmodi paſſionibus, quæ [...]dunt animum, ac judicium rationis pervertunt: ſicut paſſim videmus in philocaptis, invidis & ambitioſis: quapropter has paſſiones Cicero (in Tuſculanis quæſtionibus) tanquam animi ægritudines & peſtiferos nominat morbos. Horatius furores appellat, vel inſanias; ubi canit:

*Mille puellarum, puerorum mille furores.*

Sentire quoque videtur idem, in hoc omnes homines [...] quo ſtultos eſſe: unde legitur in Eccleſiaſtico: Stultorum infinitus eſt numerus. Idcirco Stoici negant paſſiones cadere in ſapientem: paſſiones inquam, quæ ſequuntur apprehenſionem ſenſitivam, nam paſſiones rationales & mentales, ſapienti concedunt. Sic ſentire videtur etiam Boethius ubi canit, paſſiones aliquas abjiciendas in inquiſitione veritatis, his verbis:

*Tu quoq; ſi vis*   *Pelle timorem,*
*Lumine claro*   *Nec dolor adſit,*
*Cernere verum*   *Spemq; fugato.*
*Tramite recto*   *Nubila mens eſt,*
*Carpere callem:*   *Vinctaq; frenis,*
*Gaudia pelle*   *Hæc ubi regnant.*

Oportet nos igitur animum ab omni multitudine & [...]di paſſionibus penitus denudare & avertere, & veritatem ſimpliciſſimam adſequemur: quod quidem multi philoſophi longi temporis ſolitudine leguntur aſſecuti. Animus enim



per ſolitudinem ab omni humanorum negociorum cura ſolutus, ſacris numinibus, ac cœleſtibus vacans, eadem quotidie ſentit, quæ cœleſtia numina cogitant efficere. Sic Moſes Hebræorum legislator, & maximus Prophetarum, ac omni Chaldæorum & Ægyptiorum ſapientia eruditus, cum ſeſe à ſenſibus abſtrahere vellet, in vaſtas Æthiopiæ ſolitudines conceſſit: ubi cunctis humanis negotiis prætermiſſis, ad ſolam divinarum rerum contemplationem animum mentemque convertit, in quo ſic omnipotenti Deo placuit, ut illum facie ad faciem videre & intueri meruerit, accepta etiam miraculorum illorum ſtupenda potentia, quæ Sacræ literæ de illo teſtificari conſpiciuntur. Sic Zoroaſtes Magorum pater ac princeps, omnium rerum naturalium divinarumq; ſcientiam viginti annorum ſolitudine dicitur aſſecutus, ubi de omni divinandi atque vaticinandi arte plura conſcripſit, ac fecit. Similiter operatum eſſe Orpheum in Thraciæ deſertis, ſcripta ejus ad Muſæum declarant. Sic legimus Epimenidem Cretenſem, longiſſimo quodam ſomno fuiſſe eruditum, nam annis quinquaginta dormiviſſe ajunt: hoc intelligunt, latuiſſe. Pythagoras quoque ſimiliter decem annis latuiſſe fertur: atque Heraclitus & Democritus eandem ob cauſam ſolitudine delectabantur: quanto magis enim animalem vitam relinquimus, & humanam, tanto magis vivimus angelos & Deum, quibus conjuncti, & in meliorem ſortem reſtituti, in omnia poſſumus, omnibus dominantes. Qualiter autem animus noſter ſegregandus ſit à vita animali, & ab omni multitudine, atque [...]gendus, quouſque aſcendat ad ipſum unum, bonum, verum, pulchrum, per ſingulos tam cognobilium quàm cognitionum gradus, docet Proclus in commentariis ſuper Alcibiadem, oſtendens quomodo inprimis fugienda ſenſibilia, ut ad eſſentiam incorpoream nos transferamus: ubi animarum ordinem, multiplicatum tamen per rationes plurimas habitudines proportioneſque varias, & vincula multa varietatemque vitium multiformem ſuperare oportet, & ad intellectum, & intelligibilia regna contendere: & quanto intervallo hæc ſunt animis meliora, contemplari: porro ipſam etiam intellectualem multitudinem licet unitam & individuam relinquere, atque ad ſuperintellectualem eſſentialemque unitatem ab omni multitudine abſolutam, ipſiuſque boni, & veri fontem pervenire. Simili ratione fugere nos oportet omnem cognitionem multitariam diſtrahentem atque fallentem, ut veritatem ſimpliciſſimam conſequamur. Relinquenda igitur multitudo

*Homini quæ potiſſimum fugienda.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tudo affectuum, ſenſuum, imaginationum, opinionum,
tam in ſe diverſa eſt, ut alia aliis in quolibet ſint contra
cendendumque ad ſcientias: in quibus licet varia multi
ſit, contrarietatem tamen habet nullam, omnes enim ſi
vicem connexæ, & ſubalternatim una alteri miniſtrat
inſervit, uſque ad unam ab omnibus præſuppoſitam, &
lam ulterius ſupponentem, ad quam omnes cæteras
portet: tamen non eſt ibi ſummus cognitionum apex,
per eam eſt intellectus purus. Itaque depoſitis omni com
tione, diviſione, multiformique diſcurſu, ad intellectu
vitam ſimplicemque intuitum aſcendentes, intelligibile
ſentiam præceptionibus individuis & ſimplicibus ſpec
tes, ut ipſam ſummam animæ exiſtentiam, per quam
ſumus, & ſub qua unitur multitudo noſtra, conſequamur
que ſic primum unum, à quo omnibus ineſt unio, per
unum, tanquam eſſentiæ noſtræ florem attingamus:
tunc demum aſſequimur quando omnem multitudinem
gientes, in ipſam unitatem noſtram conſurgimus, unum
efficimur, & uniformiter agimus.

*De pœnitentia & eleemoſyna.* CAP. LVI.

*Potior purgationum pars quæ ſit.*

MAxima autem purgationum pars eſt, voluntaria pœ
tentia delictorum, nam (ut ait Seneca in Thyeſte)
pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens. Hæc enim maxim
bis adfert expiationem, dum moleſtiam delectamentis
nit, ſtupidamque expurgat ex animia lætitiam, tribuitque
quandam peculiarem ad ſupera reducentem. Eſt itaque
nitentia non modo mortificatio vitiorum, ſed & animæ
tale martyrium, quæ gladio ſpiritus ex omni parte con
tur: gladius autem ſpiritus, eſt verbum Dei. Unde inqu
remias Propheta, & etiam Paulus ad Epheſios ſcribens
ledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine. Et Pſal
canit: Gladius in labiis ipſorum. Ideo exponendæ ſunt
tationes & affectus animi, & omnia mala, quæ exeunt
de & ore noſtro, ſacerdoti in confeſſione, ut ipſe jud
bum Dei ea judicet, & ſecundum poteſtatem illi conce
Deo, pœnitentia injuncta mundet, & expurget, dign
bonum, neque verò ullum in religione abolendis piacul
nitentia reperitur valentius ſacramentum, hinc dii
Ovidio in Ponto)

*Pœnitentia quid.*

*Sæpè levant pœnis, ereptaq; lumina reddunt,*
*Quum bene peccati pœnituiſſe vident.*

Eſt



*Eleemoſyna laus.*

Eſt adhuc aliud expiationis Sacramentum, ipſa videlicet eleemoſyna: de qua parum, aut nihil me legiſſe memini apud philoſophos: ſed docuit nos illam ſumma veritas, inquiens: Date eleemoſynam, & omnia mundi ſunt vobis, & apud Eccleſiaſticum legitur: Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum. & Daniel regem Babylonis docuit, ut eleemoſynis redimeret peccata: & Raphael angelus teſtatur ad Tobiam: Quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit invenire vitam æternam. Hinc Chriſtus ad Patrem orare juſſit: Dimitte ſicut dimittimus, & da ſicut damus, de quo dixit alibi: Centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis. Idem judicaturus vivos & mortuos, præ cæteris improperabit damnatis, neglectas eleemoſynas, & miſericordiæ opera, dum dicet: Eſurivi & ſitivi, & non dediſtis mihi manducare, neque bibere, & adhuc in alio loco de pauperibus locutus inquit: Quod uni illorum feceritis, mihi feciſtis. Quod mihi etiam ſenſiſſe videtur Homerus, ubi introducit juvenem ad Antinoum procum in hæc verba dicentem: Antinoe non quidem pulchrè cecidiſti miſerum mendicum, perdet te, ſi uſquam Deus ſupra cœleſtis eſt, nam Dii alienis hoſpitibus aſſimilati, in univerſum exeuntes civitates evertunt, hominum injurias ſimul & nefas aſpicientes.

*De his, quæ extrinſecus adminiſtrata ad expiationem conducunt.* CAP. LVIII.

CReditum eſt, & à ſacrorum peritis traditum, expiari etiam animum ſacris quibuſdam inſtitutis & ſacramentis ab extra miniſtratis, ut per ſacrificia, per baptiſmata, per exorciſmata, per benedictiones, per conſecrationes, per aquæ purificatæ vel benedictæ aſperſiones, etiam per quaſdam inunctiones, & ſuffumigationes, non tam ad hoc ſacratas, quam etiam naturaliter hanc vim poſſidentes. Hoc modo habet in religionibus locum ſulphur, ad expiandum ſuffitu malos dæmones: ovum quoq; ſimiliter in purgationibus uſurpari ſolebat, hinc ova luſtralia dicta ſunt. unde Ovidius:

*Et veniat quæ luſtret anus lectumq; locumq;,*
*Deferat & tremula ſulphur & ova manu.*

Scribit etiam Proclus, ſacerdotes in purificationibus uti ſolitos ſulphure atq; aſphalto, aut ablutione aquæ marinæ: quoniam purificat ſulphur, propter odoris acumẽ, aqua vero marina, propter igneam portionem. Simili modo purificat herba pentaphyllon, quapropter ob puritatem ſuam ſacerdo-

tes

tes antiqui utebantur ea in purificationibus. Similiter & ramis olivarum, hæc enim tantæ puritatis eſſe dicitur, ut … olivam à meretrice plantatam, vel infructuoſam perpe… manere, vel omnino exareſcere. Simili modo confert … piationi thus, myrrha, verbena, valeriana, quæ & hero… dicitur, Arabice Fu appellatur: item benedicta & gariof… ſimiliter fel canis nigri ſuffitum, in his maxime præſtare … tur tam ad expiandum dæmones malos, quam maleficia … cunque fuerint: ſimiliter pennæ upupæ ſuffitæ phantaſ… pellunt. Mirum autem, & vix credibile, niſi illud narraret … vis & non contẽnendus autor Joſeph. in Hieroſolymitana … ſtoria, de radice Baaras, à loco juxta Macheruntem Judæ… pidum, ſic nuncupata, hanc ait colore flammeo noctu … dorem emittere, captu tamen admodum difficilem, … ptantis manus fallat, oculoſque refugiat, neque prius co… ſtat, quam menſtruatæ mulieris lotio fuerit conſperſa, … tamen hoc modo retenta, ſine periculo evellitur, quippe … trahentem præſentanea mors conſequitur, niſi ejuſdem … cis amuleto fuerit communitus: quo carentes, terram … circa ſcarificantes, radicem laqueo vinctam, cani alliga… repente diſcedunt: tandem nimio conatu ſecuturus can… dicem extrahit, & veluti domini perſolvens vices, illico … moritur, nulloque poſtmodum periculo radix illa a… tractari poteſt: cujus vis in expiationibus præſtantiſſ… etiam eos qui à ſpiritibus vexantur immundis, protinus … rare compertum ſit. Materias autem hujuſmodi in ſpiri… ſubſtantias agere, fugando, vel alliciendo, vel mitigando … incitando, non ſecus arbitrantur, atque ignis in Sicilia … animas, qui (teſtè Guilelmo Pariſienſi) corpora non læde… nimas intollerabiliter cruciat propinquantium. Cæterum … his partim ſuperius tractatum eſt.

*Ignis in Sicilia.*

*De adorationibus & votis.* CAP. LVIII.

ADorationes quidem & vota, ſacrificia atque oblat… gradus quidem ſunt in ſacris ad Deum inveſtigan… qui principaliter divinam provocant voluntatem, at… cram indiſſolubilemque ad deos conflant animabus co… nionem: ex orationibus enim quas verbis veris & ſacris … & mente proferimus, magnam vim comparamus, qu… plicantes illas numini alicui, movent illud, ut in nos … ſermonem ſuum & reſponſum, per radium divinum … dio (ut inquit Dionyſius) loquitur cum hominibus …



…ed adeò occultè, ut vix pauci percipiant. Percepit autem ſæpiſſime rex ille & propheta David, quando inquit: Audiam quid in me loquatur Dominus Deus. Adoratio itaq; diutiſſime continuata, & ſæpiſſime frequentata, perficit intellectum & animam ad ſuſcipienda divina lumina: efficit ampliorem amorem divinum accendens, ſpem fidemq; & mores ſacros inferens, animam ab omni contrario & adverſo expurgat, etiam mala multa repellit, quæ alioquin naturaliter evenirent. Hinc canit Ovidius:

*Flectitur iratus voce rogante Deus.*
*Sæpè Iovem vidi, cùm vellet mittere ſæva*
*Fulmina, thure dato, ſuſtinuiſſe manum.*

Revertitur autem homo ad Deum per orationes: quò perveniens (inquit Plato in Phædro) ſiſtit equos, & cubiculum ſympoſii intrat, ubi paſcitur ambroſia, & potatur nectare. Ideo qui virtutem aliquam poſſidere cupiunt, orandum illis eſt, & ſupplicandum crebro ad eum, qui in ſe omnem continet virtutem. Melior autem, & optima oratio, quæ non ore profertur, ſed quæ ſilentio ſancto, & cogitatione integra Deo offertur, quæq; voce mentis inclamans, verbis intellectualis mundi veneratur præſules Deos. Votum autem eſt ardens affectus caſtiq; animi Deo deditus, qui vovendo, quod bonum videtur, exoptat: hic affectus (ut teſtantur Iamblichus & Proclus) ita animas Deo conjungit, ut una aliquando Dei atq; animi operatio fiat: Dei videlicet, tanquam artificis, animi verò tanquã inſtrumenti divini: hinc per vota nonnunquam fieri miracula, morboſq; curari, tempeſtates averti, & ſimilia, omnis teſtatur antiquitas. Hinc legimus excellentiſſimos quoſque, & apud omnes nationes ſapientiſſimos viros, Indorum Brachmanas, Perſarum magos, Ægyptiorum gymnoſophiſtas, Græcorum, Chaldæorum Theologos: qui feſta deorum, & abdita myſteria ſanxêre, divinis votis ac orationibus potiſſimum incubuiſſe, ac miranda multa effeciſſe. Ad voti autem & orationis perfectionem (neque enim ſine adoratione votum, nec ſine voto uſquequaq; perfecta eſt adoratio) duo potiſſimum requiruntur: primò videl. notio ejus quod adorandum, & cui vovendum eſt, ac qua ratione, quo ordine, quibus mediis ſit colendum: ſunt enim multiplices Dei cooperatores & inſtrumenta, videlicet cœli, ſtellæ, adminiſtratorii ſpiritus, cœleſteſque animæ ac heroes, quos veluti janitores, interpretes, adminiſtratores, mediatores, primum implorare oportet eum qui pergit ad archetypum Deum, qui ſolus eſt terminus extremus

*Homo ad Deum quomodo revertatur.*

*Votũ quid.*

*Ad voti perfectionem duo requiruntur.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

adorationis : cætera numina tanquam aditus ſunt ad ipſu Deum. Scias itaq; adorationes ac vota ad ſolum unum Deu ſummum Patrem, deorum omnium regem ac Dominum, p ra ac pia mente principaliter facienda eſſe: quando verò a feriores deos proceſſerint, niſi ſubdelegatæ ſint à ſummo p tre adminiſtrationis minimè ſit intentio. Itaque adoration bus ac votis, quando ad inferiora numina diriguntur, Zoro ſtes & Orpheus ſuffumigationes, & characteres, & ejuſmo adhiberi licitum putabant: quando verò ad ſupremi Jovis m jeſtatem eriguntur, fieri illa minimè debere: quod etiam He mes & Plato fieri vetant. Unde Hermes ad Tatium. Hoc quit] ſacrilegio ſimile eſt, cùm Deum ores, velle thus, & milia accendere: aliena enim hæc ſunt [ ut ait Porphyrius omni pietate. nihil enim materiale inveniri poteſt, quod materiali Deo non ſit obſcœnum : idcirco neque omnis quæ voce proferatur, convenit: ſed nec interior oratio, ſi mus vitio contaminetur. Secundò autem requiritur aſſimi tio quædam vitæ noſtræ ad vitam divinam, puritate, caſtita te, ſanctimoniaque proficiſcens, cum ejus quod optamus to deſiderio: hoc enim ſummè divinam captamus benevol tiam, divinæque ſubjicimur largitioni. nam niſi nos purga animo digni ſimus exaudiri, tum ea quæ patimus digna fieri, manifeſtum eſt Deos precibus noſtris minimè adduci de inquit divinus Plato, Deum nullis precibus aut donis iniqua flecti. Nihil igitur à Deo petamus, quod velle non corum eſt. hoc enim ſolo plurimos videmus orationibus voto fruſtrari, quia nec ipſi religiosè diſpoſiti ſunt, nec deſide ria & petitiones ipſorum fiunt de his, quæ ſunt Deo bene cita, nec ſciunt diſcernere, quo ordine adorandum ſit, & quos mediatores ipſe Deus ſit adeundus, quorum ignorantia orationes, & preces noſtras ſæpiſſimè ad nihilum redigit, & vota ſupplicationibus noſtris abnegari facit.

## *De ſacrificiis & oblationibus, eorumque generibus & modis.* CAP. LIX.

SAcrificium autem eſt oblatio, quæ & ſacra ſit offerenda & ſacrat ſeu ſanctificat offerentem, niſi illum aut irreverentia aut aliud quoddam impediat peccatum. Hæc itaque ſacrificia & oblationes multam nobis præſtant fiduciam, & de ſummi Dei efficiunt, malaq; multa nobis imminentia repellit, quod quidem Hebræorum doctores præ cæteris confirmant inqui entes: Per hoc quod animalia noſtra mactamus, atque no



ſtras ſacrificio diſſipamus, imminentia mala nobis ad ejuſmo- di deflecti: tum ſicut mortalis hic ſacerdos, in hoc inferiore mundo ſacrificat Deo animas animalium irrationabilium, per interitum corporis ab anima, ita Michael Archangelus ſubli- mioris mundi ſacerdos, ſacrificat animas hominum, idq; per ſeparationem animæ à corpore, non corporis ab anima, niſi per accidens, ſicut contingit in furore, raptu & extaſi, & ſom- nio, ſimilibusque animæ vacationibus, quod Hebræi vocant mortem oculi. Sacrificia verò, & oblationes primò ac prin- cipaliter ad ſummum Deum facienda ſunt: quando autem ad ſecunda numina diriguntur, hoc intellige fieri, quemadmodū de oratione & voto dictum eſt: tum quæcunq; ibi dicta ſunt, hic & per ſimilitudinem ſubintelligemus. Sunt verò ſacrifici- orum plura genera. nam quoddam dicitur holocauſtum, quā- do igne hoſtia conſumitur: quoddā immolatio, propter ſan- guinis effuſionem. Præterea quædam dicuntur ſacrificia ſalu- taria, quæ fiunt pro ſalute obtinenda: quædā pacifica, pro pace obtinenda: quædam laudes, pro liberatione à malis, vel largi- tione bonorum: quædam gratulatoria, pro veneratione divi- na, & gratiarum actione: quædam etiam fiunt nec propter ho- norem Dei, nec ex bona voluntate, quale erat apud Hebræos ſacrificium zelotypiæ, quod ſolum fiebat cauſa detegendi oc- cultum adulterium. Eratq; olim apud gentes ſacrificium ex- piationis, quo expurgabantur civitates, fame aut peſtilentia, aut alia quavis horrenda calamitate laborantes: cujus ritus e- rat, diſquirere quē in ea civitate reperire potuiſſent hominum turpiſſimum, illumq; correptum ad locum conſtitutū dedu- cebant, caſeum cum placenta, & ficus ſiccos manibus geſtan- tem, illumq; ſepties virgultis ſylveſtribus verberatum, lignis ſylveſtribus comburebant, cineremque in mare projiciebant: Meminit horū Lycophron & Hipponax. Nec diſſimilia multò narrat Philoſtratus de Apollonio Tianeo, dum peſtilentiam Epheſo fugaret. Multa præterea ſacrificiorum & victimarum genera erant, ſicut Agonalia, Dapſa, Farreationes, Hecatom- bæ, Hoſtia, Hyacinthia, Armiluſtra, Ianualia, Lucalia, Luper- calia, Munychia, Novendinalia, Nictiluca, Palatialia, Paſtila- ria, Popularia, Protervia, Scænopegia, Solitorilia, Stata, Rubi- galia, Fontanalia, Ormia, Parentalia, Inferiæ, Conſualia, Lam- pena, Amburbia, Ambarualia, Vinalia, Thya, Holocauſtau- mata, Orgia, Latialia, Dianetauriba, Bacchanalia, Trieterica, Liberalia, Cocytia, Cerealia, Teſmophoria, Adōia, Theonia, Laurētialia, Opalia, Palilia, Quirinalia, Vertūnalia, Gynæcia,

*Sacrificiorum genera multa.*

*Expiationis ſacrificium.*

*Sacrificiorum genera.*

Panathenæa, Quinquatria, Diapalia, Diaſia, Horma, Hermea, Nemea, Mytriaca, Palogygia. Erant & horum victimæ propriæ & diverſæ. nam caper & aſinus Bacchi, Cereris porca, Solis equus, Dianæ cerva & canes, Priapi aſinus, Iſidis an…, Noctis gallus gallinaceus, Fauni capra, Neptuni taurus, Minervæ capra, Herculis taurus, Saturni puer, Majæ ſus prægnans, Æſculapii gallus. Iam verò & Herculi Gnidio probris & conviciis ſacrificabatur. Erant & ſacerdotum varii ordines, Pontifices, Flamines, Archiflamines, Phylades, Salii, Hierophantæ, variaq; religionum & ſuperſtitionum nomina, ſacrificia, ceremoniæ, feſta, conſecrationes, dedicationes, vota, devotiones, piacula, jusjurandum, hoſtiæ, litamia, quibus ſeducta gentilitas, falſis diis dæmonibusque ſacrificabat. Ve-

*Verum ſacrificium duplex.*

rum autem ſacrificium purgans hominem, & uniens illum Deo, duplex eſt: unum, quod obtulit ſummus Pontifex Christus, in remiſſionem peccatorum, purificans omnia per ſanguinem Crucis ſuæ: alterum, quo homo offert ſeipſum mundum, immaculatum, in hoſtiam viventem Deo, ſicut Chriſtus ſummus Sacerdos ſeipſum obtulit, & docuit nos offerre ſimul cum eo ſicut ipſe oblatus eſt, dicens de Sacramento Corporis & Sanguinis ſui: Hoc facite in meam commemorationem: ut videl. nos ſimul mortificatos, per paſſionem corporis mortalis in ſpiritu vivificatos ſimul offeramus. de quo ait Porphyrius: Laboremus vitæ noſtræ ſanctimoniam pro ſacrificio offerre. nemo enim bonus Dei ſacerdos eſſe poteſt, niſi … ſeipſum hoſtiam producet, propriam animam quaſi ſimu… chrum quoddam ædificet, & mentem & intellectum in templum conſtituat, in quo divinam lucem ſuſcipere poſſit. Ex-

*Adplacandum Deum, neceſſaria ſunt ſacrificia.*

terna autem ſacrificia (ut ait Heraclitus) medelæ quædam animarum à ſummo medico inſtitutæ, poſſidet enim … dæmon hominem (quod ait Proclus) quouſque per ſacrificia expietur. exquiruntur igitur ſacrificia ad Deum, & virtutes cœleſtes placandas, ut ad expiandum hominem, qui & … Dei & mundi gerit imaginem. Verum Dominus noſter Ie… Chriſtus, verus Pontifex, & ſummus Sacerdos, omne ſacrificium concluſit in ſolo pane & vino, tanquam in prima ſubſtantia humani cibi, nullorum animalium, nec aliarum re… aut effuſi ſanguinis immolatione, in quo mundemur, … indigentes, qui jam in ſanguine illius perfecte mundati ſumus.

*DCLXVI. ſacrificiorũ genera apud Ægyptios.*

Erant etiam apud Ægyptios ſexcenta ſex genera ſacrificiorum ſingulis ſtellis ac planetis divinos honores ſacraq; ſacrificia ſtatuerunt, eò quòd eſſent divina animalia, intellectua-



lem animam, mentemque divinam participantia: unde ferunt ipſas ſtellas ſuppliciter deprecatas, noſtras preces exaudire, & cœleſtia dona largiri, non tam naturali quodam pacto, quàm libero ſuo arbitrio. Et hoc eſt quod dicit Iamblichus, cœleſtia corpora, mundaq; numina, vires quaſdam in ſe divinas ac ſuperiores: quaſdam verò naturales, & inferiores habere, quas quidem Orpheus claves appellat ad aperiendum, & claudendum: atque per has fatalibus nos influentiis obligare, per illas verò à fato ſolvere. Unde ſi cui infortunium aliquod immineat à Saturno vel Marte. Iubent Magi non protinus ad Jovem vel Venerem quàm ad eum ipſum confugere Saturnum vel Martem. Sic Apulejana illa Pſyche, ob formæ parilitatem à Venere perſecuta, non à Cerere neque à Junone, ſed ab ipſamet Venere gratiam promereri coacta eſt. Sacrificabant autem ſingulis ſtellis cum illis pertinentibus: ſoli eum rebus ſolaribus, & ſuis animalibus, puta lauro, gallo, cygno, vel tauro: Veneri per animalia ſua, ut columbam, vel turturem: & per plantas ſuas, ut verbenam, ſicut canit Virgilius:

*Stellæ preces exaudiunt, & cœleſtia dona largiuntur.*

*Stellis quomodo ſacrificaverint antiqui.*

*Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta,*
*Verbenaſq; adole pingues, & maſcula thura.*

Præterea Magi quandocunque confectionem aliquam, vel naturalem vel artificialem ad ſtellam aliquam pertinentem perfecerant, hanc poſtea religioſius eidem ſtellæ ſacrabant & offerebant, non tam ab influxu illius opportune ſuſcepto naturalem virtutem adepturi, quàm etiam per oblationem iſtam religioſam eandem divinitus confirmatam, fortioremque recepturi. oblatio enim cujuslibet rei, quando Deo aliquo modo rite offertur, non ſecus ac ſacrificium ipſa oblatione, res illa & Deo ſanctificatur, & pars ejus efficitur. Præterea cœleſtibus & æthereis diis candidæ hoſtiæ mactabantur: terreſtribus autem & infernis, nigræ: ſed terreſtribus ſuper aras, infernis vero in foveis: aereis autem, & aqueis volatilia: ſed illis alba, iſtis atra. Denique omnibus diis dæmonibuſque præterquam terreſtribus & infernis, volatilia immolabantur, illis autem ſolæ quadrupedes. ſimili namque ſimile gaudet. Ex his denique, quæ cœleſtibus & æthereis immolabantur, ſolummodo veſci licebat, extremitatibus numini reſervatis, de aliis minimè. Sed hæc omnia Apollinis oraculum his verſibus expreſſit:

*Quibus diis quæ hoſtiæ mactari ſolita.*

*Terra quidem divis cœleſtibus hoſtia, & ipſa*
*Candida mactanda eſt terna, & terreſtribus, atq;*
*Atra eadem gaudent. Porro & capiuntur apertis*
*Cœleſtes aris, foveas cum numina contrà*

*Expoſcant atro imbutas inferna cruore.*
*Nec placeat niſi qua terræ mandetur humana*
*Hoſtia: mel verò nymphæ atq; liquentia vina*
*Afferri lætantur, & ignem accendier aris,*
*Quæ circum volitant terram ſibi numina poſcunt,*
*Imponiq; atrum corpus, tum thura ſimulq;*
*Injicier ſalſas fruges, & dulcia liba.*
*Hæc facito: verùm quibus eſt data pura profundi,*
*His ipſis ſemper fer ſacra in litore, totum*
*Projeito in fluctus animal, cœleſtibus autem*
*Extremas reddes partes, atq; igne cremabis.*
*Quod ſupereſt, propone tibi dapibusq; reſerva,*
*Sudet odoratis craſſiq; vaporibus aër.*

Hæc in libris Reſpõſorum narrat Porphyrius, cui adſen[...] & reliqui: dicunt enim ſacrificia hæc media quædam eſſe [...]turalia inter deos & homines: quod aſſerens Ariſtote[...] quit: Sacrificare Deo ineſt homini à natura. Sunt itaque [...] quiunt, media, quæ utriuſque naturam ſapiunt, & divina [...] logicè repræſentant, habentque cum eo numine cui off[...]tur, ſimul & cum iis, qui expiantur, ſymbola quædam con[...]nientiſſima, ſed adeò occulta, ut vix capere queat huma[...] ingenium, quæ Deus & numina in particulari requiru[...] noſtra expiatione, quibus placentur virtutes cœleſtes [...] contineant ab executione punitionis, quam merentur [...] noſtra: atque hæ ſunt (quas vocat Orpheus) claves, qu[...]riunt portas elementorum atque cœlorum, ut per illas pe[...]tret homo ad ſupercœleſtia, & ad illum deſcendant int[...]gentiæ cœlorum, & dæmones elementorum. Homines [...]tem perfecti, & verè religioſi iſtis non egent, ſed illi ſoli [...] (ut ait Triſmegiſtus) in harmoniam lapſi, cœlorum & c[...]rarum ſervi effecti ſunt: qui quia ſubjiciuntur cœlis, id[...] favore cœleſtis virtutis corrobandos putant, quouſque [...] evolantes, ab illarum præſidentia abſolvantur, atque illi[...] limiores evadant.

## *Quas imprecationes & ritus veteres adhibere ſolebant ſa[...] & oblationibus.* CAP. LX.

NUnc videamus quas imprecationes oblationibus [...] ſacrificiis adjungebant: hęc enim dicebat, vel ſimilia [...] cunque offerens, & ſacrificans Deo: Ego ſervitor tuus ha[...] bi offero, & ſacrifico, autorem ſanctitatis te confiteor, & [...] ſanctificandum invoco hanc oblationem, ut infundas ſibi v[...] tu[...]



tatem ſpiritus tui alti ac honorati, ut per eam obtineamus, *Sacrificantis verba.*
quod petimus. Cæterum verò ſicut res iſta præſens oblatione mea, qua efficitur, ita ut de cætero tibi vivat & moriatur: ita & ego tuus efficiar, qui per hanc oblationem: & communionẽ, per hoc quod ad offerendum: & ſacrificandum tibi venio, de familia & cultoribus tuis me eſſe profiteor. Preterea in immolationibus dicebatur: Sicut iſtud animal in poteſtate mea eſt ad occidendum ſi voluero, vel ad ſalvandum: ita in poteſtate tua eſt, ad auferendum per iram tuam, vel ad largiendum per benevolentiam tuam id quod optamus. Denique ubi pro expiatione, vel evitatione alicujus mali fiebat ſacrificium, dicebatur: Sicut moritur iſtud animal in manu mea, ſic moritur in me omne vitium, omnis immunditia: vel ſic moriatur, & annihiletur tale, vel tale malum, ſive incommodum. item: Sicut effunditur ſanguis hujus animalis de corpore ſuo, ita effluat à me omne vitium, & immũditia. In holocauſto dicebatur: Sicut hæc oblatio igne iſto præſenti conſumitur, ita quòd nihil remaneat ex ea: ita conſumatur in me omne malum, ſeu tale, vel tale incommodum, quod tunc voluerimus repellere, & evitare. Mos quoq; erat inter imprecandum etiam aram ipſam manibus contingere, ab omnibus his, pro quibus tale fiebat ſacrificium, quiq; ejus participes eſſe cupiebant: quia litare ſoli non poteſt precatio, niſi is, qui precatur, etiam aram manibus tangat: unde apud Virgilium:

*Talibus orantem dictis, arasq; tenentem*
*Audiit omnipotens.*

Et alibi:

*Tango aras, medios ignes, & numina teſtor.*

## *Quomodo hæc tum ad Deum, tum ad inferiora numina exhibenda ſunt.* CAP. LXI.

OMnis itaq; adoratio, oblatio, ſive ſacrificatio, deprecatio, invocatio in hac verſatur differentia, videlic. quia aut ad ſolum Deum fit, aut ad inferiora numina, ut Angelos ſtellas, heroas. In his itaq; tales tibi obſervandæ ſunt regulæ, ut quoties ſoli Deo offerenda eſt oratio, ad aliquem effectum obtinendum, hoc fiat cum commemoratione alicujus operis, miraculi, ſacramenti, vel promiſſionis, alicubi ex ſacris Scripturis educta: ut ſi fiat deprecatio pro deſtructione inimicorum, commemoretur, quemadmodum Deus deſtruxerit gigãtes in diluvio aquarum, & conatus Babel in confuſione linguarum, Sodomã & Gomorrham in pluvia ignis, exercitum Pharaonis

in mari Rubro, & hujuſmodi: addendo iſtis quicquid male-ctionis ex Pſalmis, & hinc inde ex ſacris literis colligi poſſ... Conſimili oratione deprecaturi contra pericula aquarum, memoremus ſalvationem Noë in diluvio, tranſitum filiorum Iſrael per medium maris Rubri, & Chriſtum ſiccis pedib. ambulantem ſuper aquas, eundemque periclitantem ſalvaſſe naviculam, imperaſſe ventis & fluctibus, & Petrum mergentem eduxiſſe ex aquis maris, & hujuſmodi. Quod ſi pro oraculis vel ſomniis petendis, ſive ad Deum, ſive ad Angelos, & heroas oratio neceſſaria eſt, jam ſeſe offerunt ex veteri Teſtamento innumera loca, ubi Deus cum hominibus locutus legitur, ca... multis admodū verſiculis præſagia & revelationes pollicentibus, cùm varia prophetica ſomnia Jacob, Joſeph, Pharaonis, Danielis, Nabuchodonoſor: tum quicquid in novo Teſtamento, & univerſa religione invenitur revelationum, Joannis, Pauli, ſanctorum Magorum, tum Helenæ, & Conſtantini & Caroli: tum recentiorum prophetarum, Methodii, Cyrilli, Joachim Merlini, Brigittæ, Mechtyldis, Hildegardis, quorum nomina pie invocata, ſæpe reddunt nos divinatum revelationum participes. Præterea invocamus etiam ſacra Dei nomina, ſed ea præcipue, quæ rei optatæ ſunt ſignificativa, ſive ... quoquo modo accommodata: ut pro deſtructione inimicorum invocamus nomina iræ Dei, vindictæ Dei, timoris Dei, juſtitiæ Dei, fortitudinis Dei: ad evitandum verò periculum aliquod, invocamus nomina miſericordiæ, defenſionis, ſalutis, bonitatis, & ſimilia. Porro poſtulamus nobis ejus, quod optamus deſiderii executorem ſuum Angelum aliquem, ... ſtellam, ſive unum ex heroibus, cui id officii incumbit, ad ... ſimiliter ſua dirigatur invocatio, quæ & ipſa fabricanda ... debito numero, pondere & menſura, juxta regulas tradi... bi de incantamentis componendis tractavimus. Nihil enim intereſt, niſi quia incantamenta ſunt, quatenus animum ... ſtrum afficiunt ejuſq; paſſiones diſponunt certis numi... conformes. orationes autem ſunt, quatenus alicui numini cultu ac veneratione exhibentur, & ex hac eadem radice etiam conſecrandi ratio ſumi poteſt, de qua nunc conſequenter dicemus.

*Incantamē-torum & orationum differentia.*

*De conſecrationibus, & earum ratione.* CAP. LXII.

Conſecratio eſt, ſublimatio experimentorum, per quam ... materiam operū noſtrorum ſecundum artis magicæ traditionem ritè & legitimè præparatam, animæ ſpiritualis ...

portione



portione & conformitate tracta, infunditur, opuſq; noſtrum per ſpiritum intellectus vivificatur. Efficacia conſecrationum duobus potiſſimùm perficitur, videl. virtute ipſius perſonæ conſecrantis, & virtute ipſius orationis: rituſq; quibus conſecratio miniſtratur, in perſona requiritur, vitæ ſanctimonia, & ſanctificandi poteſtas; primùm natura præſtat, & meritum, ſecundùm per initiationem, & dignificationem acquiritur, de quibus diximus alibi: deinde oportet quod ipſe conſecrans hanc virtutem & poteſtatē, firma & indubia fide in ſeipſo cognoſcat. Quæ autem in oratione requirantur, nunc dicere eſt intentio. Ipſa eſt quædam ſanctificandi poteſtas illi divinitùs inſita, ut ſi ſit ad hoc ipſum à Deo ſic ordinata, quales pleraſq; legimus in ſacris Bibliæ eloquiis: vel ſi ſit virtute Spiritus S. ex ordinatione Eccleſiæ ad hoc inſtituta; ejuſmodi plures etiam paſſim extant: aut ineſt hæc ſanctimonia ipſi orationi, non virtute inſtitutionis, ſed commemorationis rerum ſacrarum, utputa, ſacrarum literarum, hiſtoriarum, miraculorum, operum, effectuum, gratiarum, promiſſionum, ſacramentorum & ſacramentalium, quæ rei conſecrandæ propriè vel impropriè, vel per ſimilitudinem aliquam cohærere videbuntur: atque hujus nunc exempla aliqua dabimus, per quę facilè patebit via ad totam hanc conſiderationem. Sic in conſecratione aquæ commemoratio fit, quoniam Deus collocaverit firmamentum in medio aquarum: quoniam in Paradyſo terreſtri ſacrum conſtituit fontem ex quo per quatuor ſacra flumina irrigatur univerſus orbis terrarum: quoniam fecit aquas juſtitiæ ſuæ inſtrumentum in deſtructione gigantum, per diluvium generale ſuper omnem terram: & in deſtructione exercitus Pharaonis, in mari rubro: & quoniam eduxit populum ſuum ſiccis pedibus per medium maris rubri, & per medium Jordanis: & quoniam miraculosè eduxit aquam de petra deſerti, & eduxit fontem aquæ vivæ ex dente molari maxillæ aſini, ad preces Samſonis; & quoniam poſuit aquas inſtrumentum miſericordiæ ſuæ, atq; lavamē ſalutis in remiſſionem peccatorum: & quoniam Chriſtus baptizatus in Jordane, mundavit & ſanctificavit aquas, & hujuſmodi; invocando inſuper divina nomina ad hæc conformia, utputa, cum Deus ipſe vocatur fons vivus, aqua viva, flumen vivum. Simili ratione in conſecratione ignis fit commemoratio, quoniam Deus creavit ignem juſtitiæ ſuæ inſtrumentum in pœnam, vindictā, & purgationem peccatorum, & judicaturus mundum ipſius conflagrationem præcedere jubebit. qui apparuit Moſi in rubo ignis ardētis, qui

*Conſecrationum efficacia duob. perficitur.*

*Oratio & eius vis.*

*Aqua conſecratio.*

*Ignis conſecratio.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

præceſſit filios Iſraël in columna ignis, qui conſtituit ignem inextinguibilem conſervandum in tabernaculo fœderis, & eundem extinctum miraculosè reaccendit, & ſub aquis latentem inextinctum ſervabit, & conſimilia. Tunc ſi etiam eſſent divina nomina, ut quia Deus ignis conſumens eſt, & ignis conflans eſt, & quæ his propria ſunt, ut ſplendor Dei, lux Dei, & hujuſmodi. Sic in conſecratione olei commemoranda ſacra ad hoc pertinentia, ut apud Exodum de oleo unctionis & thymiamate, nominaque ſacra his conformia, qualecunque nomen Chriſtus, quod unctum ſonat, & ſi quid hujuſmodi in myſteriis eſt: & quale illud Apocalypſis de duabus olivis ſtillantibus oleum ſanctum, in lampades ardentes ante faciem Dei. Sic in conſecratione locorum ſit commemoratio montis Sinai, tabernaculi fœderis, ſancti ſanctorum, templi Salomonis, & ſanctificationis collis Golgatha per myſterium paſſionis Chriſti, & agri qui emptus eſt de precio ſanguinis Chriſti, item montis Thabor, ubi transfiguratio, cœlorumque aſcenſus facta ſunt, adhibitis ſacris nominibus, ut loci Dei, throni Dei, cathedræ Dei, tabernaculi Dei, aræ Dei, Sedis Dei, habitaculi Dei, & hujuſmodi. Simili via in aliarum rerum benedictionibus procedes, inquirendo ex ſacris Scripturis divinis nominibus & religionis ſanctimonia, quæ rei huic quoquo modo congruere videtur. Exempli gratia: Si chartam habet, habes ex myſteriis, quę commemores, tabulas decem præceptorum datas Moyſi ſuper monte Sinai, & ſanctificationem legis, & Prophetarum Scripturarumque per Spiritum ſanctum promulgatarum: atq; ſuccurrent divina nomina, teſtamenti Dei, libri Dei, libri vitæ, ſcientiæ Dei, ſapientiæ Dei, & conſimilia. Sic etiam ſi benedicendus ſit gladius, habes quod commemores ex 2 Machab. quia Judæ Machabæo divinitus miſſus eſt gladius, ut conciderет inimicos populo Iſraël: habes & in Prophetis verbum. Accipite vobis gladios bis acutos: habes & in Evangeliis, divenditis tunicis emendos gladios: habes & in Davidica hiſtoria, viſum Angelum cruentatum, gladium condentem: & hujuſmodi plura in Prophetis, & Apocalypſi invenies, ſacraque nomina gladii Dei, virgæ Dei, baculi Dei, vindictæ Dei, & hujuſmodi. Et hæc de conſecrationibus & benedictionibus realibus exemplificata ſufficiant: ex quibus perſonales conſecrationes benedictioneſque facilè deprehenduntur. Sed eſt adhuc alius conſecrandi & expiandi ritus, potens, & multæ efficaciæ, qui ex generibus ſuperſtitionum ad quando videl. ritus alicujus ſacramenti tranſſumitur ad ...

*Olei conſecratio.*

*Locorum conſecratio.*

*Alius conſecrandi & expiandi ritus.*



rem, quæ conſecranda vel expianda intenditur, utputa ritus baptiſmi, confirmationis, funeris, & hujuſmodi. Sciendum inſuper votum, oblationem, ſacrificium, vim quandam habere conſecrationis, tàm realis, quàm perſonalis, quatenus res, vel perſonæ certis numinibus devoventur, & offeruntur.

### *Quæ dicantur ſacra, quæ conſecrata: & quomodo hæc ſe habeant inter nos atq; divos, ac de ſacris temporibus.*

### CAP. LXIII.

Dicuntur autem ſacra, quæcunque ab ipſis diis, vel dœmonibus ſuis adſiſtentiis ſunt ſacrata, tanquam (ut ita loquar) à diis ipſis nobis dedicata: hoc modo dicimus ſacro-dœmones, quia in ipſis Deus habitat, cujus nomen ſæpe ferre dicuntur. Unde legitur in Exodo: Ego mittam Angelum meum qui præcedet te, obſerves eum, nec contemnendum putes, quia eſt nomen meum in illo. Sic etiam myſteria ſacra dicuntur. Eſt enim myſterium, quod ſacratam & occultam virtutem habet, & gratiam à diis, vel à dæmonibus collatam, vel ab ipſo ſummo Deo diſpenſatam, quemadmodum ſunt ſacra nomina, & characteres, de quibus ſuprà dictum eſt. Sic crux ipſa ſacra & myſterioſa Jeſu Chriſti paſſione ſacrata: hinc etiam orationes & preces quædam ſacræ, & myſticæ nuncupantur, quæ non hominum devotione, ſed divina revelatione inſtitutæ ſunt, quemadmodum legimus in Evangeliis, Chriſtum inſtituiſſe Orationem Dominicam. Simili modo & confectiones quædam ſacræ dicuntur, quibus Deus ſingularem ſuæ virtutis radium indidit, ſicut legimus in Exodo de thymiamate, & oleo unctionis, & ſicut apud nos fons ſacer, & ſacrum chriſma, & oleum catechumenon, & ejuſmodi. Eſt & aliud ſacrorum genus, quo ſacra dicimus, quæ ab hominibus Deo dedicata, & conſecrata ſunt, quemadmodum vota & ſacrificia, de quibus ſuprà dictum eſt. Unde Virgilius:

*At Cæſar triplici invectus Romana triumpho*
*Mœnia, dijs Italis votum immortale ſacrabat.*

Et Ovidius in Metamorphoſeon libris canit:

*Feſta dies aderat, qua cygni victor Achilles*
*Pallada mactata placabat ſanguine vaccæ,*
*Cuius ut impoſuit proſecta calentibus aris,*
*Et dijs acceptus penetravit in æthera nidor:*
*Sacra tulêre ſuam, pars eſt data cætera menſis.*

Simili modo dicuntur ſacra ſimulachra, delubra, idola, ſtatuæ, imagines, picturæ ad deorum ſimilitudinem effecta, vel diis ipſis

*Sacra.*

*Myſterium.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ipſis dedicata, quemadmodum canit Orpheus in hymn... Lyciam Venerem:

*Noſtri namq; patriæ divina tuentes*
*Oppidulum propter ſacrum ſtatuere coloſſum.*

Et Virgilius:

*Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates.*

Hinc divinus Plato in undecimo de legibus, præcepit ho- norandas eſſe ſacras deorum ſtatuas & imagines, non p- ſe, ſed quia Deos nobis repræſentant, quemadmodum an- venerabantur Jovis illud ſimulachrum, ita interpretan- per hoc quod hominis ſimulachrum gerit, ſignificari quo- mens eſt, quæ cuncta ratione ſeminali producit: ſedere fingitur, ut ſtabilis virtus atque incommutabilis expri- nuda apertaque habet ſuperiora, quoniam conſpicuus e- telligentiis, & ſuperioribus: inferiora verò teguntur, q- niam occultatur inferioribus creaturis: ſceptrum læva quia in his corporis partib. ſpiritualiſſimum vitæ domi- invenitur: creator autem intellectus, rex ſpirituſque vi- mundi eſt: dextra verò & aquilam portendit, & victor- terum, quia cæterorum deorum dominus, quemadmo- liarum avium aquila eſt: alterū, quia omnia ſibi ſubjecta Simili modo & nos veneramur figuram agni, quia repræ- tat Chriſtum: & figuram columbæ, quia notat Spiri- figuras leonis, bovis, aquilæ, hominis, ſignificantes Evang- ſtas, & alias ſimiles, quas in revelationibus Propheta- ſacris literis variis locis reperimus expreſſas. Quin ipſa que ad conſimiles revelationes, & ſomnia conferunt, & picturæ idcircò dicuntur. Sunt etiam ſacri ritus, & ſacr- ſervationes, quæ fiunt ad venerationem deorum & relig- quemadmodum ſunt geſtus devoti, genuflexiones, ca- pertiones, ablutiones, aquæ benedictæ aſperſiones, ſuffi- tiones, exteriores expiationes, item ſupplicationum p- ſiones: & laudum divinarum exterior ornatus, ut m- reſonantia, cereorum & lampadum accenſio, ſigno- campanarum pulſatio, templorum, altarium & ſimulach- ornatus, in quibus omnibus ſummus ac ſpecioſiſſimus c- ac decor requiritur: quare adhibentur ad hæc quæcumq- cioſiſſima, & pulcherrima, & precioſa, aurum, argen- lapides precioſi, & ejuſmodi: quæ quidem venerationes cra exteriora, ſunt tanquam eruditiones & invitationes ad cra ſpiritualia, ad impetranda beneficia deorum, ſicut teſtata eſt Proſerpina, his verſibus:

*Jovis ſimulachri interpretatio.*



*Qui ſuam hominum formas æris neglexerit unquam,*
*Aut auri flava, aut argenti candida dona?*
*Quis non miretur, quis hæc non ipſa deorum*
*Dixerit: -----*

Dicuntur etiam ſacri Sacerdotes numinum deorumq; miniſtri, & ipſi ſacrati: tum & ſacra quælibet adminiſtrantes, reſque conſecrantes: Unde Lucanus:

*Pontifices ſacri, quibus eſt permiſſa poteſtas.*

Et Virgilius de Heleno Apollinis ſacerdote ait:

*Exorat pacem divûm, vittaſq; reſolvit*
*Sacrati capitis.*

Sunt verò ſacra hujuſmodi tanquam quædam pacta inter deos & nos ſub laude, vel veneratione, vel obedientia exhibita, quibus mediantibus, ſępè virtutem aliquam mirandam obtinemus, ab eo nomine, cui talis veneratio impenditur: ſic ſunt ſacri hymni, & ſermones, & exorciſmata, & incantationes, & voces, quæ ad deorum laudes, & venerationes ſunt compoſita, & dedicata. Unde Orpheus in carmine ad aſtra compoſitorum:

*Vocibus ergo ſacris jam dæmones invoco puros.*

Et Eccleſia primitiva utebatur ſacris quibuſdam incantamentis contra morbos & tempeſtates, quæ omnia ſub veneratione alicujus numinis, vel pronunciando orantes, vel etiam aliquando ſcripta appenſa ſive alligata deferentes, ſæpè virtutem aliquam è tali numine obtinemus, quàm homines valdè admirantur. Hoc modo ſunt etiam ſacra nomina, figuræ & characteres & ſignacula, quæ contemplativi homines pro arcanis ſuis votis, pura mente, ad Dei venerationem devoverunt, dedicârunt & conſecrârunt: quæ quidem ſi poſtea quiſpiam eadem mentis puritate, qua primitus ſunt inſtituta, pronunciet, mirabilia ſimiliter efficiet, tum etiam quatenus ſervetur modus, & regula à primo inſtitutore tradita, nam qui hæc ignorant, operam perdunt, & fruſtrà laborant. Hoc modo non ſolum verbis barbaris, ſed etiam Hebræis, Ægyptiis, Græcis, Latinis, & alterius cujuſque linguæ nominibus, Deo devotis, ac ſuæ eſſentiæ, vel virtuti, vel operationi attributis ac dedicatis, mira aliquando efficimus. Sic ſunt apud Jamblichum nomina, ſcil. Oſiris, Ichton, Emeph, Ptha, Eples, Amun: ſic apud Platonem & Græcos, ὤν, τὸν ταυτὸν, ſic Græci vocant Jovem ζῆνα ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod eſt vivere, quia ſingulis vitam præbet: ſimiliter Δία, quod ſignificat per, quia per ipſum omnia ſunt: ſic ἀθάνατον, quod ſignificat immortalem: Sic apud Latinos

*Mira in nominibus quandoque vis.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tinos dicitur Jupiter, quaſi juvans pater & horũ ſimilia, que
admodum & propria quædam nomina etiam hominibus
votum tribuuntur, ut Eutychidem, Soſiam, Theophilum
eſt, proſperum, ſervitorem, Deo charum. Similiter res
dam materiales concipiunt haud parum ſanctitatis ac vir
ex conſecratione maximè ſacerdotali: quemadmodum
mus ſigilla illa cerea, quibus inſcripta habetur figura
rum, virtutem accipere per benedictionem Romani Po
cis, contra fulgura & tempeſtates, ne lædant ea geſtantes
ſpiratur enim divina virtus in ſacratas hujuſmodi imagines
continetur in illis, quaſi in ſacra quadam litera, quæ Dei
imaginem. Similem virtutem accipiunt cerei illi benedicti
feſto Paſchæ, & in feſto Purificationis D. Virginis, ſimi
campanæ, ex conſecratione & benedictione ſua accipiunt v
tutem, ut arceant & compeſcant fulgura & tempeſtates,
noceant in locis, ubi ſonitus earum eo tempore auditus fu
Simili modo ſal, & aqua per ſuas benedictiones, & exorciſ
ta accipiunt virtutem expiandi, & effugandi malos dæmo
*Tempora ſacra.* & ſic de ſimilibus. Sunt etiam ſacra tempora, apud omnis re
gionis gentes ſumma ſemper veneratione obſervata, quæ
a diis ipſis ſanctificari nobis præcepta, aut à patribus, & ma
ribus in accepti à diis beneficii commemorationem per
amque gratiarum actionem illis dedicata. Sic Hebræi
batha, ſic Ethnici ſuas ferias, ſic nos ſacrorum noſtrorum
lemnes dies ſumma ſemper celebritate accepimus vene
*Tempora piacularia.* dos. Sunt etiam his cõtraria tempora, quæ piacularia dic
& quos dies atros vocamus, eò quòd illis diebus inſignem
quam cladem calamitatémve Reſpubl. paſſa eſſet: cujuſm
apud Romanos erat ante diem quartum nonas ſextilis: qu
*Atri dies.* die cladem illam vaſtiſſimam pugnæ Cannenſis paſſi ſunt
mili ratione dies omnes poſtriduani, atri dicti ſunt, quibus
piſſimè ab illis malè dimicatum eſt. Sic apud Judæos dies
ſunt, dicimus ſeptimus menſis Junii, quoniam eo die Mo
*Dies Ægyptiaci.* confregiſſe tabulas, Manaſſem erexiſſe idolum in ſancta
ctorum, muroſque Jeruſalem ab hoſtibus dirutos ratum
bent. Similiter ater illis dies eſt nonus Julii, quia eo die
templi deſtructio perpetrata eſt. Hac ratione dicti ſunt
Ægyptiaci, olim ab Ægyptiis obſervati: & quælibet nat
ratione ſimilem ſibi fauſtorum infauſtorumq; dierum ca
lum facilè fabricare poteſt: atque hos ſacros religioſos
Magi non ſecus quàm planetarios dies, cœleſteſq; diſpo
nes obſervari jubent: quin illos multò efficaciores eſſe



bent, maximè ad ſpirituales divinaſque virtutes adſequendas:
qua illorum virtus atque influentia, non tam ab elementis
corporibuſque cœleſtibus, ſed ab intelligibili, ſupercœleſtiq;
mundo deſcendens, communibuſque divorum ſuffragiis ad-
juta, nulla cœleſtium corporum adverſante diſpoſitione fran-
gatur, nec elementorum corruptibili contagione fruſtretur,
modo non deſit firma credulitas ac veneratio religioſa: hoc
eſt cum metu horroreq; conjuncta, id enim propriè ſonat re-
ligio. Hinc dies illi religioſi dicti, quos nefas eſt violare, quos
religioſè obſervamus, nec metuentes ingens aliquod malum, ſi
quid in illis ſecus factum ſit quàm oportet.

*De religioſis quibuſdam obſervationibus, ceremoniis, & ritibus ſuffituum, unctionum, & ſimilium.*

## CAP. LXIV.

TU igitur quicunque in hac facultate operari deſideras, in
primis piis precibus obſecra Deum patrem unum, ut tu
quoque ſis unus illius clementia dignus, ſis mundus ab intra
& ab extra, & in loco mundo, quia ſcriptum eſt in Levitico: O-
mnis homo qui acceſſerit ad ea quæ conſecrata ſunt, in quo eſt
immunditia, peribit coram Domino. Propterea lava te ſæpius,
& per ſtatutos dies, juxta numerorum myſteria, induas veſtes
mundas, & abſtineas ab omni immunditia, pollutione & libi-
dine: nolunt enim dii exaudire hominem (ut ait Porphyrius)
qui multis dieb. ab operatione Venerea ſe non abſtinuit. Non
tangas mulieri pollutæ, vel menſtruatæ, nec illi quæ patitur
hæmorrhœam: non tangas rem immundã, nec morticinium.
Unde inquit Porphyrius: Qui mortuum tetigerit, ei ad ora-
cula accedere non licet: fortè, quia quadam funebris nidoris
affinitate corruptus animus, concipiendis divinis influxibus
redditur ineptus. Lavabis te, & innunges, & fumigabis, & of-
feras ſacrificia: ſuſcipit enim Deus in odorem ſuaviſſimum,
quæ illi fiunt ab homine purificato & diſpoſito, ſimulque con-
venientem cum illa ſuffumigatione orationem & oblatio-
nem ſuam, ſicut canit Pſalmiſta: Dirigatur Domine ad te o-
ratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Præterea delecta-
tur in his ſuffumigiis, & odoramentis anima, ipſius Dei proles
& imago, ſuſcipiens illa per nares illas per quas & ipſa intravit in
hunc corporeum hominẽ, & per quas (teſtante Job) aliquando
emittuntur ſpiritus vivaciſſimi, qui retineri nequeunt in cor-
de hominis, aut bili, aut labore æſtuantis: unde à multis odo-
ratus omnium ſenſuũ vivacior & ſpiritualior exiſtimatus eſt.
Fumi-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Fumigia præterea, ſacrificium & unctio penetrant omnia, & aperiunt portas elementorum atque cœlorum, ut per illas homo poſſit videre & cognoſcere ſecreta creatoris, res cœleſtes & quæ ſupra cœlos ſunt, & quę deſcendunt de cœlis, ſicut … Angeli, & ſpiritus ſpeluncarum & profundorum, phantaſ… ta deſertorum locorum, ut veniant, appareant, comparea… obediant: faciantque pacatos omnes ſpiritus, & attrahunt … ut magnes ferrum, conjunguntque cum elementis, & faciunt ſpiritus accipere corpora: plurimum ſiquidem ſpiritale cor… iis craſſeſcit, obeſiuſque evadit: etenim vaporibus vivit, & … migationibus, & libaminum nidoribus. Quicquid præ… operaris, fac pleno affectu ac cordis deſiderio, ut faveat clementia cœli, cœleſtiumque omnium, quorum favore … magis proſequaris, mirum in modum conferunt adaptatio … ci, temporis, profeſſionis, conſuetudinis, victus, habitus, exer… citii, etiam nominis: in his enim non ſolum mutatur na… turæ, ſed etiam ſuperatur: multum enim confert locus … natus ad favorem. Neque ab re locutus eſt Deus ad Abra… ut veniret ad terram quam monſtraret illi: & perrexit Abra… ham vadens, & proficiens ad meridiem. Similiter Iſaac … in Gerarath, ubi ſeminavit, & collegit centuplum & eff… eſt dives valdè. Quis autem ſit locus unicuique congru… cujuſque geneſi ſcrutandum erit: quod qui nequiverit … ſervet ubi potiſſimè ſpiritus ſuus recreetur, ubi ſenſu… tiores ſint, ubi corporis ſanitas, & robur plus proficiant, … negotia melius ſuccedant, ubi plures faveant, ubi inſen… cumbant: hanc regionem, hunc locum ſciat ſibi à Deo … riſque præordinatum, & à cœlis diſpoſitum atque pa… Hunc ergò locum cole, & pro tempore, & negotio m… fauſtum autem locum ſemper fugito. Nomina etiam … res noſtras fortunatiores reddunt: infauſta verò inf… Hinc Romani olim in delectu militum conſcribendo, … bant, ne primo militi eſſet nomen aliqua ex parte inf… Et in locandis vectigalibus, & luſtrandis coloniis, … tibus, CENSS. bonis nominibus eligebant. Tum & … nominibus in felicia mutatis, rerum quoque fortunam … lius mutari crediderunt. Sic Epidamnum, ne in dam… navigantes irent, Dyrachium vocari inſtituerunt. … tione Maleoton, ne quid mali adferret, Beneventum vo… runt. Lacum verò Lucrinum, ob nominis felicitatem … um feliciſſimum putaverunt. Horas etiam, & dies pro… bus tuis elige: neque enim ſine cauſa dixit Salvator: N…

*Fortunatus locus ad favorem confert.*



duodecim ſunt horæ diei; quæ ſequuntur. Tempora enim rebus noſtris certam fortunam præſtare poſſe docuerunt Aſtrologi, obſervarunt Magi. Omnes deniq; ſapientiſſimi veteres in hoc conſentiunt, permaximi intereſſe quo quidq; temporis momento, quáve cœleſtium diſpoſitone in hoc mundo eſſe ſuum acceperit, non tam naturale, quam etiam artificiale. Tantam enim vim habere hoc initii momentum tradiderunt, ut omnem fortunæ curſum inde pendere & prædici poſſe, pariq; ratione ex cujuſq; rei fortunæ ſucceſſibus, illius initium retrò ſcrutari poſſe, & firmiter crederent, & ipſa experientia teſte adſeverarent, quemadmodum Sulla aſtrologus Caligulæ conſulenti de natura, certiſſimam necem appropinquare prædixit. Metheon aſtrologus, Athenienſibus in Syracuſanos expeditionem agitantibus, futuram belli calamitatē prævidit: iiſdem navigaturis in Siciliam, Meſon aſtrologus tempeſtatem prædixit. Anaxagoras hac temporum ſcientia, quibus diebus ſaxum è ſole caſurum eſſet, præmonuit: ſicut poſtea factum eſt ad Aegos Thraciæ flumen. Contra L. Tarrucius Firmianus ex Romuli geſtis atque fortuna, & conceptionem, & nativitatem illius invenit. Idem urbis Romæ natalem diem adinvenit, ex annotatis illius fortunę ſucceſſibus. Sic etiam mundi initium genituramve, ex rerum eventibus compertam fuiſſe, refert Maternus. Quod autem tempora in rebus naturalibus plurimum poſſint, multis exemplis patere poteſt. Sunt namque arbores, quæ poſt ſolſtitium invertunt ſua folia, ut populus, ulmus, olea, tilia, alba ſalix. Et conchylia, & cancri, & oſtreæ creſcente luna augeſcunt, decreſcente macreſcunt: & maria ſuo fluxu atque refluxu, lunæ motus, temporaque obſervant. Et Euripus in Eubœa, nónne ſepties mira celeritate defluit, & refluit? Idem tribus diebus unoquoque menſe, videlicet ſeptima, octava, nona luna ſtat immotus. Et apud Troglodytas lacus eſt, qui ter in die fit amarus ac ſalſus, & rurſus dulcis. Iam vero die brumali cùm marcent omnia, pulegium aridum floreſcit. Eodem die aiunt inflatas veſicas dirumpi: ſalictorum folia & malorum grana verti & circumagi. Et manifeſtũ eſt quod ego, & in Italia & Gallia vidi, & rationem eius novi, videlicet nucem quæ per totum annum arida, ſub ipſa divi Iohannis vigilia, & folia, & flores, & maturos fructus produceret. Et totum hoc miraculum ex ſola temporis obſervatione in ſatione illius conſiſtit. Quod autem tempora rebus artificialibus aliquas mirabiles poſſint præſtare virtutes, ipſi Aſtrologi in ſuis Electionum & imaginum



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

libris conſtanter affirmant. Et hac ratione legimus ap
Plutarchum, ſimulachrum apud Peleneos ea arte fabricatum
fuiſſe, quod quoquò verſus ſpectaſſet, omnia terrore & ma
ma perturbatione conficiebat, ita quòd nemo præ timore a
deret illud intueri. Et in vita Apollonii legimus, magos ap
Babylonem tecto alligaſſe quatuor aureas alites, quas D
rum linguas appellabant, vimq; illis fuiſſe, ut animos mu
tudinis ad regis amorem obedientiamque conciliarent.
Chio inſula Dianæ facies erat in ſublimi poſita, cuius vu
introeuntibus triſtis, exeuntibus hilaris videbatur. A
Troadem circa ſimulachrum Minervæ, relicta ſacrificia
putreſcebant. In phano Ueneris apud Paphos in area
pluebat. Ex tumulo Antæi ſi quid erutum fuiſſet, imbres
cœlo ſpargebantur, donec quod effuſum fuerat reſtitueretur.
In tumulo regis Bibriæ Ponti, laurus extabat, à qua ſi quid
cerptum in navim quis intuliſſet, non ceſſabant illic iurgia
quamdiu non fuiſſet abiectum. In inſula Boriſthene ad
Achillis nulla avis infeſtabat. Romæ ædem Herculis in
Boario, nec muſca, nec canis intrabat. In Olintho Thra
cus erat, in quem ſi ſcarabeus incidiſſet, non poterat exire,
diſtorquens ſeſe immoriebatur. Innumera ferè exempla
ferre poſſem, & his multò mirabiliora, quæ arte imaginum
obſervatione temporum facta fuiſſe narrat antiquitas.
quis iſta iampridem obſoleta minus credat, & pro nugis
tet, recentiora quędam, & per hæc tempora adhuc locis
nullis extantia, artificioſa iſtis miracula addam. Nam ar
maginum effectum dicitur, quòd Byzantio ſerpentes nem
lædant, graculique intra mœnia non pervolent: quòd C
noctuam non ferat: quòd in agro Neapolitano cicadæ
audiantur: quòd Venetiis publica tonſorum tecta nullum
nus muſcarum ſubit: quòd apud Toletum macello p
toto anno non plus una, & ea quidem inſigni albedine co
tur muſca. Et nos iam in præcedenti libro narravimus, &
dos & tempora, quorum obſervatione hęc & ſimilia fie
ſint. Sermonum præterea atque verborum vires tibi p
mum obſervanda ſunt: per hæc enim expanditur an
ſubſtantias inferiores, in lapides, in metalla, in plantas, in a
malia, & in omnia naturalia, imprimens illis figuras & p
nes varias, omnibus creaturis vim inferens, aut amore
dam ducens trahensque. Sic Cato teſtatur laſſatos boves
bis inſtaurari. Tum verbis atque precibus à Tellure imp
ri poſſe, ut inſuetas alat arbores, ipſas etiam arbores ſi

exo



exorari, ut tranſmigrent, & in alieno ſolo aceteſcant. Rapas quoque ampliores fieri, ſi dum ſeruntur, obſecrentur, ut ſibi & familiæ, vicinisq; benignè conferant. Pavo quoque laudatus, mox pennas explicat: contra verò ocymum herbam, cum maioribus maledictis & probris ſatum ſit, eò fructus adferre lætiores compertum eſt. Garus etiam ambuſta & infuſa, medetur malis, ſi tamen interim garus non nominetur. Tum & qui faſcino utuntur, laudando necant arbores, nocentque ſatis atq; pueris. Tantam præterea humanarum execrationum vim eſſe dicunt, ut etiam malos dæmones abigant exterminentque. Hac ratione Serapim apud Aegyptios narrat Euſebius ſymbola ediſſe, quibus dæmones expellerentur: docuiſſe etiam quomodo dæmones aſſumptis brutorum figuris inſidientur hominibus. In omnibus deniq; Deum præ oculis habe: ſcriptum eſt enim in Deuteronomio: Cùm quæſieris Dominum Deum tuũ, invenies eum, ſi tamen toto corde quęſieris, & tota tribulatione animæ tuę. Unde apud Marcum legitur: Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis: & apud Matthæum dicitur: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, nihil impoſſibile erit vobis. Multum quoque valet oratio iuſti aſſidua. Helias enim (ait Jacobus) homo erat ſimilis nobis, paſſibilis, & oravit oratione, ut non plueret ſuper terram, & non pluit annos tres & menſes ſex: & rurſum oravit, & cœlum dedit pluvias, terra dedit fructum ſuum. Cave autem in orationibus, ne optaveris aliquid vanum, vel quod ſit contra divinam voluntatem: vult enim Deus omnia bona: neq; enim uſurpabis nomen Dei tui fruſtra, quia non erit impunitus, qui ſub re vana nomen eius aſſumpſerit. Facias abſtinentia, & des eleemoſynas: quoniam dicente angelo ad Tobiam: Bona eſt oratio cum jeiunio & eleemoſyna: & in libro Judith legitur: Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permanſeritis in jeiuniis & orationibus in conſpectu Domini.

## *Operis totius concluſio.*

HAec ſunt quæ ad magiæ introductionem ex traditione antiquorum, compilatione diverſa in hunc librum coegimus, ſermone quidem brevi, ſed ſufficienti his, qui intellecturi ſunt. Horum autem quædam cum ordine, quædam ſine ordine ſcripta ſunt, quædam per fragmenta tradita ſunt, quædam etiam occulta, & inveſtigationi intelligentium



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

relicta, qui in his quæ ſcripta ſunt acutius ſpeculantes &
ſcrutantes, artis magicæ completa documenta ſimul, &
libilia experimenta conſequi poſſunt: tradidimus in hac
tem taliter, ut prudentes, & intelligentes latere non
pravos verò, & incredulos ad ſecretorum illorum arcana
admitat, ſed in ſtuporem adductos, ſub ignorantiæ &
rationis umbracula deſtitutos relinquat. Vos igitur doct
& ſapientiæ filii perquirite in hoc libro, colligendo
diſperſam intentionem, quam in diverſis locis propoſ
& quod occultatum eſt à nobis in uno loco, manifeſtum
mus illud in alio, ut ſapientibus vobis pateſiat: vobis enim
lis ſcripſimus, quorum animus corruptus, ad rectu
di ordinem inſtitutus: quorum caſta & pudica mens, ac
ta fides Deum timet ac reveretur: quorum ma us ſ
mni ſcelere & crimine ſeparatæ, ac mores pudici, ſobrii &
deſt : vos enim ſo i ſervatam vobis doctri am invenie
arcana multis ænigmatibus abſcondita, quæ non
niſi intelligẽtia abſcondita, quàm ubi adſecuti fueritis
gra ſe vobis inexpugnabilis magicæ diſciplinæ ſcien
nuabit, apparebuntque vobis virtutes illæ, quales o
mes, Zoroaſtes, Apollonius, & cæteri mirabilium op
conſecuti ſiut. Vos autem malevoli calumniatores
ignorantiæ & inſipientis nequitiæ filii, hæc noſtra
inimica vobis ſunt, & poſita in præcipitium, ut errores &
datis in miſeriam. Si quis igitur propter ſuam incred
tem, & intellectus inertiam, ſuum deſiderium non o
ignorantiæ ſuæ culpam mihi non imputet: nec me
aut falſa ex propoſito ſcripſiſſe, aut mentitum dicat, ſed
pſum accuſet, qui ſcripta noſtra non intelligit: obſcura
ſunt, variiſq; obducta myſteriis, in quibus facilè mul
tinget errare & perdere ſenſum ſuum. Nemo ergo
mihi, ſi veritatem huius ſcientiæ ænigmatibus intricata
vari s locis diſperſam abſcondimus, non enim ſapienti
ſcondimus, ſed pravis & improbis: eamque ta'i ſermo
didimus quem latere inſipientem neceſſariò accide
ad illius intellectum ſapientem facilé
admittat.

HE



# HENRICI CORNELII AGRIPPÆ, IN GEOMANTIcam diſciplinam lectura.

Geomantica ipſa eſt ars, quæ per ſortem reddit nobis judicium ad omnem quæſtionem de quacunque re. Conſiſtit autem ſors huiuſmodi in punctis, ex quibus deducuntur certæ quædam figuræ ſecundum rationem paritatis & imparitatis: quæ figuræ tandem reducuntur ad figuras cœleſtes, earum naturas & proprietates aſſumentes, iuxta ſignorum & planetarum rationes. Hoc autẽ inprimis nobis conſiderandum eſt, quoniam ſors huiuſmodi in quantum talis, nihil veritatis portendere poteſt, niſi radicata fuerit in virtute aliqua ſublimiori: & hanc duplicem poſuerunt huius ſcientiæ autores: unam quæ in Religione & ceremoniis conſiſtit: & ideo voluerunt proiectiones punctorũ huius ſortis fieri in terra cum digito indice: quare hęc ſors huic elemento appropriata eſt, ſicut hyromantia igni: & hydromantia aquæ: tum, quia arbitrabantur manum projiciẽtis potiſſimé per terreſtres ſpiritus dirigi atq; moveri: & ideo præmittebantur ſacra quędam incantamẽta & deprecationes cũ aliis quibuſdam ritibus & magicis obſervationibus huiuſmodi ſpiritus ad hoc allicientes. Alia poteſtas hanc ſortem dirigens ac regens, ipſa eſt anima projicientis, quando fertur in aliquem magnum egreſſum ſui deſiderii. Tunc enim omnis ſors habet naturalem obedientiam ad ipſam animam: & de neceſſitate habet efficaciam, & movetur ad id quod anima ipſa deſiderat. Et hæc via eſt longé verior & purior, nec refert, ubi, vel quomodo puncta projiciantur. Habet itaq; hoc artificium eandem radicem cum artificio quæſtionum aſtrologicarum: quæ & ipſæ non aliter verificari poſſunt, niſi conſtanti & exceſſivo affectu ipſius quærentis. Nunc ad praxin hujus artificii procedamus: & primo ſciendum eſt, quod omnes figuræ ſuper quibus totum hoc artificium fundatur, duntaxat ſedecim ſunt: ut hic infrà cum ſuis nominibus annotata vides.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Hanc figurã quanquam alio ordine, vide pleniorem ſuprà in lib. de occulta philoſoph. 2. pag. 226.*






Quibus vero planetis figuræ iſtæ diſtribuuntur, dicamus, ex hoc enim omnis figurarum proprietas atq; natura, totiusq; artificii indicium dependet. Sunt itaq; Fortuna maior atque minor ſolem referentes: ſed prima ſolem diurnum & in dignitatibus ſuis conſtitutum: altera autem nocturnum, vel in minoribus dignitatibus conſtitutum. Uia autem atq; Populus lunam referunt: prima ab initio ſemper creſcentem: ſecunda plenam lumine & decreſcẽtem. Acquiſitio verò & Lętitia Jovis ſunt: ſed prior Jovem magis fortunatũ habet: ſecunda minus, ſed extra detrimentum. Puella & Amiſſio Ueneris ſunt: prior fortunata, altera tanquã retrograda, vel combuſta. Coniunctio & Albus, utræq; Mercurii figuræ ſunt, & utræq; bonę: ſed prima fortunatior. Puer atq; Rubeus Martem referũt: quarum prior Martem habet benevolum, ſecunda autem maleficum. Carcer atq; triſtitia utræq; figuræ Saturni ſunt, & malæ: ſed prima maioris detrimenti. Caput verò & cauda ſuas naturas ſequuntur. Hęc itaq; cũ ſint infallibiles figurarũ comparationes, facilè ex his ſignorum æquiparantiam dignoſcemus. Habent itaq; Fortuna maior & minor ſignum Leonis, quod eſt domus Solis. Via autem atq; Populus ſignum Cancri, quod eſt Lunę. Acquiſitio ſignum Piſcium. Lętitia verò Sagittarum quæ ſunt domicilia Iovis. Puella Taurum, Amiſſio Libram, quæ ſunt domus Veneris. Coniunctio Virginem, Albus Geminos domus Mercurii. Puer autem & Rubeus Scorpionem, domum Martis Carcer Capricornum, & Triſtitia Aquarium domicilia Saturni. Caput verò & Cauda ita diſtribuuntur, ut Caput adhæreat Capricorno, Cauda vero Scorpioni. Hinc facilè triplicitates ſignorum elicere potes ſecundùm rationẽ triplicitatum ſignorum Zodiaci. Conſtituunt itaque triplicitatem igneam, Puer, utraque Fortuna, ac Lætitia: Terream verò Puella, Conjunctio, Carcer, atque Caput: Aëream Albus, Amiſſio atque Triſtitia: Aqueam Uia, Populus, Rubeus, Cauda atq; Acquiſitio. Et hic ordo ſecundùm rationem ſignorum ſumptus eſt. Qui verò ſecundùm naturas Planetarum atq; ipſarum figurarum triplicitates conſtituere velit, hic hãc obſervet regulam, ut triplicitatem igneam conſtituant: Fortuna maior, Rubeus, Puer & Amiſſio. Aëream Fortuna minor, Lętitia, Puella & Coniunctio. Aqueam Acquiſitio, Cauda, Uia & Populus. Terream Carcer, Triſtitia, Albus atque Caput. Et hæc via magis obſervatur, quàm prima, quam ſecũdum ſignorum rationem conſtituere docuimus. Hic ordo longè verior eſt atque rationabilior, quàm ille qui vulgò



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

celebratur hujuſmodi deſcriptus. Triplicitatis igneæ ſunt Cauda, Fortuna minor, Amiſſio & Rubeus: Aereę Acquiſitio, Lætitia, Puer & Conjunctio: Aqueæ Populus, Uia, Albus & Puella: Terreę Caput, Fortuna major, Carcer & Triſtitia. Diſtribuunt enim iſtas figuras duodecim ſignis Zodiaci in hunc modum: Arieti datur Acquiſitio: Tauro Fortuna major cum minori: Gemellis Lætitia: Cancro Puella atq; Rubeus, Leoni Albus: Virgini Uia: Liberæ Caput atq; Conjunctio: Scorpioni Puer: Sagittario Triſtitia atq; Amiſſio: Capricorno Cauda: Aquario Populus: Piſcibus Carcer. Nunc de projectione dicamus, quę talis eſt: ut projiciamus puncta ſecundum ſortem in quatuor lineas à dextris verſus ſiniſtram: & hoc quatuor vicibus. Reſultabunt itaq; nobis quatuor figuræ, & [illegible] quatuor lineis ſingulæ ſecundum parem vel imparem [illegible] nantiam uniuſcuiuſque lineæ conſtructæ: quæ quidem quatuor figuræ Matres dici ſolitæ ſunt: quæ pariunt cæteras [illegible] gram judicii figuram complentes: cuius rei exemplum [illegible] re licebit hic inferius:



Eliciuntur itaq; ex his quatuor Matribus quatuor aliæ figuræ, ſecundariæ quas Filias vocant, ſive Succedentes: quæ [illegible] in modum colliguntur; utputa, conſtitutis ſecũdum ordinem ſuum quatuor matribus, ſibi invicem * inſta; * tunc, quod quavis linea reſultaverit, filiæ figuram conſtituit, quo[illegible] do eſt à ſuperioribus punctis per utraq; media uſq; ad [illegible] deſcendendo; ut in hoc exemplo.






Et hæ octo figuræ, octo cœli domicilia conſtituunt, in hũc modum collocando figuras, à ſiniſtris verſus dextrã, ut quatuor Matres quatuor primas domus conſtituant, quatuor autem Filiæ quatuor ſequentes, quæ ſunt quinta, ſexta, ſeptima & octava: reliquæ autem domus capiuntur in hunc modum, videlicet, ex prima & ſecunda elicitur nona: ex tertia & quarta decima: ex quinta & ſexta undecima: ex ſeptima & octava duodecima ſecundum combinationẽ duarum figurarum, juxta rationem paris vel imparis numeri in punctis utriuſque figuræ relictis. Simili ratione eliciuntur ex ultimis illis quatuor figuris, videl. ex nona & decima, atq; ex undecima, cũ duodecima duæ figuræ, quas vocant Coadjutrices ſive teſtes; ex quibus duabus tandem una conſtituitur, quę toti* figuræ ac rei quæſitæ index appellatur; quemadmodum in præſenti exemplo videre licet.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Thema Geomanticum

FILIÆ MATRES.



Hic, quem dicimus, modus eſt communis, à Geoma
obſervatus: quem nos nec omninò rejicimus, nec
mus: imo volumus ipſum in indiciis noſtris etiã ſimul con
derandum. Nunc ergo dabimus tibi veram Geomantiæ
ram ſecundum rectã Aſtrologicæ rationis conſtitutionẽ
talis eſt: Vt quatuor Matres, quatuor angulares domus
tuãt: prima, primam: ſecunda decimã: tertia, ſeptimam:
ta, quartam. Ex his quatuor Filiæ quatuor conſtituant ſucce
dentes domus: prima, ſecundam: ſecunda, undecimã: tertia,
ctavã: quarta, quintam. Reliquarum verò cadentium domo
rum figuras ſecundum rationẽ triplicitatum calculabis
ex prima & quinta cõſtituendo nonam: ex decima & ſecu
ſextam: ex ſeptima & undecima, tertiam: ex quarta & octa
duodecimam. Et ita iam habes integram ad veri indicii
rã, ſecundum veras & efficaces rationes cõſtitutam: ex qua
dicatur, ita illam exornabis. Figura, quę in prima domo
rit, ipſa dabit tibi Aſcendens illud ſignum, quod ipſa
quo cõſtituto, cęteris domibus, ſecundum ordinem ſigno
ſua ſigna attribues: deinde in ſingulis domibus planetas,
dum figurę naturas annotabis: tunc ex his omnibus in



abricabis ſecundum ſignificationes planetarum in ſignis &
domibus in quibus inveniuntur, & ſecundum aſpectus eorũ
inter ſe, & ad locum quęrentis & rei quæſitæ: indicabisq; ſe-
cundũ naturas ſignorum in ſuis domib. aſcendentium: & ſe-
cundum naturas & proprietates figurarũ, quas habẽt in ſingu-
lis domibus cõſtitutæ, & ſecundum commiſtionem aliarum
figurarum eas aſpicientium. INDICEM figurę, quæ Geomã-
tici plurimum faciũt, quo modo in priore figura invenitur, o-
ſtendimus: ſed hic dabimus tibi ſecretum totius artificii ad in-
dicem inveniendũ in ſubiacenti figura: & tale eſt: Ut nume-
res omnia puncta, quæ in lineis projectionum continentur:
atq; hæc dividas per duodecim: & quod reſiduum eſt, projici-
as ab aſcendẽte per ſingulas domus: & in quã ceciderit finalis
unitas, illius figura dat tibi indicium competum rei quæſitæ: &
hoc una cum ſignificationibus indiciorum prędictorum: quæ
ſi in utrãq; partẽ fuerint paria, vel ambigua tunc ſolus index tę
dere quęſita certificabit. nunc figurę illius exemplũ ponamus.




Reſiduum ergo nunc eſt, ut dicamus, cuius rei quæſtio & ad
quã domum pertineat: deinde, quid quævis figura de ſingulis
quæſtionibus in ſingulis domibus indicet. Primo itaque nunc
domo-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

domorum ſignificationes advertamus : quæ iſtæ ſunt. Nam prima domus perſonam tenet quærentis, quotiens de eius vel ad ipſum pertinente quæſtio facta fuerit. Tenet & illa hamus indicium de vita, de forma, de ſtatu, conditione, habitu diſpoſitione, forma & figura, & de colore hominum. Secunda continet in ſe ſubſtantiam, divitas, paupertatem, lucrum & amiſſionem, fortunam bonorum & infortunium, & quæ circa ſubſtantiam accidunt : ut, furtum, perditio, vel negligentia. Tertia continet fratre : forores: & quæ de collateralium parentelarum ſunt : prava itinera & fidelitates hominum diſcernit. Quarta patres deſignat atque avos : patrimonium & hæredi ates, poſſeſſiones, artificia, agros, theſauros & quicquid abſconditum eſt: habet & ipſam d ſcretionem eorum, quæ furto, vel amiſſione, vel negligencia deficiunt. Quinta filiorum eſt ; legatorum, nunciorum, rumorum, atque honorum & eorum quæ poſt mortem accidunt, & quæ circa prægnantem interrogari poſſunt. Sexta de infirmitatibus indicium ac de medicinia: de familiaribus quoque ac miniſtris, iumentis animalibuſque domeſticis. Septima coniugii eſt, concubinatus, & amicorum: litium quoque ac controverſiarum & eorum quæ coram iudicio aguntur. Octava mortis eſt, & eorum quæ ex morte proveniunt, legatorum & hæreditatum & quæ ad uxoris dotem ac ſubſtantiam attinent. Nona peregrinationum itinerum, fidei, ac conſtantiæ, ſomniorum & quæ præſagia ſunt ſcientiæ, ac religionis. Decima honoris eſt, officii atque magiſterii : Vndecima amicos habet principumque ſubſtantiam. Duodecima inimicorum eſt, atque ſervorum, carceris, infortunii, & quicquid mali præter mortem & ægritudinem accidere poteſt: quæ in ſexta octavaq; requiruntur. Reſtat nunc quod dicimus, ut quid quævis figura ſuper iam dictis, in locis ſignificet, explicemus.

FORTUNA maior in prima domo reperta, vitam dat longam, & à morborum moleſtiis tutam: hominem ſignificat nobilem magnanimum, bonorum morum ſtatura mediocri colore rubeum, criſporum capillorum, & cuius membra ſuperiora maiora ſunt quàm inferiora. In ſecunda ſignificat divitias manifeſtas, & lucrum manifeſtum, bonam fortunam & rei acquiſitionem, deperditi, vel amiſſi: captionem furis & furti recuperationem. In tertia ſignificat fratres atque cognatos nobiles & bonæ converſationis: itinera proſpera & lucroſa cum honore: homines fideles & amicitiæ non fictæ. In quarta patrem ſignificat nobilem & bonæ famæ, & ì... no



notum: hæreditates largitur in urbibus, patrimonium auget, theſauros abſconditos invenire facit, & in loco eſſe ſignificat furtum & omne amiſſum recuperat. In quinta gaudium largitur ex filiis, & facit illos magnos honores conſequi: legationes reddit proſperas, in quibus & vota & dolorem cõſequens: rumores veros eſſe deſignat: honores largitur publicos, & poſt mortem facit hominem ampliſſima fama: publicam mulierem prægnantem parituram maſculum præfigurat. In ſexta hominem ab omni ægritudine liberum facit: infirmos brevi evaſuros ſignificat: medicinam bonam medicumque probum. de quibus nulla haberi debeat ſuſpicio, ſignificat: famulos ac miniſtros fideles. ex animalibus præcipue equos, ſignificat. In ſeptima uxorem dat divitem, probam & bonorum morum: amores faciles & iucundos: lites vincit: adverſarios tamen, ſi de illis quęſtio fuerit, ſignificat potentes ac multis favoris. In octava illũ, de cuius morte quæritur vivere ſignificat: mortem autem ſignificat bonam, naturalemque & honeſtam ſepulturam & exequias honorificas: legata & hęreditates deſignat uxoriſque dotem divitem. In nona, itinera ſignificat proſpera, & per terram equeſtria potius quàm pedeſtria, ſatis longa & non feſtina: abſentem reverſurum denotat: bonæ fidei & conſtantis intentionis hominem ſignificat & bonæ religionis. qui de fide ſua in aliam nunquam mutetur: ſomnia atq; præſagia vera dicit: ſcientiam ſignificat veram & perfectam. In decima maximos ſignificat honores, officia largitur publica, magiſtratus & iudicia, & quæ in principum curiis dignitata ſunt: iudices ſignificat iuſtos, & nullis donis corruptos: cauſam cito & facile expediri facit: reges ſignificat potentes: fortunatos & victorioſos, victoriamq; certam denotat: matrem ſignificat nobilem & diu victuram. In undecima amicos ſignificat veros, ac utiles: principem denotat divitem ac liberalem: & fortunatum facit hominem apud principem & bonum atq; dilectum. In duodecima, ſi de qualitate inimicorum quæſtio eſt, inimicos ſignificat potentes ac nobiles, quibus difficile reſiſtitur. Si autem de alio reſpectu ad inimicos quæſtio fuerit, ab inimicorum inſidiis deliberabit: ſervos ſignificat fideles, & profugos reducit: animalia ſignificat, ut equos, leones, atque tauros : incarceratum evadere facit, & pericula imminentia vel mitigat, vel aufert.

FORTUNA minor in prima domo vitam dat longam: ſed variis moleſtiis ac valetudinibus implicatam : hominem ſignifi-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

gnificat brevis ſtaturæ, & macrum, habentem ſignum la[illegible]
tu, vel dextro oculo. In ſecunda deſignat ſubſtantiam, [illegible]
mia prodigalitate omnia expēdit: furē abſcondit, & furtú[illegible]
vel cum labore recuperatur. In tertia moleſtias dat á fratrib[illegible]
& conſanguineis; periculum minatur in itinere, ſed eva[illegible]
ipſum; homines ſignificat bonæ fidei, ſed abſconditi ani[illegible]
In quarta patrimonio nocet & hæreditatibus, theſaura[illegible]
deperdita abſcondit, & niſi cum magna difficultate recup[illegible]
rat; patrem ſignificat probum, ſed qui multa prodigal[illegible]
bona ſua expendens, filiis modica relinquit. In quinta pau[illegible]
largitur filios; mulierem gravidam puellam in utero hab[illegible]
ſignificat; legationes ſignificat honorificas, ſed parum ut[illegible]
honores dat mediocres, bonam famam poſt mortem rel[illegible]
quid, ſed non multum ſparſam, nec longævæ memoriæ[illegible]
ſexta ægritudines ſignificat ſanguineas atque cholericas; [illegible]
firmum periclitari ſignificat, ſed evaſurum; ſervos ſign[illegible]
probos, ſed pigros, & inutiles; itidem de animalibus. In[illegible]
prima uxorē dat bonæ progeniei, ſed cum qua variis inco[illegible]
moditatibus vixeris; amores dat anxios & inconſtantes: l[illegible]
prolongat, adverſariumque multis cavillationibus circum[illegible]
venire facit; ſucceſſu tamen temporis victoriam tribuit. I[illegible]
octava mortem denotat bonam & honeſtam, ſed obſcur[illegible]
vel peregrinam; legata & hæreditates decernit, ſed cu[illegible]
ac difficultate; exequias ac ſepulturas obſcuriores [illegible]
dotem uxoris difficile habebis, vel facilime expendes. In [illegible]
na itinerum incommoditatem facit; abſens tardè revert[illegible]
hominem facit circa religionis ſervitia occupari; ſcient[illegible]
largitur incompletas; fidei autem & religionis conſtan[illegible]
ſervat. In decima reges ac principes ſignificat potentes, [illegible]
qui bellis ac violentia imperia ſibi vendicant; quos ite[illegible]
facile exules reddit; ſimili ratione honores decernit & gra[illegible]
officia & beneficia, ſed ob quæ continuó litigare oport[illegible]
& in quibus nullam habeas permanendi ſtabilitatem; jud[illegible]
cem tibi non favere facit, & cauſæ lites prolongat; ma[illegible]
patre citius mori facit, & variis valetudinibus ſemper af[illegible]
In undecima multitudinem amicorum facit, ſed inutil[illegible]
pauperes & qui neceſſitatibus tuis vix valeant ſuccurrere[illegible]
tiam dat apud principes & ſpem multam, ſed lucrum mo[illegible]
cum; nec in officiis & beneficiis & principe largitis diu fa[illegible]
permanere. In duodecima inimicos ſignificat verſutos, ca[illegible]
dos ac fraudulentos, & qui multis occultis factionibus ſtu[illegible]
ant circumvenire; incarceratum diu detentum iri ſignific[illegible]
ſed



ſed tandem evaſurum; ſervos & animalia deſignat infructuo-
ſa & paucæ utilitatis; fortunæque crebras mutationes de bo-
no in malum, de malo in bonum.

VIA in prima domo vitam largitur longam & proſperam,
advenam ſignificat, macrum & longæ ſtaturæ, candidi colo-
ris & modicam barbam habentem; liberalem & jucundū, ſed
pigrum & pauci laboris. In ſecunda ſubſtantiarum dat aug-
mentum ac divitias, furtum ac amiſſum recuperat, ſed furem
tamen extra civitatē abiiſſe ſignificat. In tertia multos fratres
ac conſanguineos reddit, itinera continua & proſpera, homi-
nes manifeſtos ac probatos ſignificat, & bonæ converſationis.
In quarta patrem probum ſignificat, patrimonium & hæredi-
tatem auget, agros locupletes facit, theſaurum in loco eſſe
ſignificat, amiſſum recuperat. In quinta filiorum maſculo-
rum multitudinem largitur, mulierem prægnantem maſculū
parituram deſignat, legationes ad longinquas partes commit-
tit, honores publicos largitur, mortem honeſtam & per mul-
tas provincias cognitam. In ſexta ab ægritudinibus præſervat,
infirmū citiſſimè evaſurum ſignificat, ſervos & animalia fru-
ctuoſa & utilia reddit. In ſeptima vxorem largitur pulchram
& jucundam, cum qua perpetua felicitate læteris, lites ac con-
troverſias citiſſimè terminari facit, adverſarios faciles red-
dit, & qui arbitratu bonorum virorum lites faciles cedunt. In
octava mortem ſignificat ex ægritudinibus phlegmaticis, ho-
neſtam & bonæ famæ, legata magna & hæreditates divi-
tiasex mortuis decernit, & qui mortuus credebatur, adhuc
vivere ſignificat. In nona, itinera longa facit & per aquas
& per maria, & ex illis maxima lucra portendit, ſacerdotia
largitur & utilitatem á rebus eccleſiaſticis, homines bonæ
religionis & ſimplicis conſtantíſque fidei facit, ſomnia vera
decernit, quorum ſignificationes citò appareant: ſcientias
largitur Philoſophiæ & Grammaticæ, & quæ ad puerorum
inſtitutionem pertinent. In decima reges ac principes for-
tunatos facit, & qui cum vicinis, perpetuam pacem gerant,
& qui per varias legationes multorum principum amicitias
acquirant: honores facit publicos & officia & magiſtratus in
regus & populum, vel ſuper rebus aquarum, ſive itinerum &
factionum, judices largitur juſtos & benignos & cauſas ci-
to expedientes, matrem bonæ famæ, & ſanæ & longævæ vi-
tæ deſignat. In undecima multos & copioſos amicos facit,
& in alienis provinciis fidos amicos acquirit, & qui ſibi o-
mni ope ac diligentia ſubveniant, bonam gratiam, atq; fidem
cum

cum utilitate apud principes facit occupari, officia talia, qui-bus continuis itineribus implicetur. In duodecima multitu-dinem dat inimicorum, ſed à quibus parum nocumenti mendum ſit, ſervos & animalia utilia, incarceratum eru- carcerem, vel mox evaſurum ſignificat: à malis fortunæ ac- dentibus hominum perſervat.

POPULUS in prima domo vitam largitur mediocrem, ſe diverſis valetudinibus variave fortunę ſucceſſione, incon- tem: hominem ſignificat mediocris ſtaturæ, craſſi corpo- in membris bene diſpoſitum, cui fortè ſignum erit circa ſi- ſtrum oculum. Attamen ſi quæſtio fuerit de figura homi- atq; huic figuræ iungantur aliqua ex figuris Saturni, vel Ru- beus, hominem deformē & monſtruoſum oſtendit: & ſi- in partu ſignificat, monſtruoſum illum futurum, ſi in q- domo intra malevolas fuerit obſeſſa. In ſecunda ſubſtan- largitur modicam, & cum magna difficultate: facitque ho- nem ſemper præ paratis onera ſentientem: furtum non r- titur: deperditum nunquam integrè recuperatur: abſcon- tum non invenitur. Si autem de fure quæſtio eſt, illum n- dum aufugiſſe, ſęd adhuc intra civitatem abſconditum de- ratur. In tertia modicam amicitiam facit cum fratribus & c- gnatis: itinera decernit, ſed cum labore: lucrum tamen quod ex illis pollicetur: fide hominem inſtabilem deſign- á ſociis ſæpè decipi facit. In quarta patrem valetudinarium laborioſæ vitæ ſignificat, hæreditateſque terreſtres aufer- das: in aquaticis verò profectum largitur: theſaurum in lo- eſſe negat, vel non inveniendum oſtendit; patrimonium co- tinuò cum labore continet. In quinta legationes honeſtas & u- las ſignificat, ſed vel nuncios literarum gerulos, vel ur- publicos facit; rumores falſos divulgat, qui tamen veri- alicuius ſimilitudinem habent, atque ex veritate quidem ſunt, quæ non ita refertur ut geſta eſt; & mulierem ſteri- ſignificat, & gravidam abortiri facit; funus ingloriofum ſt- tuit, nec famam poſt mortem. In ſexta ægritudines ſign- frigidas, & inferiores corporis partes maximè occupat: m- cum indiligentem & negligentem oſtendit circa ægrotum infirmum uſque ad mortem periclitari ſignificat, & vi- dem evaſurum; ſervorum perfidiam notat, & in anim- detrimentum. In ſeptima uxorem largitur pulchram, & ho- rem, ſed quæ multis procerum amoribus ſolicitatur; am- ſignificat diſſimulatos ac falſos impotentes citò deſerere. In octava mortem ſignificat citam & ſine diuturno ang-



ſæpè ex aquis mortuum oſtendit: hæreditates & legata ex morteis nulla largitur: quæ ſi qua ſint, interveniente lite, vel alio diſcrimine amitti facit: dotem uxoris ſignificat modicam vel nullam. In nona ſomnia falſa diſcernit, & rudis ingenii abſq; ſcientia hominem ſignificat: in Religione fœda largitur officia qualia ſunt, quæ expurgare Eccleſias, vel pulſare campanas ſolent: ſignificatque hominem vel religione minimè curioſum, nec conſcientia multa anxiatum. In decima Reges & Principes facit, qui de ſuis regnis ut plurimùm expelluntur, vel circa illa continuum detrimentum patiuntur: Officia ac Magiſteria ſignificat, quæ circa aquas ſunt: ut circa naves, pontes, piſcationes, littora, prata, & hujuſmodi: judices facit variabiles, & in expeditionibus cauſarum pigros: matrem valetudinariam & modicæ vitæ declarat In undecima paucos amicos largitur, vel multos adulatores: apud principes nullam gratiam atque fortunam decernit. In duodecima inimicos oſtendit debiles & ignobiles: incarceratum non evaſurum dicit: pericula in aquis & locis aquaticis decernit.

ACQUISITIO in prima domo vitam largitur longam & proſperam ſenectam: hominem facit mediocris ſtaturæ, & magni capitis, vultus benè diſtincti & longi naſi in d.* ſua, ſed multæ barbæ: capillorum criſporum & pulchrorum oculorum: ſplendidi victus & expenſarum, in reliquis parcum, nec liberalem. In ſecunda maximas ſignificet divitias: fur omninò apprehenditur, & perdita recuperantur. In tertia ſignificat multitudinem fratrum, illorumque divitias, itinera mult & lucroſa: bonam fidem. In quarta ſignificat patrimonium multarum divitiarum, poſſeſſiones multas & copioſorum fructuum: theſaurum in loco eſſe & inveniri ſignificat: patrem divitem ſignificat, ſed avarum. In quinta ſignificat multitudinem filiorum utriuſque ſexus, ſed plures maſculos quàm fœmellas: mulierem prægnantem eſſe ſignificat, & ſine periculo parituram: & ſi de ſexu quæſtio eſt, maſculum ſignificat: legationes lucroſas largitur: poſt mortem non latè famam extendit, ſed à ſuis hæreditari facit, & rumores veros ſignificat. In ſexta multas & graves ægritudines ſignificat & diu duraturas: infirmum periclitari facit, & ſæpè mori: Medicum tamen doctum, & probum indicat: multitudinem ſervorum atque animalium ..., & lucrum in illis. In ſeptima uxorem ſignificat divitem, ſed vel viduam vel provectæ ætatis mulierem: lites ſignificat graves & durabiles: amorem & concubinatum effectum ſortiri ſignificat. In octava hominem de quo quæritur, mortuum eſſe



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ſignificat : genus mortis breve ſignificat, & quam pauco-
dierum ægritudo præceſſit : hæreditates & legata cum ma-
utilitate decernit, & dotem uxoris divitem ſignificat. In no-
longa & utilia itinera ſignificat: abſentem citò reverſurum in-
dicat : luctum à perſonis religioſis & Eccleſiaſticis ſive Scho-
laſticis haberi facit : hominem de quo quæritur, veram ſcien-
tiam habere ſignificat. In decima Principes facit imperi-
ampliare: judicem favorabilem facit, ſed cui continuò op-
teat munera dare : officia & Magiſteria multi lucri facit: ma-
trem divitem ac fœlicem ſignificat. In undecima, multitudi-
nem amicorum facit, & utilitatem ab illis & gratiam Princi-
pum auget. In duodecima, multos ſignificat inimicos & po-
tentes, ſervos & animalia profuga reducit, incarceratum
evaſurum ſignificat.

LÆTITIA in prima domo longam vitam ſignificat cum
proſperitate & lętitia, & hominem omnibus fratribus plus
ęturum ſignificat, hominem facit altioris ſtaturæ, pulchri-
membrorum, latæ frontis, magnorum & latorum dentium,
faciei benè diſtinctæ. In ſecunda divitias quidem ſignificat
varia lucra, ſed magnas expenſas & varias ſtatus mutationes
furtum recuperatur, & revertitur, ſed ſi de fure quæſtio fuerit
evaſiſſe ſignificat. In tertia fratres largitur bonæ conver-
nis, ſed brevioris vitæ, itinera ſolicitoſa, bonam fidem. In
ta patrimonium & poſſeſſiones fœlices, patrem nobilem a-
licujus Principis officii dignitate decorum: theſaurum in
co eſſe ſignificat, ſed minoris valoris quàm arbitratur, & in-
nire facit. In quinta filios dat bonæ obedientiæ & bono-
morum, in quibus ſummum habebit ſenectutis ſolatium, mu-
lierem prægnantem fœmellam parituram ſignificat, lega-
nes cum multo honore decernit, rumores in toto vera
eſſe indicat: poſt mortem bonam & amplam famam re-
In ſexta ægrotum evadere facit, ſervos bonos & anima-
na deſignat. In ſeptima uxorem pulchram & adoleſcen-
largitur: lites vincit, & amorum ſucceſſum tribuit. In oct-
hæreditates dat & legata, dotem uxoris collaudat, illum
quo quæritur, vivere ſignificat, mortem honeſtam ac
declarat. In nona pauca itinera ſignificat, & quæ occu-
tinera, hæc ſunt vel circa legationes Principum, vel pere-
tiones propter vota Sanctorum, hominem bonæ religio-
mediocris ſcientiæ, qui naturali ingenio ſingula fac
nit. In decima Reges & Principes præclaros facit, ad
rum ſuorum rationem pace famoſos, judices triſtes, offi-
Ma-



Magiſteria honeſta: quæ vel circa res Eccleſiaſticas, vel Scholaſticas, vel juris adminiſtrationem verſantur, ſignificat: matrem, ſi vidua fuerit, iterum nupturam indicat. In undecima Principum gratiam largitur, & amicorum copiam. In duodecima victoriam inimicorum tribuit, bonos ſervos & famulos facit, carceratum liberat, & à malis eventibus præſervat.

PUELLA in prima domo hominem ſignificat brevioris vitæ, debilis complexionis, modicæ ſtaturæ, pinguiuſculum, ſatis pulchrum, ſed quaſi effœminatum, luxurioſum, & qui propter mulierum affectus multa vitæ diſcrimina incurrit. In ſecunda nec divitias largitur, nec paupertatem minuit, furem necdum urbem egreſſum eſſe ſignificat, & furtum jam alienatum: theſaurum in loco eſſe negat. In tertia plures ſorores quàm fratres ſignificat, & cum illis bonam pacem largitur: itinera jucunda & læta, & converſationes bonorum hominum deſignat. In quarta patrimonium tenue, & patrem non diu victurum ſignificat: ſed agros bonorum fructuum fertiles facit. In quinta prægnantem fœmellam parituram ſignificat: legationes nullas deſignat, mulierem multa commercia, & ab illis aliquod officium committi facit. In ſexta debilitatem ægroti indicat: ſed citò evadere facit: Medicum tamen indoctum & imperitum ſignificat, ſed qui opinione apud vulgus plurimi æſtimetur: ſervos, ancillas & animalia bona reddit. In ſeptima uxorem largitur pulchram, & jucundam, & cum viro ſuo pacificè converſantem: ſed tamen quæ multa ardeat libidine, & à pluribus cupiatur: lites nullas, quas coram judice diſcernit, ſed rixas aliquas cum populo, facilè diſſolubiles. In octava, qui exiſtimabatur mortuus, vivit; dos uxoris modica quæ tamen virum contentum eſſe facit. In nona modica itinera ſignificat; & religionem bonam & modicam ſcientiam largitur, niſi fortè muſicam, tam vocalem, quàm inſtrumentalem. In decima Principes ſignificat non multum potentes, ſed tamen qui ſe pacificè intra fines ſuos gubernent, & à vicinis ſuis & ſubditis diligantur: affabiles & manſuetos eos facit, & qui continuis jocis, ludis & venationibus ſe exerceant; judices bonos & pios facit & miſericordes: officia largitur circa mulieres, vel à nobilibus mulieribus. In undecima amicos multos facit, & mulierum dat gratiam. In duodecima paucos inimicos facit, ſed cum mulieribus contentionem: in incarcerativis per amicorum interceſſionem deliberat.

AMISSIO in prima domo non victurum ægrum ſignifi-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

cat: vitam brevem oſtendit: hominem indiſpoſitorum me-
brorum & faſtidioſæ converſationis ſignificat: & qui in ali-
qua parte corporis ſui notabili defectu ſignetur: ut clau-
vel mancus, & hujuſmodi. In ſecunda omnem ſubſtan-
diſſipat, & miſeræ paupertatis onera ſuſtinere facit: fur, n
furtum invenitur: theſaurus in loco non eſt, & cum d
quæritur. In tertia mortem fratrum, vel carentiam con
conſanguineorum atque amicorum ſignificat: itinera nulla
à multis decipi facit. In quarta totum patrimonium diſſip
patrem pauperem fuiſſe ſignificat: & citò mori facit. In quin-
ta filiorum morte hominem varia triſtitia afficit: mulierem
non gravidã, vel abortiri ſignificat: honores nullos & fam
nullam facit: & rumores falſos defert. In ſexta ægrotum ev
ſiſſe, vel mox evadere ſignificat: ſed damnum in ſervis & a
malibus facit. In ſeptima uxorem adulteram reddit, & q
continua contentione cum viro diſſentiat: ipſam tamen
mori facit: lites amittere facit. In octava hominem mo
ſignificat: dotem uxoris diſſipat: hæreditates & legata n
largitur vel amittit. In nona itinera nulla facit, vel cum m
mo damno: hominem inconſtantis religionis ſignificat: & q
de una ſecta ſæpè mutetur: literarum omnium expertem fa
In decima Principes reddit infortunatiſſimos, & qui e
gantur vitam finire. Judices pravos, Officia & Magiſtra
mnoſa & matris etiam mortem ſignificat. In undecima p
cos amicos ſignificat, & facilè amicos amittere facit. & in
micos convertit: apud Principes nullam niſi damnoſam g
tiam largitur. In duodecima inimicos omnes perdit: inca
ratum diu detinet: cæterùm à periculis præſervat.

CONJUNCTIO in prima domo vitam proſperam
ficit: mediocris ſtaturæ, non macrum, nec minus pingue
longæ faciei: planorum capillorum: modicæ barbæ: long
rum digitorum & crurium: liberalem, amabilem, & m
micum. In ſecunda non ſignificat inventas divitias; ſed hom
nem ab omni paupertatis calamitate ſecurum præſtat: fu
cum furto detegit, & theſauros abſconditos acquirit. In te
paucos fratres dat, & varia variæ fortunæ itinera: bonam
dem & conſtantiam ſignificat. In quarta patrimonium me
cre indicat, patrem honeſtum & bonæ intelligentiæ p
In quinta ſubtilis ingenii filios largitur: prægnantem m
lum parituram indicat: honores ex proprio ingenio larg
& famam longè diſpergit, & rumores veros ſignificat. In ſe
ægritudines diuturnas ſignificat: Medicum doctum & ex



tum deſignat: ſervos fideles & animalia ſine macula oſtendit.
In ſeptima uxorem benè morigeratam & boni ingenii tribuit:
lites difficiles dat, & adverſarios aſtutos. In octava, de quo
quærebatur, mortuum eſſe ſignificat, & ex mortuis aliquid lu-
cri portendit: uxorem non valdè divitem oſtendit. In nona
pauca itinera dat, ſed longa & diuturna: abſentem poſt mul-
tam horam reverſurum ſignificat: ſcientias varias & religio-
nis myſteria largitur, ingeniumque perſpicuum & efficax. In
decima Principes facit liberales, benignos & affabiles: qui
ſcientiis & variis ſecretis artificiis, doctiſque eorum homini-
bus oblectantur: judices juſtos facit, & qui aſtuta ſpeculatio-
ne lites facilè diſcernant: officia largitur, quæ circa literas, do-
ctrinas & ſcientias ſanas verſatur: matrem honeſtam boni in-
genii, proſperæque vitæ ſignificat. In undecima multos ami-
corum cumulos facit, & Principum Magnatumque nobilium
gratiam quàm maximam præſtat. In duodecima inimicos ſi-
gnificat cautos, atque verſutos: incarceratum diu permanere
facit, & varia pericula in vita evadere largitur.

ALBUS in prima domo vitam ſignificat continua vale-
tudine gravibuſque ægritudinibus anxiam: hominem ſignifi-
cat brevis ſtaturæ, lati pectoris, & groſſiorum brachiorum,
criſpi capitis, & amplioris oris: loquacem & multi inutilis ſer-
monis: ſed lætum & jucundum, ac homines delectantem. In
ſecunda ſubſtantiam largitur ex jocalibus & vilibus artificiis,
ſed delectabilibus, ut ex joculationibus, ſaltationibus, gelaſ-
ſatibus: furem & rem perditam oſtendit, theſaurumque ab-
ſcondit. In tertia paucos fratres dat, modica & gravia itinera,
& omnes deceptores. In quarta tenue vel nullum patrimoni-
um, patrem multis cognitum, ſed vilioris officii virum oſten-
dit. In quinta nullos filios dat, vel mori facit datos: mulierem
ſervilem indicat, & prægnantem abortiri facit, vel monſtro-
ſum partum edere: rumores falſos denotat, & nullos honores
tribuit. In ſexta tardiſſimas ægritudines facit: ſervorum frau-
dulentiam & nequitiam, animaliumque ægritudines ad mor-
tem deſignat: & Medicum ægroto ſuſpectum facit. In ſeptima
uxorem dat ſterilem, ſed pulchram & benè dilectam: lites pau-
cas, ſed diu duraturas. In octava de quo quæritur, moriturum
indicat: dotem uxoris modicam dat, & de ea litigari facit. In
nona itinera cum modica utilitate denotat: abſentem impe-
dit. & non reverſurum ſignificat: hominem ſuperſtitione reli-
gionis, & falſæ deceptoriæque ſcientiæ indicat. In decima
Principes & judices malevolos facit: vilia officia ac Magiſteria



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

indicat; matremque meretricem, vel de adulterio ſuſpectam. In undecima diſſimulatos ac falſos amicos facit: inconſtantem gratiam dat. In duodecima inimicos viles, ruſticos & impotentes deſignat; & incarceratum non evaſurum, variaque vitæ incommoda denotat.

PUER in prima domo vitam dat mediocrem, ſed laborioſam; hominem facit militari dignitate glorioſum, robuſtu in corpore, colore rubicundum, pulchri aſpectus, nigrum capillorum. In ſecunda ſubſtantiam largitur alienorum bonorum, & rapinas per confiſcationes, per jura militaria & hujuſmodi: fures cum furto ſalvat, ſed theſauros nullos indicat. In tertia fratribus præponi facit, & ab illis timeri: itinera criminoſa ſignificat, & bonam fidem denotat. In quarta hæreditates & poſſeſſiones dubias, & patrem res violenter acquiviſſe ſignificat. In quinta filios largitur bonos, & qui ad dignitates & honores aſcendant; prægnantem maſculum pariturum ſignificat: honores ex militari diſciplina, & famam amplam ſignificat. In ſexta ægritudines violentas facit ut vulnera, & contuſiones, ſed ægrotum facilè liberat; Medicum chirurgicum oſtendit; ſervos & animalia robuſta & utilia deſignat. In ſeptima uxorem viraginem largitur bonæ fidei, & rectricem domus diligentem; lites crudeles facit, & adverſarium quem vix per judicem compeſcere poſſis. In octava ſuſpectum mortem ſignificat: mortem non laborioſam ſignificat, ſed vel ex humore calido, vel ex ferro, ſeu alio quovis conſimili genere ſignificat; legata & hæreditates alias non decernit. In nona itinera non ſine diſcrimine vitæ largitur, proſpera tamen & utilia illa largitur; religionem modicam & paucam conſcientiam largitur; ſcientiam tamen dat Philoſophiæ naturalis, & medicinæ & plurium pulchrorum artificiorum. In decima Principes facit potentes, & bello glorioſos, ſed quorum victoriæ inſtabili ſucceſſione varientur: judices crudeles & immiſericordes reddit; officia largitur militaria, & Magiſteria ... quorum exercitium cum ferro vel igne eſt: matri tamen nocet, & vitæ illius obeſt. In undecima amicos largitur nobiles magnates, & qui curias Principum atque militiam ſequuntur, & multos crudeles homines adhærere facit: apud Principes autem exiſtimationem multam, ſed ſuſpectam gratiam largitur. In duodecima crudeles & pernicioſos inimicos facit: incarceratus aufugit; pericula multa evadere facit.

RUBEUS in prima domo vitam brevem & malè finitam ſignificat: hominem turpem, inutilem, crudelis & ma-



ſoſi aſpectus, & in aliqua parte corporis notabiliter ſignatum. In ſecunda paupertatem ſignificat, fures atque latrones facit, & qui ex falſificiis & malis artibus ſibi victum quærant: furem cum furto ſalvat; theſaurum nec eſſe, nec inveniri ſignificat. In tertia fratres & conſanguineos odioſos reddit, & malorum motum ſignificat: in itineribus periclitari facit; malam fidem & proditionem indicat. In quarta patrimonium diſſipat, hæreditates diſpergit, agros tempeſtate & malitia terræ deperdit: patrem citò mori facit. In quinta filios multos largitur, vel malos & inobedientes, ex quibus dolor & infamia parentibus ſequatur. In ſexta mortales ægritudines & vulnera facit: æger moritur, Medicus errat, ſervi produnt, animalia periculum & offenſam faciunt. In ſeptima uxor infamis & palàm adultera & contentioſa: adverſarii deceptores & proditores, qui te cautelis variiſque Juris diverticulis vincunt. In octava mors violenta, & per publicum judicium inflicta: de quæſito mortem certam ſignificat: dotem uxoris nullam. In nona itinera mala & pericuIoſa denotat: & de latronibus ſpoliari, vel prædonibus capi facit: homines peſſimæ religionis & malæ fidei indicat, & qui facili de cauſa fidem ſuam abnegare ſoleant: ſcientiam falſam, deceptoriam & nullam indicat. In decima Principes crudeles & tyrannos facit, & qui imperium ſuum malè finiant, ut qui vel à ſubditis trucidentur, vel à potentioribus capti turpi morte vel gravi carcere vitam finiant: judices & officiales falſos, & fures, uſurarumque occupatores ſignificat; matrem citò mori facit, & eam turpi fama notatam indicat. In undecima nullos fidos, nec veros amicos largitur, ſed malorum hominum converſationem præſtat; ab omni bonorum atque nobilium conſortio abjectum facit. In duodecima inimicos facit crudeles & proditores, à quibus tibi cautè cavendum eſt: incarceratum malè finiturum ſignificat: & incommoda vitæ multa decernit.

CARCER in prima domo brevem vitam dat; hominem ſceleratiſſimum ſignificat, turpis figuræ & immundum, qui omnibus odio eſt & deſpectui. In ſecunda miſerrimam paupertatem facit, furem cum furto comprehenſum ſignificat; theſaurum & abſconditum nullum oſtendit. In tertia odium fratrum, prava itinera, peſſimam fidem & converſationem ſignificat. In quarta hæreditates nullas, & patrem peſſimum, & citò maléque moriturum ſignificat. In quinta malos filios, mulierem non eſſe prægnantem; prægnans ſibiipſi abortum provocat, vel filium interficit; nullos honores & falſiſſimos rumores



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ſignificat. In ſexta infirmum diu ægrotare facit: malos ſervos & inutilia animalia: Medicum ignorantem ſignificat. In ſeptima uxorem à marito odio haberi, & lites male terminantes ſignificat. In octava mortem ex caſu vel ſubverſione ſignificat: vel hominem in carcere ſeu publico judicio condemnatum iri, vel moriturum indicat: & qui ſæpè ſibiipſis lethales manus inferant: dotem uxoris & legata negat. In nona abſentem non redire facit, & mali ſibi in itinere accidiſſe aliquid ſignificat: religionem nullam, ſed peſſimam conſcientiam, nullamque ſcientiam ſignificat. In decima ſceleſtiſſimos principes facit, & malè perituros: qui in principatu conſtituti omnem libidinem ac tyrannicam voluptatem proſequunt: judices iniquiſſimos & falſarios facit; matrem turpem & infamem indicat, adulteriique nota inſignem: officia ac Magiſteria nulla dat, ſed vel mendicitate, vel furto, & turpi latrocinio victum quærit. In undecima nullos amicos habet, nec gratiam apud homines. In duodecima inimicos inſtruit: incarceratum detinet, & mala multa infligit.

TRISTITIA in prima domo vitam non abbreviat, ſed illam multis moleſtiis affligit: hominem ſignificat bene morigeratum, ſed tardum in omnibus negotiis ſuis, ſolitarium, melancholicum, rarò ridentem & ſuper omnia avariſſimum. In ſecunda ſubſtantiam dat & divitias: ſed illis non fruitur, ſed abſcondit, & vix inde ſibi victum ſumit: theſaurum non invenit, nec furem cum furto. In tertia paucos fratres ſignificat & omnibus fratrib. ſuperſtitem facit: infelicia itinera, ſed bonam fidem dat. In quarta hæreditates & agros populatur: patrem ſenem & diu victurum facit, & avariſſimum pecuniæ abſconſorem. In quinta filios nullos, vel citò morituros ſignificat: prægnantem filiam parere facit: honores & famam negligit. In ſexta ægrum moriturum indicat: ſervos bonos, ſed tardos & animalia modici precii ſignificat. In ſeptima uxorem cito mori facit, lites damnoſas & eontra terminantes indicat. In octava mortē ſignificat ex longa ægritudine & multo dolore: legata & hæreditates largitur: & dotem uxori non denegat. In nona abſentem in itinere periiſſe, vel aliquid mali accidiſſe ſignificat: itinera facit infelicia, ſed bonam religionem & devotum hominem profundaſque ſcientias indicat. In decima ſeveros principes facit, ac juſtitiæ bonos cultores: ſed adverſa illis multa accidere indicat: judices facit juſtos, ſed tardos cauſarum expeditores: matrem ad bonā ſenectam producit cum honeſtate vitæ, ſed variis incōmoditatibus mixtæ: officia lar-





gitur gravia, ſed non diu in illis perſeverare facit: magiſteria circa aquas & cultus terræ ſignificat, vel circa religionem & ſapientiam. In undecima paucos amicos & amicorum mortem ſignificat: & modicam gratiam. In duodecima inimicos nullos indicat: incarceratum malè condemnat & vitæ incommoda facit.

CAPUT Draconis in prima domo vitam auget & fortunam. In ſecunda auget divitias: furem ſalvat: theſaurum in loco eſſe ſignificat. In tertia auget fratres, itinera, affines & bonam fidem facit. In quarta locupletat hæreditates: patrem diu vivere facit. In quinta multos dat filios: prægnantem maſculum parere ſignificat, & ſæpè gemellos auget: honores & famam & rumores eſſe veros indicat. In ſexta auget ægritudines: medicum doctum ſignificat, multitudinem ſervorum & animalium facit. In ſeptima multas uxores ſignificat, & multos adverſarios liteſque multiplicat. In octava mortem certam eſſe oſtendit: legata & hæreditates largitur, & dotem uxoris bonam. In nona multa ſignificat itinera, multas ſcientias, & bonam religionem, & abſentem citò reverti ſignificat. In decima glorioſos principes, magnificos judices, nobilem matrem, grandia officia, & lucroſa magiſteria ſignificat. In undecima multos amicos & omnibus gratioſum facit. In duodecima inimicos multos & mulierum copiam decernit: incarceratum retinet, & malè punit.

CAUDA Draconis in omnibus prædictis & ſingulis domibus capiti contrarium judicium præſtat. Iſtæ ſunt naturæ figurarum geomanticarum & earum judicia in ſingulis domibus & ſuper omnibus quæſtionibus de omni re.

ILLUD autem tibi obſervandum eſt in judicando, ut quoties tibi quæſtio aliqua propoſita fuerit, quæ in aliqua domo contineatur, non ſolum ad eam reſpondebis per figuram in tali domo contentam, ſed ſingulas figuras aſpicientes & obſidentes, ipſumque judicem in duabus judiciorum facies participes. Conſiderabis etiam figuram rei quæſitæ, ſi ſe per alia loca figuræ multiplicaverit, ut illa etiam judicium participare faciat: ut puta ſi in ſecunda domo quæſitum fuerit de fure, & figura ſecundæ domus inventa fuerit in ſexta, furem ipſum aliquem ex domeſticis & ſervis eſſe indicat: & ita de ſimilibus conſiderabis. Totum enim artificium hujuſce eſt in commixtione figurarum & naturæ earundem: quod qui ritè practicare noverit, is veriſſima ſemper judicia, etiam circa res multum particulares, depromit.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# HENRICI CORNELII AGRIPPÆ CENSVRAM, SIVE Retractationem De Magia, ex ſua declaratione. De Vanitate Scientiarum & excellentia Verbi Dei, hic ſubiicere ſuperfluum duximus. Qui verò eam legere volet quærat tomo ſecundo Declamationis prædictæ capita ſubſequentia, ſcilicet.


XLI. De Magia in genere.
XLII. De Magia naturali.
XLIII. De Magia Mathematica.
XLIV. De Magia venefica.
XLV. De Goëtia & Necromantia.
XLVI. De Theurgia.
XLVII. De Cabala.
XLVIII. De præſtigiis.


# DE OCCVLTA PHILOSOPHIA ſeu de ceremoniis magicis liber IV.

## HENRICO CORNELIO AGRIPPÆ ADSCRIPTVS.

IN libris noſtris de occulta philoſophia, non tam compendioſe, quàm copioſe declaravimus ipſius Magiæ principium, & rationabilitatem & quomodo experimenta efficienda & componenda ſint, ad quoſcunq; mirabiles effectus producendos. Verũ quoniam illic theoricè magis quam practicè, quædam etiam minus completè, quædam verò figuratìvè, & quaſi ſub ænigmate traduntur: ut aliquando illa, quæ ſummo ſtudio, diligentia, & curioſa exploratione adepti ſumus, rudioribus quibuſq; exponãtur: ideo in hoc libro, quem tanquam complementum, ac clavem librorum, de Occulta philoſophia, omnium Magicarum operationum cõfecimus, dabimus tibi intemeratæ veritatis, & inexpugnabilis Magicæ



diſciplinæ, ſanctorum numinum documenta & experimenta jucundiſſima, ut quemadmodum legendo libros de occulta philoſophia, cupidè hæc ſcire deſideras: ita legendo hunc librum veraciter triumphes. Quare ipſum intra ſecreta religioſi pectoris tui penetralia ſilentio tegito, & conſtanti taciturnitate celato.

Illud verò ſcias, quod nomina intelligentiarum præſidentium unicuiq; Planetarum, ſecuudum hunc modum conſtituunt ur: nempè ex figura mundi collectis literis, ab ortu corporis Planetæ, ſecundum ſucceſſionem ſignorum, per ſingulos gradus atque ex ſingulis gradibus ab ipſo Planeta aſpectis, facta projectione, à gradu aſcendentis. Conſimili ratione nomina principum malorum ſpirituum, ſub ſingulis planetis præſidentium accipiuntur ordine retrogrado, facta projectione, contra ſucceſſionem ſignorum ab initio ſeptimæ domus. Nomen verò ſupremæ intelligentiæ, quàm plerique animam mundi arbitrantur, ex quatuor cardinibus figuræ mundi colligitur, ſecundum rationem jam traditam. Et per oppoſitum modum colligitur nomen magni Dæmonis ſuper quatuor angulis cadentibus. Similiter nomina magnorum ſpirituum præſidentium aëris poteſtatibus, colliges ſuper quatuor angulis domorum ſuccedentium: ita videlicet, ut ad nomen boni ſpiritus eliciendum fiat projectio, ſecundum ſucceſſionem ſignorum incipientium à gradu aſcendentis: ad nomen verò mali ſpiritus, è converſo.

Illud autem ſcias, quòd nomina malorum ſpirituum per has tabulas extrahuntur, ex nominibus tam bonorum, quam malorum ſpirituum: ita tamen, quòd ſi ingredimur tabulam cum nomine ſpiritus boni ſecundi ordinis, nomen mali ſpiritus extractum erit de ordine principium & gubernatorum. Si autem ingredimur tabulam cum nomine ſpiritus boni tertii ordinis, vel cum nomine mali ſpiritus gubernatoris, quocunque modo extracti, ſive per hanc tabulam, ſive ex figura cœleſti: nomina quæ ex his procedunt, erunt malorum dæmonum miniſtrorum inferioris ordinis.

Illud autem ſciendum, quòd quoties ingredimur tabulam hanc cum ſpiritibus bonis ſecundi ordinis, ipſa nomina extracta ſunt ſecundi ordinis. Et ſi ſub illis extrahimus nomen mali ſpiritus, ipſum eſt de ſuperiori gubernatorum ordine. Idem eſt ſi ingredimur cum nomine ſpiritus mali ſuperioris ordinis. Si verò ingredimur hanc tabulam cum nominibus ſpirituum tertii ordinis, ſive ſpirituum miniſtrorum tam bonorum, quam

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

quam malorum, nomina extracta erunt ſpirituum miniſtrorum inferioris ordinis.

Multi autem magorum, viri non parvæ authoritatis, ejuſmodi tabulas Latinis literis extendere voluerunt: ita ut per eaſdem tabulas etiam ex nomine officii vel effectus alicujus nomen ſpiritus tam boni quam mali inveniatur, per eundem modum qui ſupra traditus eſt, accepto nomine officii vel effectus in columna literarum in ſua linea, ſub ſuo ſidere. Ejus quidem gravis autor eſt Triſmegiſtus: qui cum hanc calculationem Ægyptiis literis tradiderit, non ineptè etiam ad alias aliarum linguarum literas referri poteſt ob rationes ſignis aſſignatas. Omnium ſiquidem, qui de nominibus ſpirituum eliciendis tractarunt, primus ille extitit. Vis ergo arcanum ſecretum magiſteriumque quomodo recte riteque ſacra ſpirituum nomina eliciuntur, in vocalium diſpoſitione conſiſtit, quæ nomen ſpiritus efficiant, & quibus nomen rectum, ac rectè ſonorum conſtituatur. Hoc autem artificium ita perficitur, primò in locandis vocalibus illarum literarum, quæ per calculationem figuræ cœleſtis inveniuntur, ad nomina ſpirituum ſecundi ordinis bonorum atque malorum præſidentium & gubernatorum elicienda erit advertendum. Et hoc in bonis ita perficitur: conſideratis ſtellis, quæ literas conſtituant, & in ordinem locatis, primò ſubtrahatur gradus undecimæ domus à gradu ſtellæ, quæ prior eſt in ordine: & quod inde remanet, projiciatur à gradu aſcendentis: & ubi numerus ille deſinit, ibi eſt pars vocalis primæ literæ. Incipe ergo projicere vocales illarum literarum ſecundum ſuum numerum & ordinem: & quæ ceciderit in locum ſtellæ, quæ prior eſt in ordine, ea vocalis primæ literæ attribuitur. Deinceps invenias partem ſecundæ literæ, ſubtrahendo gradum ſtellæ quæ ſecunda eſt in ordine à ſtella priori: & quod remanet, projice ab aſcendente. Et hæc eſt pars à qua incipias projectionem vocalium: & quæ ceciderit ſupra ſecundam ſtellam, ea eſt vocalis ſecundæ literæ. Et ita conſequenter inveſtigabis vocales ſequentium literarum, ſemper ſubtrahendo gradum ſtellæ ſequentis, à gradu ſtellæ proximè præcedentis. Et omnes projectiones atque numerationes, in nominibus bonorum ſpirituum fieri debent ſecundum ſucceſſionem ſignorum. In nominibus verò malorum ſpirituum, ubi in bonis ſumitur gradus undecimæ domus, in iſtis ſumatur gradus duodecimæ domus. Numerationes verò & projectiones omnes fiant cum ſignorum ſucceſſione, initium ſumendo à gradu decimæ domus. In omnibus verò per tabulas extractis, alio modo vocales locantur. Primò enim accipitur numerus quotenarius literarum, nomen ipſum conſtituens, & ſic numeratur, ab initio columnæ primæ literæ, vel ſub qua nomen extrahitur: & litera in quam inciderit hic numerus, refertur ad primam literam nominis extracti, accipiendo diſtantiam unius ab altera, ſecundum ordinem Alphabeti. At numerus illius diſtantiæ projicitur ab initio ſuæ columnæ: & ubi deſinit, ibidem eſt pars prioris vocalis. Ab illa ergo projice vocales ipſas, ſuo numero & ordine, in eadem columna: & quæ ceciderit ſuper primam literam nominis, illa ſibi erit attribuenda. Sequentes autem vocales invenies, accipiendo diſtantiam à præcedenti litera ad ſequentem: & ſic conſequenter, ſecundum ſucceſſionem Alphabeti. Et numerus diſtantiæ illius, numeratur ab initio ſuæ columnæ: & ubi ceciderit, ibi eſt pars vocalis quæſitæ. Ab illa ergo projice vocales, ut ſuprà diximus, & quæ ceciderint ſupra ſuas literas, eiſdem attribuantur. Si verò vocalis aliqua ſupra vocalem ceciderit, prior cedat poſteriori. Et hoc de bonis duntaxat intelligè. In malis autem conſimili via procedas: niſi quod facias numerationes ordine contrario & reverſo, contraque ſucceſſionem Alphabeti, & contra ordinem columnarum, videlicet aſcendendo.



Nomen Genii boni, unicujuſque hominis, quod inveniri docuimus in libro tertio de Occulta philoſophia, ſecundum illum modum non parvæ autoritatis, nec modici eſt fundamenti. Sed nunc dabimus tibi quoſdam alios modos, non vanis innitentes rationibus. Ex iis unus eſt, accipiendo in figura nativitatis, quinque loca Hylegiorum. Quibus notatis, projiciantur characteres literarum ſuo ordine, & numero ab initio Arietis: & quæ literæ ceciderint in gradus dictorum locorum ſecundum ordinem & dignitatem illorum diſpoſitæ & combinatæ, nomen Genii conſtituunt. Eſt alius modus: Accipiantur Almutel, hoc eſt ſtellæ dominatrices, ſuper dictis quinque locis: & fiat projectio à gradu aſcendentis, colligendo literas cadentes ſuper Almutel. quibus ſecundum dignitatem ſuam locatis in ordinem, nomen Genii conſtituunt. Eſt adhuc alius modus ab Ægyptiis in obſervantia multum habitus: faciendo projectionem, à gradu aſcendentis, colligendo literas, ſecundum Almutel undecimæ domus, quâm domum, Bonum Dæmonem vocant: quibus, ſecundum dignitatem ſuam locatis, Geniorum nomina conſtituuntur: malum verò Genium conſimili ratione elicimus: præterquam quod proje-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

projectiones fiunt contra ordinem & ſucceſſionem ſignorum. Et ubi in bonis proijcimus ab initio Arietis: in malo numeramus ab initio Libræ: Ubi in bono numeramus à gradu aſcendentis; in malo proijcimus à gradu ſeptimæ domus. Secundum Ægyptios verò colligitur nomen Genii, ſecundũ Almutel duodecimæ domus, q̃ malum Dæmonem vocãt. Et omnes iſti ritus, aliis, qui in lib. 3. de Occulta philoſophia à nobis traditi ſunt, per cujuſcunq; linguæ characteres fieri poſſunt: cum iſtis omnibus (ut ſupra diximus) inſit myſticus & divinus numerus, ordo, atq; figura. Unde evenit, eundem Genium diverſis nominibus poſſe vocari. Alii verò ex nomine ipſius ſpiritus, boni vel mali per tabulas ad hoc formatas extrahunt.

Characteres itaque cœleſtes conſtant è lineis & capitibus. Capita ſex, juxta ſex ſtellarum magnitudines, ad quas reducuntur etiam Planetę. Prima magnitudo cum Sole ſtellam tenet, vel crucem. Secunda cum Jove, punctum circularem. Tertia cum Saturno, ſemicirculum, triangulum, ſive uncum, retundum vel acutum. Quarta cum Marte, virgulam penetrantem lineam, ſive quadratum rectum vel obliquum. Quinta cum Venere & Mercurio, virgulam, ſive punctum caudatum aſcendentem vel deſcendentem. Sexta cum luna puncta denigrata. Quæ omnia in ſequenti tabula videre poteris. Poſitis itaque capitib. ſecundum ſitum ſtellarum in figura cœli, lineæ protrahendæ ſunt ſecundum naturarum convenientiam, & hoc de ſtellis fixis intelliges. In Planetarum verò projectionibus, poſitis capitibus ſecundum eorum in ſe invicem aſpectum & antiſcia lineæ protrahantur.

Stellæ. Capita. Lineæ capitibus juncta.




Quando



Quando verò formandus eſt character alicujus imaginis cœleſtis aſcendentis in aliquo gradu, vel facie ſignorum, quæ ex ſtellis ejuſdem magnitudinis & naturæ conſtant: tunc poſito ſtellarum illarum numero, ſecundum ſuum ſitum & ordinem contrahantur lineæ ad ſimilitudinem imaginis ſignificatæ, quam copioſe id fieri poteſt.

Characteres verò, qui ſecundum nomen ſpiritus extrahuntur, componuntur per tabulam ſequentem, dando unicuique literæ nominis id quod ſibi ex tabula congruit: quemadmodum intuenti facilè patet. Sed eſt in hoc non modica difficultas, quando videlicet litera nominis ceciderit in lineam figurarum vel literarum, ut ſciamus quæ figura, vel quæ litera ſumenda ſit. Hoc autem ita cognoſcetur: Nam ſi in literarum lineam litera ceciderit, conſidera quota hæc litera ſit in ordine nominis ut pute ſecunda vel tertia: deinde quot literas nomen ipſum complectitur, ut quinque vel ſeptem: & multiplica hos numeros in ſe invicem, & productum triplica. Deinde totum aggregatum proijce ab initio literarum, ſecundum ſucceſſionem Alphabeti: & in quam literarum numerus ille ceciderit, hæc eſt quæ poni debet in charactere illius ſpiritus. Si autem litera aliqua nominis in lineam figurarum ceciderit, ita agendum erit. Accipiatur numerus, quota hæc litera eſt in ordine nominis, & multiplicetur per numerum, quota hæc litera eſt in ordine Alphabeti, & aggregatum dividatur per novem: reſiduum indicat figuram vel numerum in charactere locandum. Poteſt enim poni vel figura Geometrica, vel figura numeri Arithmetica, quæ tamen non debet novenarium, ſive novem angulos excedere.

Characteres bonorum ſpirituum.

Punctus ſimplex. Rotundus, Stellatus,



Linea recta ſtans. Jacens, Obliquans.



Linea

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Linea curva arcuata, Undoſa, Dentata.



Interſectio recta, Inhærens, Adhærens ſeparata.



Interſectio obliqua ſimplex, Mixta, Multiplex.



Perpendiculum rectum, dextrum, Siniſtrum, Neutrum.



Figura Integrà, Diminuta, Mediata.



Litera Inhærens, Adhærens, Separata.



Characteres malorum ſpirituum.

Linea recta, Curva, Reflexa.



Figura Simplex, Penetrans, Fracta.







Litera Recta, Retrograda, Inverſa.



Flamma, Ventus, Pluvius.



Maſſa, Pluvia, Lutum.



Volatile, Reptile, Serpens.



Oculus, Manus. Pes.



Corona, Criſta, Cornua.



Sceptrum, Gladius, Flagrum.



Characteres verò, qui per ſpirituum revelationem accipiuntur, exinde virtutem habent: quia ipſi ſunt ſignacula quę



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Vir armatus.
Mulier clypeum in femore tenens.
Hircus.
Equus.
Cervus.

Lana.
Multiceps.

*Formæ familiares ſpiritibus Solis.*

APparent ut plurimum amplo & magno corpore, ſanguineo & craſſo, aureo colore ſupercincto ſanguine. Motus eorum eſt, cœli coruſcatio: & ſignum eorum eſt, commovere ſudorem invocanti. Formæ autem particulares ſunt:

Rex habens ſceptrũ, leonem equitans.
Rex coronatus.
Regina cum ſceptro.
Avis.
Leo.

Gallus.
Veſtis crocea, vel aurea.
Sceptrum.
Caudatus.

*Formæ familiares ſpiritibus Veneris.*

♀

APparent corpore pulchro, mediæ ſtaturæ, amabili & jucundo aſpectu colore albo vel viridi, deſuper aurato. Motus eorum eſt ſicut ſtella clariſſima. Pro eorum ſigno videbuntur extra circulum puellæ ludentes, quæ invocantem ad ludum concitabunt. Formæ autem particulares ſunt:

Rex cum ſceptro camelum equitans.
Puella pulchrè veſtita.
Puella nuda.
Capra.
Camelus.

Columba.
Veſtis alba vel viridis.
Flores.
Sabina herba.

*Formæ familiares ſpiritibus Mercurij.*

☿

APparebunt ut plurimum corpore mediæ ſtaturæ, frigido, humido, pulchro, affabili eloquio, forma humana inſtar militis armati, colore perlucido. Motus eorum eſt ſicut nubes argentea. Pro ſigno horrorem inferunt invocanti.

Formæ autem particulares ſunt:

Rex urſum equitans.
Adoleſcens pulcher.

Pica.
Veſtis verſicolor.

Mulier



Mulier colum tenens.
Canis.
Urſa.

Virga.
Baculus.

*Formæ familiares ſpiritibus Lunæ.*

☽

APparebunt ut plurimum magno corpore, amplo, molli & phlegmatico, colore inſtar nubis obſcuræ & tenebroſæ, vultu tumido, oculis rubeis & aqua plenis, capite calvo, dentibus aprinis. Motus eorum ſicut ingens maris procella. Pro eorum ſigno apparebit ingens pluvia juxta circulum.

Formæ autem particulares ſunt:

Rex ſagittarius damam equitans.
Parvulus puer.
Mulier venatrix cũ arcu & ſagitta.
Vacca.
Damula.
Anſer.

Veſtis viridis vel argentea.
Sagitta.
Multipes.

Cæterum de ſacris pentaculis atque ſignaculis nunc dicamus. Sunt autem ipſa Pentacula tanquam ſigna quædam ſacra, à malis eventibus nos præſervantia, & ad malorum dæmonum conſtrictionem & exterminationem nos adjuvantia, bonoſq; ſpiritus allicientia, nobiſque conciliantia. Conſtant autem pentacula ex characteribus & nominib. bonorum ſpirituum ſuperioris ordinis, vel ex ſacris picturis ſacrarum literarum ſeu revelationum: verſiculis adaptis, vel ex figuris Geometricis, ſacriſque Dei nominibus ſecundum multorum rationem invicem compoſitis: vel ex omnibus iis, aut eorum pluribus mixtum compoſitis. Characteres autem, qui ad pentacula conſtituenda nobis utiles ſunt, ipſi ſunt characteres bonorum ſpirituum, maximè bonorum, primi & ſecundi ordinis: nonnunquam etiam tertii, & ex illo characterum genere, quod potiſſimè ſacrum nuncupatur: deinde characteres illi, quos ſupra ſacratos vocavimus. Quocunque igitur hujuſmodi charactere inſtituto, circunducemus illum duplici circulo, in quo circunſcribamus nomen ſui angeli. Et ſi volumus ſibi addere nomen aliquod divinum ſpiritui ipſi, ſuoque officio congruum, majoris erit efficaciæ. Et ſi ſecundum numerorum rationem circunducere illi volumus angularem aliquam figuram, id quoque fieri licebit. Sacræ autem picturæ, quæ pentacula conſtituunt, ipſæ ſunt, quæ paſſim in Sacris li-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

teris & Prophetis, tam veteris quam novi Teſtamenti tra-
duntur: ut puta figura ſerpentis in cruce ſuſpenſi, & conſimi-
les, quarum multa copia ex Prophetarum viſionibus, ut Iſaiæ,
Danielis, Eſdræ, & aliorum, tum ex revelatione Apocalypſis
inveniuntur: & nos de illis locuti ſumus in libro tertio Occul-
tæ Philoſophiæ, ubi de ſacris mentionē fecimus. Poſita itaq;
aliqua hujuſmodi ſacrarum imaginum pictura, circumdetur
duplici circulo, cui inſcribatur nomen aliquod divinum, ipſi
figuræ effectuique aptatum & conforme: vel circumſcribatur
illi verſiculus, ex parte corporis ſacræ ſcripturæ, ſumptus, qui
deſideratum effectum polliceatur vel deprecetur. ut puta, ſi
fiat pentaculum ad victoriam & vindictam contra inimicos
tam viſibiles, quam inviſibiles, figura ſumi poteſt ex ſecundo
libro Machabæorum: videlicet, manus tenens aureum enſem
evaginatum, cui circunſcribatur verſiculus ibidem contentus:
tus: ſcilicet, Accipe gladium ſanctum, munus à Deo, in quo
concides adverſarios populi mei Iſrael. vel etiam circunſcri-
batur ei verſiculus Pſalmi quinti: In hoc fortitudo brachium
ante faciem tuam, ibi mors. Vel aliquis alius conſimilis verſi-
culus. Si verò nomen divinum illi circunſcribere libuerit, ac-
cipiatur nomen aliquod ſignificans timorem, gladium, iram,
vindictam Dei, vel aliquod ſimile nomen deſiderato effectui
congruum. Etſi figuram angularem conſcribere libuerit, ac-
cipiatur ſecundum numerorum rationem, ſicut docuimus in
libro ſecundo Occultæ philoſophiæ, ubi de numeris egimus
& ita de ſimilibus operibus. Et ex hoc genere ſunt duo penta-
cula ſublimis virtutis & magnæ potentiæ, & ad conſecratio-
nem experimentorum ac ſpirituum perutilia & neceſſaria: ex
iis unum eſt, quod habetur Apocalypſis cap 1. ſcilicet figura
majeſtatis Dei, ſedentis in throno, habentis in ore gladium
bis acutum, ut ibi habetur. Cui circumſcribatur, Ego ſum al-
pha & omega, principium & finis, qui eſt, qui erat, & qui ven-
turus eſt omnipotens. Ego ſum primus & noviſſimus, vivus
& fui mortuus: & ecce ſum vivens in ſecula ſeculorum, & ha-
beo claves mortis, & inferni. Deinde circunſcribantur hi tres
verſiculi: Manda Deus virtuti tuæ, Confirma hoc Deus, quod
operatus es in nobis: Fiant tanquam pulvis à facie venti, &
angelus Domini coartans eos: Fiant viæ illorum tenebræ &
lubricum, & angelus Domini perſequens eos. Præterea cir-
cunſcribantur ei decem nomina generalia, quæ ſunt, El, Elo-
him, Elohe, Zebaoth, Elion, Eſcerchie, Adonay, Iah, Tetra-
grammaton, Saday. Alterum eſt pentaculum, cujus figura
ag-



agno ſimilis occiſo, cujus cornua & oculi ſeptem, & ſub pedi-
bus liber, ſeptem ſigillis obſignatus: ſicut habetur Apocalypſis
5. cap. Cui circunſcribatur verſiculus iſte, Ecce vicit leo de tri-
bu Juda, radix David. Aperiam librum, & ſolvam ſeptem ſig-
nacula ejus. Et alter verſiculus, Vidi ſatanam ſicut fulgur de
cœlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper
ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, &
nihil vobis nocebit. Et circunſcribantur ei decem nomina ge-
neralia, ut ſupra.

Quæ verò pentacula conſtituuntur ex figuris & nomini-
bus, hunc ordinem obſervant. Nam poſita aliqua figura con-
formi alicui numero, ad aliquem certum effectum ſive virtu-
tem. inſcribatur illi in ſingulis angulis nomen aliquod divi-
num deſideratæ rei vim obtinens: ita tamen quòd hujuſmodi
nomen totidem ſit literarum, quantum numerum figura con-
ſtituat: aut quot literæ nominis in ſe collatæ, figuræ nume-
rum conſtituant, vel numerum aliquem qui per numerum fi-
guræ ſine aliqua ſuperfluitate vel diminutione ſecari poſſit.
Tale enim nomen inventum, unum vel plura vel diverſa, in
ſingulis angulis figura inſcribatur. In medio verò figura ipſius
nominis revolutio tota, vel ſaltem principalis collocetur.

Sæpe etiam pentacula conſtituimus, facta revolutione ali-
qua alicujus nominis in tabella quadrata, circulo ſimplici cir-
cunducto, vel duplici, inſcribendo verſiculũ aliquem ſacrum,
nomini huic competentem, vel ex quo hoc nomen extractum
ſit. Et hæc eſt ratio pentaculorum ſecundum ejus modos di-
ſtinctos, quam pro libito ad majorem efficaciam, & virtutis
intentionem extenſionemq; poſſumus in ſe invicem cum aliis
multiplicare & commiſcere: ut ſi fiat deprecatio pro deſtru-
ctione inimicorum, recordemur quomodo Deus deſtruxerit
faciem terræ in diluvio aquarum, Sodomam & Gomorram,
per pluviam ſulphuris & ignis, exercitum Pharaonis in mari
rubro, & ſi quæ alia maledictio in ſacris literis reperitur, & ſic
de ſimilibus. Ita deprecando contra pericula aquarum, recor-
demur ſalutis Noë in diluvio, tranſitus filiorum Jſrael in ma-
ri rubro: & meminerimus Chriſtum ſiccis pedibus ambulaſſe
ſuper aquas, & eundem ſervaſſe naviculam periclitantem, ven-
tiſque & fluctibus imperaſſe: & Petrum mergentem eduxiſſe
ex aquis, & ſic de ſimilibus. Denique cum iis invocamus ſacra
quædam nomina Dei, ea videlicet, quæ deſiderii noſtri ſunt ſi-
gnificativa. & ad effectum optatum accommodata: ut ad de-
ſtructionem inimicorum, invocamus nomina irę, vindictę, ti-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

moris, juſtitiæ & fortitudinis Dei; ad evitandum verò aliquod malum, vel periculum, invocamus nomina miſericordiæ, defenſionis, ſalutis, fortitudinis, bonitatis, & ſimilia Dei nomina. Quandoque etiam Deum precamur largiri nobis, ad id quod deſideramus, executorem aliquem ſpiritum bonum, unum vel plures, quorum id quod deſideramus officium eſt, illius nomen interſerentes. Sæpe etiam malum ſpiritum aliquem ad homines cogendos, obteſtamur, cujus nomen ſimiliter inſerimus: & hoc juſtè, ſi ad malum tendit operatio, ut ad vindictam, pœnam, vel deſtructionem. Præterea, ſi quis verſiculus in Pſalmis vel aliqua parte Sacrarum literarum deſiderio noſtro congruus habetur, illum orationibus noſtris inſerimus. Facta autem oratione ad Deum: quandoq; poſt ipſam convenit facere orationem ad executorem illum, quem nobis miniſtraturum optavimus in oratione præcedenti ſive unus ſit, ſive plures, ſive angelus, ſive ſtella, ſive anima, ſive ex heroibus. Talis autem oratio componi debet ſecundum regulas traditas per nos in libro ſecundo de Occulta philoſophia, ubi de componendis incantamentis tractavimus.

Scias itaque, vincula hujuſmodi eſſe in triplici differentia. Nam primum vinculum eſt, quando conjuramus per res naturales: ſecundum componitur ex myſteriis religionis, per ſacramenta, miracula, & hujuſmodi: tertium conſtituitur per divina nomina, ſacraq; ſignacula. Et per hujuſmodi vincula non modò ſpiritum, ſed etiam alias quaſcunq; creaturas ligamus: ut animalia, tempeſtates, incendia, diluvia aquarum, & vim armorum. Sæpe etiam utimur prædictis vinculis, non ſolum per modum conjurationis, ſed etiam per modum deprecationis & benedictionis. Præterea ad hujuſmodi multũ conducit conjungere, ſi qua ex Sacris literis reperiuntur ad hoc accommodata: ut puta in conjuratione ſerpẽtum, commemorando maledictionem ſerpentis in paradiſo terreſtri, erectionem ſerpentis in deſerto. Præterea verſiculum illum, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, &c. Superſtitio ẽt in iis plurimum pollet, per tranſlationem alicujus ritus ſacramentalis ad id quod ligare, vel impedire intendimus: ut puta, ritus excommunicationis, ſepulturæ, exequiarum, & hujuſmodi.

Convenit autem ut tractemus de conſecratione, quę fit per hominem, ad ſingulas res & inſtrumenta huic arti neceſſaria. Et hujus virtus duobus potiſſimum perficitur: videlic. virtute ipſius perſonæ conſecrantis, & virtute ipſius orationis, per quam ſit conſecratio. Nam in perſona requiritur vitæ ſanctimonia, & ſanctificandi poteſtas: quæ utraque per dignificationem & initiationem acquiruntur: deinde, quod ipſa perſona hanc virtutem & poteſtatem firma & indubia fide in ſeipſa cognoſcat. Ex parte autem ipſius orationis, per quam ſit conſecratio, requiritur cõſimilis ſanctimonia, quæ vel per ſe ineſt ipſi orationi: ut ſi ſit divinitus ad hoc ordinata, quales habemus in pleriſque ſacris Bibliorum eloquiis, vel quòd ſit virtute Spiritus S. ex ordinatione Eccleſiæ ad hoc inſtituta. Aut ineſt ſanctimonia orationi non per ſe, ſed per commemorationem rerum ſacrarum: utputà ſacrarũ literarum, hiſtoriarum, operum, miraculorum, effectuum, gratiarum, promiſſionum, ſacramentorum, rerumque ſacramentalium, & conſimilium, quæ rei conſecrandæ propriè vel impropriè per ſimilitudinem aliquam attinere videbuntur; adhibita etiam ſacrorum divinorumque nominum invocatione, cum ſacrorum ſignaculorum conſignatione, & hujuſmodi, quæ ad ſanctificationem & expiationem conferunt: ut ſunt aquæ benedictæ, inſperſiones, ſacri olei inunctiones, odoriferæ ſuffumigationes, ad cultum religioſum adhibitæ. Atque inde eſt, quòd in omni conſecratione præcedunt benedictiones & conſecrationes aquæ, olei, ignis, & fumigiorum adhibitis undique cereis vel lampadibus benedictis lucentibus, nam ſine lumine nullum ſacramentum ritè perficitur. Illud etiam ſciendum eſt, & firmiter obſervandum, quòd ſi res conſecranda ſit ex rebus profanioribus, in quas potuit incidiſſe aliqua coinquinatio, tunc earum rerum exorcizatio atque expiatio præcedere debet conſecrationem: quæ res, tanquam virgines effectæ, aptiores ſunt ad ſuſcipiendos divinarum virtutum influxus. Obſervandum etiam eſt, quòd in fine cujuſcunque conſecrationis poſt orationem deritè prolatam, debet ipſe conſecrans, per verba de præſenti, in virtute & poteſtate divina rem ipſam conſecrandam inhalando benedicere, cum commemoratione virtutis atque authoritatis ſuæ, prout illud magis ritè, intentoq; animo fieri poterit. Horum itaque nunc tibi exempla quædam ponemus, per quæ facilè tibi patebit via ad totam hanc conſiderationem. Sic in conſecratione aquæ commemoramus, quomodo Deus locaverit firmamentum in medio aquarum, quomodo in paradyſo terreſtri locavit fontem aquarum, ex quo per quatuor flumina ſacra rigatur univerſus orbis terrarum: item, quomodo fecit aquas juſtitiæ ſuæ inſtrumentum in deſtructione gigantum, per diluvium generale ſuper omnem terram: & in deſtructionem exercitus Pharaonis, in mari rubro: item, quo-

modo eduxit populum ſuum ſiccis pedibus per medium maris, & per medium Jordanis: & quomodo miraculoſè eduxit aquam de petra in deſerto, & eduxit fontem aquæ vivæ à dente molari maxillæ aſini ad preces Sampſonis: item, quomodo poſuit aquas inſtrumentum miſericordiæ ſuæ atque ſalutis, in expiationem peccati originalis: item, quomodo Chriſtus baptizatus eſt in Jordane, qui per hoc mundavit & ſanctificavit aquas. Invocanda inſuper ſunt divina nomina ad hoc conformia: utputà, quòd Deus ſit fons vivus, aqua viva, flumen miſericordiæ, & hujuſmodi. Sic in conſecratione ignis commemoramus, quomodo Deus creavit ignem juſtitiæ ſuæ inſtrumentum, in pœnam, vindictam & expiationem peccatorum: item, quomodo judicaturus mundum, ignis conflagrationem præcedere jubebit: item, quomodo Deus apparuit Moyſi in rubo ignis ardentis: item, quomodo præceſſit filiis Iſraël in columna ignis, & quomodo ritè offerri, ſacrificari & ſanctificari nihil poteſt ſine igne: item, quomodo inſtituit ignem inextinguibilem conſervandum in tabernaculo fœderis: & eundem extinctum miraculoſè reaccendit, & aliunde ſub aquis latentem inextinctum conſervavit, & hujuſmodi conſimilia. Invocentur itaque nomina Dei, ad hoc conformia, ſicut legitur in lege & Prophetis: quia Deus ignis conſumens eſt, & ſi quod eſt nomen ex divinis nominibus, quod ignem ſonet: aut nomina conſimilia, ut ſplendor Dei, lux Dei, lumen Dei. Sic in conſecratione olei & fumigiorum commemoramus ſacra ad hoc pertinentia, quæ legimus apud Exodum, de oleo unctionis, & nomina divina, ad hæc conformia, quale eſt nomen Chriſtus, quod unctum ſonat, & ſi quid hujuſmodi in myſteriis eſt: quale illud Apocalypſis de duabus olivis ſtillantibus oleum ſanctum in lampades, ardentes ante faciem Dei, & hujuſmodi. Benedictio verò luminis & cereorum & lampadum ab igne deſumitur, & ara illa quæ flammæ fomitem immiſerat, & ſi quid ſimilium in myſteriis eſt: ut illud de ſeptem candelabris & lampadibus ardentibus ante faciem Dei. Hæ igitur ſunt conſecrationes, quæ in primis in omni ſanctimonio neceſſariæ ſunt, atque præcedere debent, ſine quibus nihil in ſacris debitè perficitur.

Poſt iſtas itaque oſtendemus tibi conſecrationes locorum, inſtrumentorum & conſimilium. Conſecraturus igitur locum aliquem, ſive circulum, tranſumere poteris orationem Salomonis in dedicatione templi. Præterea benedices locum cum aſperſione aquæ benedictæ, & fumigatione, commemorando





in benedictionem myſteria, qualia ſunt, ſanctificatio throni Dei, montis Sinai, tabernaculi fœderis, ſancti ſanctorum, templi Jeruſalem: item ſanctificationem collis Golgotha, per crucifixionem Chriſti, ſanctificationem ſepulchri Chriſti: item, montis Thabor, per transfigurationem & aſcenſionem Chriſti, & hujuſmodi. Invocando nomina divina ad hæc conformia: ut locus Dei, thronus Dei, cathedra Dei, tabernaculum Dei, ara Dei, habitaculum Dei, & hujuſmodi divina nomina, quæ circulo, vel loco conſecrato ſcribendo occurrunt.

In conſecrationibus verò inſtrumentorum & quarumcunque rerum arti deſervientium, ſimili via procedas, aſpergendo illa aqua benedicta, & fumigando fumigio ſacrato, ungendo oleo ſancto, conſignando aliquo ſignaculo ſacro, benedicendo cum oratione, ſacra commemorando, ex ſacris literis, & religione, & divinis nominibus, quæ rei conſecrandæ conformia videbuntur. Ut exempli gratia, in conſecrando gladio, commemoremus illud Evangelii. Qui habet duas tunicas, &c. Et quod habetur Machabæorum ſecundo, quòd Judæ Machabæo divinitus & miraculoſè miſſus eſt gladius, & ſi quid conſimile eſt in Prophetis: ut illud, Accipite vobis gladios bis acutos.

Conſimili via conſecrabis experimenta, & libros, & quicquid conſimile eſt in Scripturis, picturis, & hujuſmodi, aſpergendo, fumigando, inungendo, ſignando, & benedicendo commemorationibus ſanctis, commemorando ſanctificationes ex myſteriis: ut ſanctificatio tabularum decem præceptorum, quæ datæ ſunt Moſi à Deo in monte Sinai: item, ſanctificationem teſtamenti Dei, veteris & novi: ſanctificationem legis, Prophetarum & Scripturarum, quæ per Spiritum S. promulgatæ ſunt. Commemorentur præterea nomina divina, ad hæc conformia: ut ſunt, teſtamentum Dei, liber Dei, liber vitæ, ſcientiæ Dei, ſapientiæ Dei, & hujuſmodi. Conſimili ritu & perſonalis conſecratio perficitur.

Sed eſt adhuc alius conſecrationis ritus mirificè potens, & multæ efficaciæ, & hic è generibus ſuperſtitionum eſt: quando videl. ritus conſecrationis, vel collationis alicujus ſacramenti in Eccleſia transfertur ad illam rem, quam conſecrare volumus.

Sciendum etiam, quod votum, oblatio & ſacrificium, vim conſecrationis habent tam realis, quàm perſonalis: & ſunt tanquam pacta quædam & conventiones inter nomina illa, quibus fiunt, & nos qui ea facimus, fortiter inhærentia ad deſi-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

derium & optatum effectum: utputà, quando res noſtras, ut fumigia, unctiones, annulos, imagines, ſpecula, & ea quæ minus materiæ participant, ut numina, ſignacula, pentacula, incantamenta, orationes, picturas, ſcripturas, certis nominibus devovemus, offerimus & ſacrificamus, quemadmodum de iis latiùs dictum eſt in libro tertio de Occulta Philoſophia.

Extat apud Magos eos, qui malorum dæmonum miniſterio plurimùm utuntur, ritus quidam invocandi ſpiritus per librum ante conſecratum, qui rectiùs liber ſpirituum dicitur: de eo nunc pauca dicenda ſunt. Eſt enim liber hic conſecratus, malorum ſpirituum liber, ſuo nomine & modo ritè compoſitus: cui ſpiritus inſcripti, præſentaneam obedientiam ſacro quodam ſuo juramento devoverunt. Hic itaque liber fiet charta mundiſſima, quæ nondum in uſu aliquo habita eſt: plurimi virgineam chartam vocant. Inſcribitur autem liber hoc modo, ut à ſiniſtris locetur imago ſpiritus: à dextris verò character ipſius, cum juramenta deſuper ſcripto continente nomen ſpiritus, & dignitatem ac locum cum officio & poteſtate, plures autem hunc librum aliter componunt, vel characteres vel imaginem omittentes: efficacius tamen eſt, nihil eorum quæ conducere poſſunt neglexiſſe. Obſervantur præterea circumſtantiæ locorum, temporum, horarum, ſecundùm quòd ſtellis ipſis, quibus ſpiritus ii vel illi ſubſunt, congruere videntur, adhibito ſitu, ritu & ordine. Qui libellus ita deſcriptus, & benè religatus, ſuis regiſtris & ſignaculis diſtributim ornetur & conſervetur, ne aliquando in periculum operantis contingat ipſum poſt conſecrationem in loco aliquo extra propoſitum aperire. Conſervandus præterea erit, quàm reverenter poterit, nam irreverentia animi pollutione & profanatione virtutem ſuam amitteret.

Compoſitio itaq; ſacro libello, ſecundùm modum jam traditum, duplici via ad conſecrationem ipſius proceditur. Quarum una eſt, ut convocatis illis ſingulis & omnibus ſpiritibus qui libro inſcripti ſunt, ad circulum, ſecundùm ritum & modum, quem infrà docebimus, locetur libellus conſecrandus extra circulum in triangulo. Et primò legantur in præſentia ſpirituum omnia juramenta libello inſcripta: deinde locetur libellus conſecrandus extra circulum in triangulo, ibidem deſcripto: coganturque ſpiritus omnes & ſinguli, ubi eorum imagines characteresq; depicti ſunt, manus imponere, ipſumque ſpeciali ac communi juramento confirmare ac conſecrare. Quo



facto, libellus recluſus recipiatur & obſervetur, ut ſupra diximus, ſpirituſque ſecundum ritum debitum licentientur. Alia eſt via conſecrandi librum ſpirituum facilior quidem, & multæ efficaciæ ad omnem effectum: niſi quòd in apertione hujus libri ſpiritus non ſemper veniunt in aſpectum. Hic itaque modus talis eſt: Fiat liber ſpirituum, ut ſuprà deſcripſimus: ſed in fine ipſius ſcribantur invocationes & vincula, conjurationeſque fortiſſimæ, quibus ſpiritus quicunque ligari poſſunt. Deinde colligatur liber iſte inter duas tabulas, ſive laminas, quibus intrinſecus inſcripta ſint ſacra pentacula Majeſtatis divinæ, quæ ſuperiùs ex Apocalypſi deſcripſimus: quorum primum ponatur in principio libri, ſecundum ad finem ipſius. Hoc modo perfecto libro, tempore claro & ſereno, ante noctis medium adferatur libellus ad circulum in trivio, ſecundum artem, quam inferius trademus: & ibi, primùm aperto libello, conſecretur ſecundùm ritum & modum, quem ſuprà diximus de conſecratione. Quo facto, invocentur ſinguli ſpiritus libello inſcripti ſuo modo & ſitu, conjurando ter per vincula in libro deſcripta, ut veniant ad locum illum intra triduum præſtare obedientiam, & illam firmare dicto libello conſecrato. Tunc involuto libello in linteo mundo, ſepeliatur in medio circuli, ibique occludatur. Et tunc deſtructo circulo, abſque quòd licentientur ſpiritus, recedatur ante ortum ſolis: die verò tertia circiter mediam noctem revertatur: reformetque circulum: & genibus flexis, facta oratione & gratiarum actione ad Deum, & formato fumigio precioſo, diſco operiatur fovea: accipiaturque libellus, non aperiendo ipſum, & ſervetur. Tunc licentiatis ſpiritibus ſuo modo, deſtructoque circulo, antequam ſol aſcendat, recedatur. Et hic ultimus conſecrandi ritus, utilis eſt ad quæcunque ſcripta & experimenta, quæ ad ſpiritus diriguntur, locando ipſum inter duas laminas ſacras pentaculorum, ut ſuprà oſtenſum eſt.

Operaturus autem per librum conſecratum, id faciat tempore claro & ſereno, ſpiritibuſque minimè moleſto, ſituſque ſit verſus ſpiritus regionem. Tunc aperiatur ſub regiſtro debito: invoceturque ſpiritus per juramentum ſuum ibidem deſcriptum & confirmatum, perque nomen characteris & imaginis ad id quod cupis. Et ſi opus erit, conjura ipſum per vincula in fine libelli poſita: obtentoque deſiderato effectu, ſpiritum licentiabis.

Nunc de invocatione ſpirituum tam bonorum quàm malorum videamus. Boni ſpiritus diverſimodè à nobis invocantur,

tur, diverſimodeque nobis occurrunt. Nam vigilantibus apertè loquuntur, ſeu noſtro conſpectui ſe offerunt, vel in ſomnis nos per oraculum de petitis informant. Quicunque igitur bonum ſpiritum ad colloquium conſpectumque invocare voluerit, duo potiſſimum obſervare oportebit. Quorum unum, eſt circa diſpoſitionem invocantis: alterum, circa ea quæ extrinſecus adhibentur invocationi, pro conformitate ſpiritus invocandi. Oportet itaque invocantem ipſum, jam per multos dies ad tantum myſterium religioſè diſpoſitum eſſe: in primis videl. confeſſum & contritum intrinſecè & extrinſecè oportet, rectéque expiatum, quotidiè abluendo ſe aqua benedicta. Præterea invocantem, ſe per totos hos dies conſervare caſtum, abſtinentem, animo omninò inperturbato, & à quibuſque exteris ſecularibuſque negotiis, quantum fieri poterit, ſegregatum. Jejunia quoque per hos dies obſervabit, ſecundum quod ſibi videbitur poſſe fieri. Quotidiè etiam ab oriente ſole, uſque in occaſum, in loco invocationis, veſtitus veſte ſacra & linea, ſepties cum interpellatione faciat ad Deum & Angelos invocandos deprecationem, ſecundum eum, quem antè docuimus, modum. Numerus verò dierum paraſceves & præparationis, eſt communiter lunationis integræ: alius verò numerus, ſervatus apud Cabaliſtas, eſt dierum quadraginta.

Circa autem ea quæ accedunt ad hunc invocandi ritum, primum eſt, ut eligatur locus mundus, caſtus, occluſus, quietus, ſemotuſque ab omni ſtrepitu, nullis alienis aſpectibus ſubjectus. Hic primò exorcizandus eſt, atque conſecrandus: atq; in eo locetur menſa ſive ara, tecta linteo albo, mundo, ad orientem ſita: & in ea ab utraque parte ſint duo cerea conſecrata, ardentia, quarum flamma per totos hos dies non ſit defectura. In medio aræ collocetur lamina ſive charta ſacra, quam inferiùs deſcribemus obtecta ſyndone, vel linteo mundo, quæ uſque in finem illorum dierum non diſcooperiatur. Paratum quoque habebis precioſum fumigium & oleum unctionis purum, utraque conſecrata ſerventur. Thuribulum quoque in capite altaris ſitum, quo accenſo & benedicto igne fumigabis per ſingulos dies, quoties oraveris. Habebis etiam veſtem longam è lino candido, antè & retrò clauſam, quæ totum corpus & pedes cooperiat, quam cingulo ſimili præcingas. Vittam etiam acutam, mitræ conſimilem, ex lino mundo habebis: in cujus anteriori parte infixa ſit lamina aurea vel aurata cum inſcriptione nominis Tetragrammaton, quæ omnia ſuo modo bene-



[be]nedicta & conſecrata ſint. Ingreſſurus autem locum ſacrum, [..]o, niſi prius ablutus, veſtituque ſacro indutus, nudiſque pe[di]bus ingrediaris. Ingreſſus verò aſpergaris aqua benedicta: [in]de fumigabis ſuper aram, pòſt flexis genibus ante aram, [o]rabis ut diximus. Finitis verò his diebus, ultima die ſtri[ct]us jejunabis: dieque ſequenti jejunus, in ortu ſolis, ingre[die]ris locum ſanctum, cum ritu jam dicto, prius aſpergendo [te], deinde fumigando, conſignabis te oleo ſancto in fronte: & [i]ungendo oculos tuos, omnia hæc conſecrata quadam im[pre]catione peragẽdo. Deinde diſcooperies ſacram laminam: [&] flexis genibus ante aram, adora, ut ſupra: factaque invoca[ti]one Angelica, apparebunt tibi, quos optas, quos benigno [a]ſtuque colloquio ſuſceptos licentiabis.

Laminam verò ipſam ad bonum aliquem ſpiritum invo[ca]ndum, hac ratione conficies, vel in metallo conformi, vel in [ce]ra nova, cum ſpeciebus & coloribus conformibus permix[ta]: vel fiat in charta munda cum coloribus convenientibus. Fi[gu]ra autem ipſius exterior ſit quadrata, circularis vel triangu[la]ris, ſive hujuſmodi, ſecundum numerorum rationem: in qua [in]ſcribantur divina nomina tam generalia quam ſpecialia. In [medi]o verò laminæ, hexagonus deſcribatur, in cujus medio [in]ſcribatur nomen & character ſtellæ vel ſpiritus dominato[ri]s illius, cui invocandus bonus ſpiritus ſubeſt. Circa hunc he[x]agonum locentur tot pentagoni, quot ſpiritus pariter unam [in]vocamus. Et ſi ſolùm unum invocaverimus, nihilominus [q]uatuor pentagoni depingantur, quibus nomen ſpiritus ſive [ſp]irituum cum ſuis characteribus inſcribatur. Debet autem [co]mponi hæc tabula, luna creſcente, diebus & horis, quæ tunc [ſp]iritui conveniunt. Et ſi cum hoc ſtellam fortunatam ſuſce[pe]rimus, melius erit. Quæ tabula in hunc modum facta, con[ſe]cretur juxta regulam ſuprà traditam. Et hæc eſt tabula ge[n]eralis ſuo modo, ad invocationem quorumcunque bonorum ſpirituum. Speciales nihilominus tabulas fabricare poſſumus, ſpiritui cuicunque congruas, per modum, quem de ſacris pentaculis ſupra diximus.

Nunc alium ritum & faciliorem tibi narrabimus, ad hanc [r]em, videl. Sit homo, qui oraculum aliquod à bonis ſpiritibus [ſu]ſcepturus eſt, caſtus, mundus & confeſſus. Tunc habito lo[c]o mundo & nitido, albis linteis circumquaque contecto, in [di]e Dominica, luna nova ingrediatur locum illum, albis & [m]undis veſtibus, indutus, & exorcizet locum, & benedicat, [f]aciatq; in eo circulum cum carbone benedicto: ſcribatque in

extre-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

extremo circulo Angelorum nomina, in interiori verò ſcribantur excelſa Dei nomina: & ponat intra circulum, ad quatuor angulos mundi thuribula pro fumigiis. Tunc ingrediatur locum jejunus & ablutus, incipiatque orare verſus orientem totum Pſalmum: Beati immaculati in via, &c. fumigando & in fine deprecando Angelos per dicta divina nomina, ut dignentur illuminare & revelare id quod deſiderat: idque faciat ſex diebus continuis omni die ablutus & jejunus. Septima verò die, quæ eſt Sabbathi ſimiliter ablutus & jejunus ingrediatur circulum, & fumiget, & inungat ſe oleo unctionis ſancto, ungendo frontem, & ſuper utroſque oculos in volis manuum, & ſupra pedes: tunc genibus flexis, dicat Pſalmum ſupradictum cum divinis & Angelicis nominibus. Quo dicto, ſurgat & incipiat ab oriente in occidens intra dictum circulum deambulare in gyrum, donec cerebri vertigine defeſſus, cadat in circulum, ubi quieſcat: & ſtatim rapietur in extaſin, apparebitque ipſi, qui de omnibus informabit. Sciēdum etiam, quod in circulo debent eſſe quatuor candelæ ſacræ ardentes ad quatuor partes mundi, quę nunquam per totam hebdomadam lumine deficiant. Item, jejunium ſit tale, ut abſtineat ab omnibus vitam ſenſibilem habentibus, & quæ ex illis ſunt: bibat tantùm aquam puram & fluentem: nec ſumat cibum, donec ſol occumbat. Ablutio ſit talis, ut manè ante ortum ſolis quis totum ſe mergat in aquam fluentem. Fumigium & oleum unctionis fiant, ſicuti habetur Exodi, & in ſacris Bibliorum eloquiis. Obſervandum eſt, quòd quoties circulum ingrediatur, habeat in fronte laminam auream, inſcriptam nomine Tetragrammaton, ut ſuprà diximus.

Ad oracula verò, ab omni ſpiritu per ſomnium ſuſcipienda, etiam conducunt nobis res naturales, atque illarum commixtiones: ut ſunt fumigia, unctiones & cibi vel potiones, quæ ex primo libro de Occulta Philoſophia potes deſumere. Volens autem ſemper & promptè ſomniorum ſuſcipere oracula: conficiat ſibi ad hunc modum annulum Solis vel Saturni. Fit etiam imago excellentis efficaciæ ad hunc effectum: quæ poſita ſub capite, dum itur dormitum, vera ſomnia efficaciter præſtat, de quibuſcunque animus antea deliberaverit. Conferunt ſimiliter ad oraculum, tabellæ numerorum, ſub ſuis conſtellationibus debitè formatæ: & hæc ex ſecundo libro Occultæ Philoſophiæ cognoſces. Conferunt etiam tabellæ ſacræ & chartæ, ad hunc effectum ſpecialiter compoſitæ & conſecratæ. Qualis eſt tabula Almadel Salomonis, & tabula revolutionis nominis tetragrammaton, & quæ huiuſmodi ex variis figuris, numeris, picturis ſacris, cum ſacrorum nominum Dei & angelorū inſcriptionibus ad hæc ſcribuntur, quarum compoſitio ex variis ſacræ Scripturæ locis, pſalmis, & verſiculis, aliiſque præſagæ revelationis ac prophetiæ pollicitationibus deſumitur. Conducunt ad eundem effectum ſacræ orationes atque imprecationes, tam ad Deum, quam ſanctos angelos, & heroas: quarum orationum imprecationes componuntur, ut ſupra oſtendimus, juxta ſimilitudinem aliquam religioſam, miraculorum, gratiarum & ſimilium eorum quæ facere intendimus, mentionem facientium: Vt, ex veteri Teſtamento de ſomnio Iacob, Ioſeph, Pharaonis, Danielis, Nebuchadnezer. Si ex novo Teſtamento, de ſomnio Ioſeph, viri Beatæ Mariæ Virginis: de ſomnio trium Magorum, de Ioanne Evangeliſta dormiente ſupra pectus Domini: & quicquid in religione, miraculis & revelationib. ſimile reperitur: ut revelationes Crucis ad Helenam, revelationes Cōſtātini & Caroli Magni, revelationes Brigittæ, Cirylli, Methodii, Mechtildis, Ioachimi Merlini, & conſimiles: juxta quas cōpoſitæ deprecationes, ſi quando itur dormitum, cum firma intentione, cæteris bene ſe habētibus, devotè dicantur, inducere efficacem præſtare ſolēt effectum. Qui autem ea quæ nūc diximus, coniungere noverit, is veriſſima ſuſcipiet ſomniorū oracula. Hoc autem fiet, obſervatis iis quæ in libro de occulta Philoſophia in eā rem dicta ſunt. Volens igitur ſuſcipere oraculum, abſtineat cœna & potu, alias bene diſpoſitus, cerebro à vaporibus turbantibus libero: habeat item cubiculum mundum, nitidum, exorcizatum, & ſacratum ſi velit. Tunc incipiat in eo fumigare cum fumigio convenienti, & inungat tempora unguento ad hoc efficaci: & poſito in digito annulo, ex ſuperioribus, accepta imagine aliqua, vel ſacra tabella vel charta ſacra, ponatur ſub capite. Tunc prolata oratione ſacra, ingrediatur lectum, & cogitās ſuper re, quam ſcire deſiderat, ita dormiat: Sic enim indubia & certiſſima accipiet oracula per ſomnium, quando luna percurret illud ſignum, quod fuit in nona domo nativitatis. deinde quando percurrit ſignum nonæ domus revolutionis nativitatis: & quando eſt in nono ſigno à ſigno perfectionis. Et hic eſt modus, per quem quaſcunque ſcientias & artes ſubitò & completé adipiſci poſſum' cum vera intellectus illuminatione: quamvis ad hunc effectū conducant inferiores ſpiritus quicunq; familiares, ſæpé etiā mali, ſenſibiliter intrinſecé vel extrinſecè nos informantes.





НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Si autem malum aliquem ſpiritum invocare volumus ad circulum, primum conſiderare oportet, & ſcire naturam ipſius, cui planetarum conſonet, & quæ ſibi ab illo planeta diſtribuuntur ſint officia. Quibus cognitis, inveſtigetur locus invocationi aptus, iuxta planetæ naturam & qualitatem officiorum dicti ſpiritus, prout illud poſſint, ut ſi eorum vis eſt ſuper maria, fontes, & flumina, eligatur locus in littore, & ſic de ſingulis. Deinde inveſtigetur tempus opportunum, tum ex qualitate aëris, ſerenum, clarum, quietum, aptumque ſpiritibus ad aſſumenda corpora: tum etiam ex qualitate & natura planetæ atque ſpiritus, ut videlicet in die illius, vel tempore quo dominatur, fortunatus ſit, vel infortunatus, aliquando in die, aliquando de nocte, prout ſtellæ atque ſpiritus exigunt. His cõſideratis, conſtruatur circulus in ſuo electo, tam pro defenſione invocantis quam pro confirmatione ſpiritus. In circulo autem ipſo inſcribenda ſunt divina nomina generalia, & quæ nobis defenſionem præſtant: & cum iis nomina divina, quæ præſunt huic planetæ, atque officiis ipſius ſpiritus. Inſcribenda etiam erunt nomina bonorum ſpirituum qui dominantur, & conſtringere poſſunt ſpiritum illum, quem advocare intendimus: Et ſi amplius munire voluerimus circulum noſtrum, addamus characteres & pentacula operationi congruentia: tum etiam, ſi volumus, poſſumus intus vel extra circulum conſtruere figuram angularem cum inſcriptione numerorum convenientium, prout inter ſe operi noſtro congruunt. Quæ quidem cognoſcenda ſunt ſecundum rationem numerorum & figurarum, de quibus in libro ſecundo de Occulta philoſophia abundé dictum eſt. Deinde provideatur de luminibus, fumigiis, unguentis, collyriis, ſecundum naturam planetæ & ſpiritus compoſitis: quæ partim propter naturalem & cæleſtem virtutem ſpiritui congruant, partim etiam propter cultum religioſum vel ſuperſtitioſum ſpiritui exhibeantur. Deinde provideantur de ſacris atque conſecratis rebus, tam ad defenſionem invocantis, & ſociorum eius, quàm etiam ad vincula ſpirituum, & conſtrictionem neceſſarius: quales ſunt ſacræ chartæ, laminæ, picturæ, pentacula, gladii, ſceptra, veſtes ex materia & colore convenienti, & huiuſmodi. Tunc omnibus iſtis paratis, exiſtente magiſtro cum ſociis in circulo; primò conſecret circulum, & omnia quibus utitur. Quibus peractis cum geſtu & vultu convenienti, incipiat alta voce orare, in hunc modum: Primò faciat orationem ad Deũ, deinde precetur bonos ſpiritus: & ſi quas orationes, vel Pſalmos ſeu



Evangelia legere voluerit pro defenſione, illa præcedere debent. Deinde dictis orationibus incipiat invocare ſpiritum quem cupit, leni ac blando incantamento ad omnes mundi plagas, cum commemoratione autoritatis & virtutis ſuæ. Et tunc pauliſper quieſcat, reſpiciendo circum circa, ſi ſpiritus aliquis compareat, Qui ſi tardaverit, reiteret invocationem, ut ſupra, uſq; ad tres vices. Et ſi pertinax non comparuerit incipiat conjurare poteſtate divina, ita quod coniuratio cum cõmemorationibus ſuis conſonet naturæ atq; officiis ipſius ſpiritus, reiterando per tres vices, de fortioribus in fortiores, obiurgationibus, contumeliis, maledictionibus & pœnis adhibitis, ac ſuſpenſione ab officio & poteſtate, & huiuſmodi poſt ſingulas vices paululum quieſcendo. Et ſi ſpiritus aliquis comparuerit, vertat ſe invocãs contra ſpiritũ, ipſumq; benignè ſuſcipiat. Et obteſtãdo ipſum primò nomen eius exquirat, & ſi quo nomine vocetur,. Deinde procedendo ulterius petendo, quid voluerit. Et ſi in aliquo pertinacem mendacemve ſe præſtiterit, conſtringatur per coniurationes convenientes. Et ſi dubitas de mendacio, fac extra circulum cum ſacro gladio figuram trianguli, vel pentagonũ, cogaturq; ſpiritus ingredi. Et ſi promiſſionem aliquam ſuſceperis, quam iuramento roborari velis, extenſo gladio ſacro ex circulo iuret ſpiritus, poſita manu ſuper gladio. Impetrato itaq; à ſpiritu quod optas, vel aliter contentus, licentiabis ipſum benignis verbis, præcipiẽdo eidem ne cui noceat. Et ſi noluerit recedere, compelle per coniurationes fortiores, & ſi opus eſt, per exorciſmata ipſum exterminando, & faciendo fumigationes contrarias. Et cum receſſerit, non egrediaris circulum, niſi poſt moram aliquam, præfatis orationibus, cum gratiarum actionibus ad Deum & bonos angelos, & etiam ad defenſionem & conſervationem. tũc ſingulis per ordinem peractis, recedas. Quod ſi fruſtratus ſpe fueris, & ſpiritus nulli comparuerint, ob hoc nõ deſperes: ſed relicto circulo revertaris per alias vices, faciendo ut prius. Et ſi in aliquo te erraſſe arbitreris, tunc poteris, addendo vel minuendo corrigere. Conſtãtia enim reiterationis ſæpius autoritatem atq; virtutem auget, ſpiritibusq; terrorem incutit, humilesq; facit ad obediẽdum. Et idcirco ſolent aliqui in circulo conſtituere portam, qua ingredi & egredi liceat, quã ſuo arbitratu claudunt & aperiunt, ſacrisq; nominib. & pentaculis muniunt. Illud etiam ſciẽdum, quando nulli ſpiritus comparuerint, ac faſtiditus magiſter deliberaverit ceſſandum, nõ propterea recedat, abſque licentiatione ſpirituum. Nam hoc

Ff 2

do fumigare, & cæteros ritus competentes perficere. Sciendum etiam, quod quoniam animæ lumina quædam ſunt ſpiritualia: ideo lumina artificialia, maximè ſi ex certis rebus competentibus, ſecundum certam normam compoſitis fabricata fuerint, cum inſcriptionibus nominum & ſignaculorum congruis, ad evocationem manium plurimum cõferunt. Præterea hæc quæ iam dicta ſunt, non ſemper ad animarum evocationem ſufficiunt, propter extranaturalem mentis rationisque portionem: cœlo ac fatis ſuperiorem, & ſoli regioni cognitam. Oportet igitur per ultranaturales & cœleſtes virtutes debité adminiſtratas, dictas animas allicere, utpoté per ea quæ ipſam animæ hermoniam movent, tã imaginativam quã rationalem & intellectualem: ut ſunt voces, cantus, ſoni, incantamenta, & quæ ex religione ſunt, preces conjurationes, exorciſmata, & cætera ſacra, quæ ad hæc poſſunt adhiberi commodé.

LIBRI IIII. FINIS.

HEPTA-



# HEPTAMERON SEU ELEMENTA MAGICA PETRI de Abano Philoſophi.

SUperiore libro, qui eſt quartus Agrippæ, ſatis abundè dictum eſt de cœremoniis & initiationib. magicis: verum quoniã doctis & iam in hac arte provectis videtur ſcripſiſſe, q; ſpeciatim de cæremoniis non agat, ſed in genere potius loquatur, conſilium fuit addere elementa magica Petri de Abano: ut rudes adhuc, & qui ſuperſtitiones magicas non guſtarunt, in procinctu habeant, quomodo in iis ſe exercere poſſint. Videmus enim in hoc libello Iſagogen quandam magicæ vanitatis, & quaſi verſentur in re præſenti, diſtinctas ſpirituum functiones cõſpicient, quomodo illos ad colloquiũ allicere oporteat, quid quolibet die, quave hora agendum ſit, & quomodo quaſi ſyllabatim deſcriptum legent: in ſumma omnium magicarum præſtigiarum principia in hoc libello, qui vere gradus eſt ad magicas operationes, tenebũt. Sed quoniã ſumma vis circulis tribuitur (ſunt enim munimenta quædam quæ operantes à malis ſpiritib. reddant tutos) primo loco de circuli compoſitione tractabimus.

### *De circulo & eius Compoſitione.*

CIrculorum autem ratio non eſt una & eadem ſemper, ſed pro ratione ſpirituum invocandorum, locorum, temporũ dierum & horarum mutari ſolent. Oportet enim in conſtituendo circulo conſiderare, quo tempore anni, quo die & qua hora circulum facias: quos ſpiritus advocare velis, cui ſtellæ & regioni præſint, & quas functiones habeant. Fiant igitur tres circuli latitudinis pedum novem, & qui diſtent unus ab alio palmum unum: & in medio circulo ſcribe primò nomen horæ, in qua facis opus: ſecundo loco nomen angeli horæ: tertiò ſigillum angeli horæ: quartò nomen angeli qui præeſt ei diei in qua tu facis opus, miniſtrorum eius: quintò nomen temporis præſentis. Sextò Nomen ſpirituum regnantium in ea temporis parte, & ei præſidentium. Septimò, nomen capitis ſigni regnantis ea temporis parte qua facis opus. Octavo nomen terræ ſecundum eam partem temporis in qua facis opus. Nono & pro complemento medii circuli ſcribe nomina Solis & Lunæ ſecundum prædictam temporis



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

rationem. Mutato enim tempore mutant & nomina. In ſuperiore autem circulo aſſignentur in quatuor angulis, nomina angelorum aeri præſidentium eo die, quo facis opus regis ſcilicet & trium miniſtrorum eius. Extra circulum in quatuor angulis ſint pentagoni. In inferiore circulo ſcribantur quatuor nomina diuina, crucibus interpoſitis. In medio circuli, ſcil. ad Orientem, ſcribatur Alpha, & ad Occidentem ſcribatur Omega, diuidatq; crux medium circuli. Perfecto circulo ſecundum rationem infrà ſcriptam procedes.

*De nominibus horarum, & angelorum, eis præſidentium.*

SCiendum eſt autem, angelos ordine ſucceſſiuo, ſecundum cœlorum & planetarum rationem, quibus præſunt, horis etiam præeſſe, Adeoq; ſpiritus, qui præeſt diei, imperat etiam primæ horæ diei, ſecundus ab hoc planeta, præeſt ſecundæ, tertius tertiæ, & ſic conſequenter. Septem autem planetis & horis revolutis, rurſus reditur ad primum, qui præeſt diei. De nominibus igitur horarum primò dicemus.

| *Horæ diei.* | *Horæ noctis,* |
|---|---|
| 1 Yayn. | 1 Beron. |
| 2 Ianor. | 2 Barol. |
| 3 Naſnia. | 3 Thami. |
| 4 Salla. | 4 Athir. |
| 5 Sadedali. | 5 Mathon. |
| 6 Thamur. | 6 Rana. |
| 7 Ourer. | 7 Netos. |
| 8 Thamic. | 8 Tafrac. |
| 9 Neron. | 9 Saſſur. |
| 10 Iayon. | 10 Aglo. |
| 11 Abai. | 11 Calerva. |
| 12 Natalon. | 12 Salam, |

De nominibus angelorum & ſigillis eorum dicetur ſuo loco. Nunc videndum eſt de nominibus temporum. Annus igitur quadripartitus, dividitur in ver, æſtatem, autumnum, & hyemem, quorum ſunt hæc nomina.

| | |
|---|---|
| Ver, | Talvi. |
| Æſtas. | Gaſmaran. |
| Autumnus, | Ardarael. |
| Hyems. | Farlas. |

*Angeli veris.*

Caracaſa.
Core.
Amatiel.
Commiſſoros.

*Caput ſigni veris.*

Spugliguel.

*Nomen terræ, vere.*

Amadai.

*Nomina Solis & Lunæ, vere,*

| Sol. | Luna. |
|---|---|
| Abraym. | Aguſita. |

*Angeli Aeſtatis.*

Gargatel.
Tariel.
Gaviel.

*Caput ſigni æſtatis.*

Tubiel.

*Nomen terræ, æſtate.*

Feſtativi.

*Nomina Solis & Lunæ, æſtate.*

| Sol. | Luna. |
|---|---|
| Athemay. | Armatas. |

*Angeli Autumni.*

Tarquam.
Guabarel.

*Caput ſigni Autumni.*

Torquaret.

*Nomen terræ in Autumno.*

Rabianara.

*Nomina Solis & Lunæ in Autumno.*

| Sol. | Luna. |
|---|---|
| Abragini. | Mataſignais. |

*Angeli Hyemis.*

Amabael.
Ctarari.

*Caput ſigni Hyemis.*

Altarib,

*Nomen terræ, Hyeme.*

Gerenia.

*Nomina Solis & Lunæ, Hyeme.*

| Sol. | Luna. |
|---|---|
| Commutaf. | Affaterim. |





НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*De conſecrationibus, & benedictionibus, & primò de Circuli benedictione.*

POſtquam ritè perfectus erit circulus, aſperge eum aqua benedicta ſeu luſtrali, & dic, Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor, lavabis me &c.

*Benedictio fumigiorum.*

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, benedic has creaturas ſpecierum, vt vim & virtutem odorum ſuorum amplient, ne hoſtis nec phantaſma in eas intrare poſſit, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. Deinde aſpergantur aqua benedicta.

*Exorciſmus ignis, cui ſuperponuntur fumigia.*

IGnis quo utendum eſt ad ſuffumigationes, ſit in vaſe fictili ſeu terreo, nouo. Exorcizatur autem hoc modo: Exorcizo te creatura ignis, per illum, per quem facta ſunt omnia, vt ſtatim omne phantaſma eijcias à te, vt nocere non poſſit in aliquo. Deinde dic: Benedic Domine creaturam iſtam ignis, & ſanctifica, vt benedicta ſit in collaudationem nominis tui ſancti, vt nullo nocumento ſit geſtantibus nec videntibus, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

*De veſte, & pentaculo.*

VEſtis ſit Sacerdotis, ſi fieri poteſt, ſi non poſſit haberi, ſit linea & nitida. Deinde ſumat hoc pentaculum, factum die & hora Mercurii, creſcēte Luna, in charta membrana hoedi. Sed prius dicatur ſuper illo Miſſa Spiritus Sancti, & aſpergatur aqua baptiſmali.

*Oratio*






*Oratio dicenda, quando induitur veſtis.*

ANcor, Amacor, Amides, Theodonias, Anitor, per merita angelorum tuorum ſanctorum Domine, induam veſtimenta ſalutis, vt hoc, quod deſidero, poſſim perducere ad effectum, per te ſanctiſſime Adonay, cuius regnum permanet per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

*De modo operationis.*

SIt Luna creſcens & par, ſi fieri poteſt, & non ſit combuſta. Operans ſit nitidus & purus per nouem dies, ante inceptionem operis, ſit confeſſus & communicatus. Habeat fumigiū aſſignatum diei, in quo facit opus: habeat item aquam benedictam à Sacerdote, fas fictile nouum igne plenum, veſtem, & pentaculum, & ſint hæc omnia debitè & ritè conſecrata, & præparata. Vnus è diſcipulis ferat vas terrenum igne plenum, & fumigationes: alius portet librum, alius veſtem & pentaculum: & magiſter ferat gladium, ſuper quo dicta ſit vna Miſſa de Spiritu S. & in medio cuius ſit ſcriptum hoc nomen Agla ✠ & in alio latere hoc nomē, ✠ On, ✠ eundo ad

locum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

locum conſecrandum, dicat ſemper Litanias, & diſcipuli reſpondeant. Et cum pervenerit ad locum, vbi vult facere circulum, protrahat circuli lineas, vt ſuprà docuimus. Et poſtquam perfecerit, aſpergat circulum aqua benedicta, dicens: Aſperges me Domine. &c.

Magiſter igitur jejunio, caſtitate & abſtinentia ab omni luxu purificatus, triduum totum ante diem operationis, die ipſo operationis mundis veſtibus indutus, cum pentaculis, ſumigiis, & rebus ad hæc neceſſariis ingredietur circulum. Et à quatuor Mundi partibus invocabit angelos, qui præſunt ſeptem planetis, ſeptem diebus hebdomadis coloribus & metallis: quorum nomina ſuo loco videbis. Et genibus flexis invocans nominatim dictos angelos, dicet. O angeli ſupradicti, eſtote adiutores meæ petitioni, & in adiutorium mihi in meis rebus & petitionibus. Deinde invocabit angelos à quatuor partibus mundi, aeri dominantes in die illo, in quo facit opus ſeu experimentum. Et imploratis ſpeciatim omnibus nominibus & ſpiritibus in circulo circumſcriptis, dicat: O vos omnes, adiuro atq; conteſtor per ſedem Adonay, per hagios, ô Theos, Iſcyros, Athanatos, paracletus, alpha & omega, & per hæc tria nomina ſecreta; Agla, On, Tetragrammaton, quòd hodie debeatis adimplere quod cupio. His peractis legat coniurationem diei aſſignatam, in qua facit experimentum, vt infrà dicemus. Quòd ſi pertinaces & refractarii ſint, neq; obedientes ſe præſtiterint conjurationi diei aſſignatæ, neq; precationibus ante factis, tunc utere ſequentibus conjurationibus & exorciſmis.

*Exorciſmus ſpirituum aereorum.*

NOs facti ad imaginem Dei, dotati potentia Dei, & eius facti voluntate, per potentiſſimum & corroboratum nomen Dei, EL, forte & admirabile, vos exorciſamus (hic nominabit ſpiritus quos volet, cujuſcunq; ordinis ſint) & imperamus per eum, qui dixit, & factum eſt, & per omnia nomina Dei, & per nomen Adonay, El, Elohim, Elohe, Zebaoth, Elion, Eſcerehie, Iah, Tetragrammaton, Sadai: Dominus Deus, excelſus, exorciſamus vos, atq; potēter imperamus, vt appareatis, ſtatim nobis hic juxta circulum in pulchra forma, videl. humana, & ſine deformitate & tortuoſitate aliqua. Venite vos omnes tales, quia vobis imperamus, per nomen Y & V, quod Adam audiuit, & locutus eſt; & per nomen Dei Agla q Loth audiuit, & factus ſaluus cum ſua familia, & per nomē

Ioth



Ioth, quod Iacob audiuit ab Angelo ſecum luctante, & liberatus eſt de manu fratris ſui Eſau, & per nomen Anephexeton, quod Aaron audiuit, & loquens, & ſapiēs factus eſt: & per nomen Zebaoth, quòd Moyſes nominauit, & omnia flumina & paludes de terra Ægypti, verſæ fuerunt in ſanguinem, & per nomen Ecerchie Oriſton, quod Moſes nominauit, & omnes fluvii ebullierunt ranas, & aſcenderunt in domos Ægyptiorũ, omnia deſtruentes: & per nomen Elion, quod Moyſes nominauit, & fuit grando talis, qualis non fuit ab initio mundi: & per nomen Adonay, quod Moyſes nominauit, & fuerũt locuſtæ, & apparuerunt ſuper terram Ægyptiorum, & comederunt quæ reſidua erant grandini, & per nomen Schemes amathia, quod Ioſua vocauit, & remoratus eſt Sol curſum: & per nomen Alpha & Omega, quod Daniel nominauit, & deſtruxit Beel, & draconē interfecit: & in nomine Emanuel, quod tres pueri, Sidrach, Miſach & Abdenago, in camino ignis ardentis cātauerunt, & liberati fuerunt: & per hagios & ſedem Adonay, & per ô Theos, iſcyros athanatos, paracletus: & per hæc tria ſecreta nomina, Agla, On, Tetragrammatō, adiuro conteſtor, & per hæc nomina, & per alia nomina Domini noſtri DEI Omnipotentis, vivi & veri, vos qui veſtra culpa de cœlis ejecti fuiſtis uſq; ad infernum locum, exorcizamus, & viriliter imperamus per eum qui dixit, & factũ eſt, cui omnes obediunt creaturæ, & per illud tremendum Dei iudicium; & per mare omnibus incertũ, vitreum, quod eſt ante cōſpectum divinæ Majeſtatis, gradiens & potentiale: & per quatuor divina animalia T ante Sedē divinæ Majeſtatis gradiētia; & oculos ante & retro habentia: & per ignem ante eius thronum circumſtantem, & per ſanctos angelos cœlorum, T. & per e-am, quæ Eccleſia Dei nominatur: & per ſummam ſapientiam omnipotentis Dei viriliter exorcizamus, vt nobis hic ante circulum appareatis, ad faciendam noſtram voluntatem, in omnibus prout placuerit nobis: per ſedem Baldachiæ, & per hoc nomen Primeumatō, quod Moyſes nominauit, & in cavernis abyſſi fuerunt profundati & abſorpti Datan, Corah, & Abiron: & in virtute iſtius nominis Primeumaton, tota cœli militia compellente, maledicimus vos, privamus vos omni officio, loco & gaudio veſtro uſque in profundum abyſſi, & uſq; ad ultimum diem judicii vos ponimus & relegamus in ignem æternum, & in ſtagnum ignis & ſulphuris, niſi ſtatim appareatis hic coram nobis ante circulum, ad faciendam voluntatem noſtram. In omnibus venite per hæc nomina, Adonay,

nay Zebaoth, Adonay Amioram. Venite venite, imperat vobis Adonay, Saday, Rex regum potentiſſimus & tremendiſſimus, cujus vires nulla ſubterfugere poteſt creatura, vobis pertinaciſſimis futuris niſi obedieritis, & appareatis ante hũc circulum, affabiles ſubitò, tandem ruina flebilis miſerabilisque, & ignis perpetuum inextinguibilis vos manet, Venite ergo in nomine Adonay Zebaoth, Adonay Amioram, ; venite venite quid tardatis? feſtinate, imperat vobis Adonay Saday Rex regum, El, Aty, Titeip, Azia, Hyn, Ien, Minoſel, Achadan, Uay, Vaa, Ey, Haa. Eye, Exe, à El, El, El, à Hy, Hau, Hau, Hau, Va, Va, Va, Va.

*Oratio ad Deum, quæ dici debet in quatuor partibus mundi, in circulo.*

AMorule, Taneha, Latiſten, Rabur, Taneha, Latiſten, Eſcha, Aladia, Alpha & Omega, Leyſte, Oriſton, Adonay. Clementiſſime Pater mi cœleſtis, miſerere mei, licet peccatoris, clarifica in me hodierno die, licet indigno filio tuo, tuæ potentiæ brachium, contra hos ſpiritus pertinaciſſimos, ut ego, te volente, factus tuorum divinorum operum contemplator, poſſim illuſtrari omni ſapientia, & ſemper glorificare & adorare nomen tuum. Suppliciter exoro te & invoco, vt tuo judicio hi ſpiritus, quos invoco, convicti & conſtricti veniant vocati, & dent vera reſponſa, de quibus eos interrogavero: denique & deferant nobis ea quæ per me vel nos præcipietur eis, non nocentes alicui creaturæ, non lædentes, non frementes, nec me, sociosque meos, vel aliam creaturam lædentes, & neminem terrentes; ſed petitionibus meis in omnibus, quæ præcipiam eis, ſint obedientes. Tunc ſtans in medio circuli, teneat manum prope pentaculum, & dicat: Per pentaculum Salomonis advocati, dent mihi reſponſum verum.

Deinde dicat: Beralanenſis, Baldachienſis, Paumachiæ & Apologiæ ſedes, per Reges poteſtateſque magnanimas, ac principes præpotentes, genio, Liachidę, miniſtri tartareæ ſedis; Primae, hic princeps ſedis Apologiæ nona cohorte: Ego vos invoco, & invocando vos conjuro, atque ſupernæ Majeſtatis munitus virtute, potenter impero, per eum qui dixit & factum eſt, & cui obediunt omnes creaturæ; & per hoc nomen ineffabile, Tetragrammaton יהוה Iehovah, in quo eſt plasmatum omne ſeculum, quo audito elementa corruunt, aer concutitur, mare retrograditur, ignis extinguitur, terra tremit,



nit, omneſq; exercitus cœleſtium, terreſtrium & infernorum tremunt, turbantur, & corruunt; quatenus citò, & ſine mora & omni occaſione remota, ab vniverſis mundi partibus veniatis, & rationabiliter de omnibus quæcunque interrogavero, reſpondeatis vos, & veniatis pacificè, viſibiles, & affabiles, nunc & ſine mora manifeſtantes, quod cupimus: cõjurati per nomen æterni, vivi & veri Dei Helioren, & mandata noſtra perficientes, perſiſtentes ſemper uſque ad finem & intentionẽ meam, viſibiles nobis & affabiles, clara voce, nobis intelligibili, & ſine omni ambiguitate.

*Viſiones & apparitiones.*

QVibus ritè peractis, apparebunt infinitæ viſiones & phantaſmata, pulſantia organa, & omnis generis inſtrumenta muſica, idque fit à ſpiritibus, ut terrore compulſi ſocii abeant à circulo, quia nihil adverſus magiſtrum poſſunt. Poſt hæc videbis infinitos ſagittarios, cum infinita multitudine beſtiarũ, horribilium, quæ ita ſe componunt, acſi vellent devorare ſocios, & tamen nil timeant. Tunc ſacerdos ſive magiſter adhibeos manum pentaculo, dicat; Fugiat hinc iniquitas veſtra, virtute vexilli Dei. Et tunc ſpiritus obedire coguntur magiſtro, & ſocii nihil amplius videbunt.

Deinde exorcizator tenens manum prope pentaculum, dicat, Ecce pentaculum Salomonis, quod ante veſtram adduxi præſentiam, ecce perſonam exorcizatoris, in medio exorciſmi, qui eſt optimè à Deo munitus, intrepidus, providus, qui viribus potens vos exorcizando invocavit, & vocat. Venite ergo cum feſtinatione in virtute nominum iſtorum, Aye, Saraye, Aye Saraye, Aye, Saraye, ne differatis venire per nomina æterna Dei vivi & veri Eloy, Archima, Rabur, & per hoc pręſens pentaculum, quod ſuper vos potenter imperat; & per virtutem cœleſtium ſpirituum, dominorum veſtrorum, & per perſonam exorcizatoris conjurati, feſtinate, venite & obedite præceptori veſtro, qui vocatur Octinomos. His peractis ſibiles in quatuor angulis mundi. Et videbis immediatè magnos motus; & cum videris, dicas. Quid tardatis? quid moramini? quid facitis? præparate vos, & obedite præceptori veſtro, in nomine Domini Bathat vel Vachat, ſuper Abrac ruens, ſuper veniens, Abeor, ſuper Aberer.

Tunc immediatè venient in ſua forma propria. Et quando videbis eos iuxta circulum, oſtẽde illis pentaculũ coopertum

ſyndone

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

nay Zebaoth, Adonay Amioram. Venite venite, imperat vobis Adonay, Saday, Rex regum potentiſſimus & tremendiſſimus, cujus vires nulla ſubterfugere poteſt creatura, vobis pertinaciſſimis futuris niſi obedieritis, & appareatis ante hunc circulum, affabiles ſubitò, tandem ruina flebilis miſerabilisque & ignis perpetuum inextinguibilis vos manet, Venite ergo in nomine Adonay Zebaoth, Adonay Amioram, ; venite venite quid tardatis? feſtinate, imperat vobis Adonay Saday Rex regum, El, Aty, Titeip, Azia, Hyn, Ien, Minoſel, Achadan, Vay, Vaa, Ey, Haa. Eye, Exe, à El, El, El, à Hy, Hau, Hau, Hau, Va, Va, Va, Va.

*Oratio ad Deum, quæ dici debet in quatuor partibus mundi, in circulo.*

AMorule, Taneha, Latiſten, Rabur, Taneha, Latiſten, Eſcha, Aladia, Alpha & Omega, Leyſte, Oriſton, Adonay. Clementiſſime Pater mi cœleſtis, miſerere mei, licet peccatoris, clarifica in me hodierno die, licet indigno filio tuo, tuæ potentiæ brachium, contra hos ſpiritus pertinaciſſimos, ut ego, te volente, factus tuorum divinorum operum contemplator, poſſim illuſtrari omni ſapientia, & ſemper glorificare & adorare nomen tuum. Suppliciter exoro te & invoco, vt tuo judicio hi ſpiritus, quos invoco, convicti & conſtricti veniant vocati, & dent vera reſponſa, de quibus eos interrogavero: denique & deferant nobis ea quæ per me vel nos præcipietur eis, non nocentes alicui creaturæ, non lædentes, non frementes, nec me, ſociosque meos, vel aliam creaturam lædentes, & neminem terrentes; ſed petitionibus meis in omnibus, quæ præcipiam eis, ſint obedientes. Tunc ſtans in medio circuli, teneat manum prope pentaculum, & dicat, Per pentaculum Salomonis advocati, dent mihi reſponſum verum.

Deinde dicat: Beralanenſis, Baldachienſis, Paumachiæ & Apologiæ ſedes, per Reges poteſtateſque magnanimas, ac principes præpotentes, genio, Liachidę, miniſtri tartareæ ſedis; Primac, hic princeps ſedis Apologiæ nona cohorte: Ego vos invoco, & invocando vos conjuro, atque ſupernæ Majeſtatis munitus virtute, potenter impero, per eum qui dixit & factum eſt, & cui obediunt omnes creaturæ; & per hoc nomen ineffabile, Tetragrammaton יהוה Iehovah, in quo eſt plasmatum omne ſeculum, quo audito elementa corruunt, aër concutitur, mare retrograditur, ignis extinguitur, terra tremit,



mit, omneſq; exercitus cœleſtium, terreſtrium & infernorum tremunt, turbantur, & corruunt; quatenus citò, & ſine mora & omni occaſione remota, ab vniverſis mundi partibus veniatis, & rationabiliter de omnibus quæcunque interrogavero, reſpondeatis vos, & veniatis pacificè, viſibiles, & affabiles, nunc & ſine mora manifeſtantes, quod cupimus: cõjurati per nomen æterni, vivi & veri Dei Helioren, & mandata noſtra perficientes, perſiſtentes ſemper uſque ad finem & intentionẽ meam, viſibiles nobis & affabiles, clara voce, nobis intelligibili, & ſine omni ambiguitate.

*Viſiones & apparitiones.*

QVibus ritè peractis, apparebunt infinitæ viſiones & phantaſmata, pulſantia organa, & omnis generis inſtrumenta muſica, idque fit à ſpiritibus, ut terrore compulſi ſocii abeant à circulo, quia nihil adverſus magiſtrum poſſunt. Poſt hæc videbis infinitos ſagittarios, cum infinita multitudine beſtiarũ, horribilium, quæ ita ſe componunt, acſi vellent devorare ſocios, & tamen nihil timeant. Tunc ſacerdos ſive magiſter adhibens manum pentaculo, dicat; Fugiat hinc iniquitas veſtra, virtute vexilli Dei. Et tunc ſpiritus obedire coguntur magiſtro, & ſocii nihil amplius videbunt.

Deinde exorcizator tenens manum prope pentaculum, dicat, Ecce pentaculum Salomonis, quod ante veſtram adduxi præſentiam, ecce perſonam exorcizatoris, in medio exorciſmi, qui eſt optimè à Deo munitus, intrepidus, providus, qui viribus potens vos exorcizando invocauit, & vocat. Venite ergo cum feſtinatione in virtute nominum iſtorum, Aye, Saraye, Aye Saraye, Aye, Saraye, ne differatis venire per nomina æterna Dei vivi & veri Eloy, Archima, Rabur, & per hoc præſens pentaculum, quod ſuper vos potenter imperat; & per virtutem cœleſtium ſpirituum, dominorum veſtrorum, & per perſonam exorcizatoris conjurati, feſtinate, venite & obedite præceptori veſtro, qui vocatur Octinomos. His peractis ſibilet in quatuor angulis mundi. Et videbis immediatè magnos motus: & cum videris, dicas. Quid tardatis? quid moramini? quid facitis? præparate vos, & obedite præceptori veſtro, in nomine Domini Bathat vel Vachat, ſuper Abrac ruens, ſuperveniens, Abeor, ſuper Aberer.

Tunc immediatè venient in ſua forma propria. Et quando videbis eos iuxta circulum, oſtẽde illis pentaculũ coopertum ſyndone

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І. І. МЕЧНИКОВА

ſyndone ſacro, & diſcooperiatur, & dicat: Ecce concluſionem veſtram, nolite fieri inobedientes. Et ſubitò videbis eos in pacifica forma, & dicent tibi; Pete quid vis, quia nos ſumus parati complere omnia mandata tua, quia Dominus ad hæc nos ſubiugauit. Cum autem apparuerit ſpiritus, tunc dicas, Bene veneritis ſpiritus, vel reges nobiliſſimi, quia vos vocaui per illum, cui omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum; cujus in manu omnia regna regum ſunt, nec eſt, qui ſuæ contrarius eſſe poſſit majeſtati. Quatenus conſtringo vos vt hic ante circulum viſibiles, affabiles permaneatis, tamdiu tamq; conſtâtes, nec ſine licentia mea recedatis, donec meam ſine fallacia aliqua & veridicè perficiatis voluntatem, per potentiæ illius virtutem, qui mari poſuit terminum ſuum, quem præterire non poteſt, & lege illius potentiæ non pertranſit fines ſuos, Dei ſcil. altiſſimi, Regis, Domini, qui cuncta creauit, Amen. Tunc iube quod vis, & fiet. Poſt hæc licentia eos ſic: In nomine † Patris, † Filii, & † Spiritus Sancti, ite in pace ad loca veſtra, & pax ſit inter nos & vos, parati ſitis venire vocati. Hæc ſunt, quæ Petrus de Abano de Magicis Elementis dixit.

Vt autem facilius rationes circuli poſſis cognoſcere, ſubijciam ſchema vnum. Sit ita vt aliquis velit Veris tempore, prima hora diei Dominicæ circulum facere, is erit eiuſmodi, qui in Figura ſequenti conſpicitur.

Figura



*Figura circuli pro prima hora diei Dominicæ, veris tempore.*




Supereſt nunc, vt hebdomadam exploremus, ſinguloſque illius dies & ſpiritus, qui illis præſunt: & primò de die Dominico.

*Conſiderationes diei Dominicæ.*

Angelus diei Dominicæ, & ſigillum eius; planeta eius, & ſignum planetæ, & nomen quarti cœli.

Michaël. ☉. ♌.

 Machen.

*Angeli diei Dominicæ.*

Michael. Dardiel. Huratapel.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Angeli aeris, regnantes die dominico.*

Varcan rex.

*Miniſtri eius.*

Tus. Andas. Cynabal.

*Ventus cui ſubſunt angeli aeris ſupradicti.*

Boreas.

Angeli quarti cœli, regnantes die Dominico, quos aduocare oportet à mundi partibus.

*Ad Orientem.*

Samael. Baciel. Atel.
Gabriel. Vionatraba.

*Ad Occidentem.*

Anael. Pabel. Vſtael.
Burchat. Suceratos. Capabili.

*Ad Septentrionem.*

Aiel. - Aniel. vel Aquiel. Maſgabriel.
Sapiel. Matuyel.

*Ad Meridiem.*

Habudiel. Machaſiel. Charſiel.
Vriel. Naromiel.

*Fumigium diei Dominicæ.*

Sandalum rubeum.

*Coniuratio diei Dominicæ.*

CONiuro & confirmo ſuper vos angeli fortes Dei & ſancti, in nomine Adonay, Eye, Eye, Eye, qui eſt ille, qui fuit, eſt & erit, Eye, Abiaye, & in nomine Saday, Cados, Cados, Cados, altè ſedentis ſuper Cherubin, & per nomen magnum ipſius: Dei fortis & potentis, exaltatiq; ſuper omnes cœlos, Eye Saraye, plaſmatoris ſeculorum, qui creauit mundum, cœlum, terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt in primo die, & ſigillauit ea ſancto nomine ſuo Phaa: & per nomina ſanctorũ angelorum, qui dominantur in quarto exercitu, & ſeruiunt coram potentiſſimo Salamia, angelo magno & honorato; & per nomen ſtellæ, quæ eſt ſol, & per ſignum, & per immēſum nomen Dei vivi, & per nomina omnia prædicta, coniuro te Michael angele magne, qui es præpoſitus diei dominicæ, & per nomen Adonay Dei Iſrael, qui creauit mundum, & quicquid in eo eſt, quòd pro me labores, & adimpleas omnem meam petitionem, iuxta meum velle & votum meum, in negotio & cauſa mea, & hic dicas cauſam tuam & negotium tuum. Dic præterea pro qua re hanc coniurationem ſuſcipis.

Spiritus aeris diei Dominicæ, ſunt ſubditi vento Boreæ. Eorum



Eorum natura eſt aurum, gemmas, carbunculos, divitias, gratiam & benevolentiam impetrare, inimicitias hominum diſſoluere, hominibus honores tribuere, infirmitates inferre vel auferre. Quomodo autem compareāt, dictum eſt libro ſuperiore de cæremoniis Magicis.

*Conſiderationes diei Lunæ.*

Angelus diei Lunæ, ſigillum eius, planeta eius, & ſignum planetæ, & nomen primi cœli.

Gabriel. ☾ ♋



Shamain.

*Angeli diei Lunæ.*

Gabriel. Michael. Samael.

*Angeli aeris regnantes die Lunæ.*

Arcan rex.

*Miniſtri.*

Bilet. Miſſabu. Abuzaha.

*Ventus, cui ſubſunt angeli aeris ſupradicti.*

Zephyrus.

*Angeli primi cœli, regnantes die Lunæ, quos aduocare oportet à quatuor mundi partibus.*

*Ad Orientem.*

Gabriel. Gabrael. Madiel.
Deamiel. Ianael.

*Ad Occidentem.*

Sachiel. Zaniel. Habaiel.
Bachanael. Corabiel.

*Ad Septentrionem.*

Mael. Vvael. Valnum.
Baliel. Balay. Humaſtrau.

*Ad Meridiem.*

Curaniel. Dabriel. Darquiel.
Hanun. Anayl. Vetuel.

*Fumigium diei Lunæ.*

Aloe.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

*Coniuratio diei Lunæ.*

COnjuro & confirmo ſuper vos angeli fortes & boni, in nomine Adonay, Adonay, Adonay, Eie, Eie, Eie. Cados, Cados, Cados, Achim, Achim, Ia, Ia, Fortis, Ia, qui apparuit in monte Sinai, cũ glorificatione Regis Adonay, Saday, Zebaoth, Amathay, Ya, Ya, Ya, Marinata, Abim, Ieia, qui maria creauit, ſtagna & omnes aquas in ſecundo die, quaſdam ſuper cœlos, & quaſdam in terra. Sigillauit mare in alto nomine ſuo, & terminum, quem ſibi poſuit non præteribit: & per nomina angelorum, qui dominantur in primo exercitu, qui ſeruiunt Orphaniel angelo magno, pretioſo & honorato: & per nomen ſtellæ, quæ eſt, in Luna, & per nomina prædicta ſuper te coniuro, ſcil. Gabriel, qui es præpoſitus diei Lunæ ſecūdo, quòd pro me labores & adimpleas, &c. vt in coniuratione diei dominicæ.

Spiritus aeris diei Lunæ ſunt ſubditi Zephyro, qui ventus eſt Lunæ. Eorum natura argentum dare, res de loco ad locum deferre, equos veloces tribuere, ſecreta præſentia & præterita perſonarum dicere. quomodo autem compareant, vide libro ſuperiore.

*Conſiderationes diei Martis.*




*Angeli diei Martis.*

Samael. Satael, Amabiel.

*Angeli aeris regnantes die Martis.*

Samax rex.

*Miniſtri.*

Carmax. Iſmoli. Paffran.

*Ventus cui ſubſunt angeli aeris ſupradicti.*

Subſolanus.

*Angeli quinti cœli, regnantes die Martis, quos aduocare oportet à quatuor mundi partibus.*

*Ad Orientem.*

Friagne. Guael. Damael.
Calzas. Arragon.

*Ad Occidentem.*

Lama. Aſtagna. Lobquin.
Soncas, Iaxel. Iſiael.
Irel.

*Ad Septentrionem.*

Rahumel. Hyniel. Rayel.
Seraphiel. Mathiel. Fraciel.

*Ad Meridiem.*

Sacriel. Ianiel, Galdel.
Oſael. Vianuel. Zaliel.

*Fumigium diei Martis.*

Piper.

*Coniuratio diei Martis.*

COniuro & confirmo ſuper vos, angeli fortes & ſancti, per nomen Ya, Ya, Ya, He, He, He, Va, Hy, Ha, Ha, Ha, Va, Va, Va, An, An, An, Aie, Aie, Aie, El, Ay, Elibra, Eloim, Eloim: & per nomina ipſius alti Dei, qui fecit aquam aridam apparere, & vocauit terram & produxit arbores & herbas de ea, & ſigillauit ſuper eam cum pretioſo, honorato, metuendo, & ſancto nomine ſuo: & per nomen angelorum dominantium in quinto exercitu, qui ſeruiunt Acimoy angelo magno, forti, potenti & honorato; & per nomen ſtellæ, quæ eſt Mars; & per nomina prædicta coniuro ſuper te Samael, angele magne, qui præpoſitus es diei Martis: & per nomina Adonay, Dei vivi & veri, quòd pro me labores & adimpleas, &c. ut in coniuratione diei Dominicæ.

Spiritus aeris diei Martis ſubditi ſunt Subſolano. Eorum natura eſt, prælia, mortalitates, occiſiones & combuſtiones facere: & bis mille milites dare ad tẽmpus; mortem, infirmitatẽ, aut ſanitatem tribuere. Quomodo autem compareant, vide libro ſuperiore.

*Conſideratio diei Mercurii.*

Angelus diei Mercurii, ſigillum eius, planeta eius, ſignum dominans illi planetæ, nomen item ſecundi cœli.




*Angeli diei Mercurii.*

Raphael. Miel. Seraphiel.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Angeli aeris regnantes die Mercurii.*

Mediat vel Modiat rex.

*Miniſtri.*

Suquinos. Sallales.

*Ventus cui ſubſunt angeli aeris ſupradicti.*

Africus.

*Angeli ſecundi cœli, regnantes die Mercurii, quos advocare oportet à quatuor mundi partibus.*

*Ad Orientem.*

Mathlai. Tarmiel. Baraborat.

*Ad Occidentem.*

Ierescue. Mitraton.

*Ad Septentrionem.*

Thiel. Rael. Iariahel.
Venahel. Velel. Abuiori.
Vcirnuel.

*Ad Meridiem.*

Milliel. Nelapa. Babel.
Caluel. Vel. Laquel.

*Fumigium diei Mercurii.*

Maſtix.

*Coniuratio diei Mercurii.*

COniũro & cõfirmo vos angeli fortes, ſancti & potẽtes, in nomine fortis, metuẽdiſſimi & benedicti Ia, Adonay, Elohim, Saday, Saday, Saday, Eye, Eye, Eye, Aſamie, Aſaraie: & in nomine Adonay Dei Iſrael, qui creavit luminaria magna, ad diſtinguendum diem à nocte: & per nomen omnium angelorum, deſervientium in exercitu ſecundo coram Tetra angelo maiori, atq; forti & potenti: & per nomen ſtellæ, quæ eſt Mercurius, & per nomen ſigilli, quo ſigillatur à Deo fortiſſimo & honorato; per omnia prædicta ſuper te Raphael angele magne, coniuro, qui es præpoſitus diei quartæ: & per nomen ſanctum, quod eſt ſcriptum in fronte Aaron ſacerdotis altiſſimi Creatoris: & per nomina angelorum, qui in gratiam Salvatoris confirmati ſunt: & per nomen ſedis animalium habẽtium ſenas alas, quòd pro me labores, &c. ut in coniuratione diei Dominicæ.

Spiritus aeris diei Mercurii, ſubjiciũtur Aphrico. Eorum natura eſt, omnia metalla dare, omnia terrena, præterita, præſentia & futura revelare, iudices placare, victorias in prælio dare, experimenta & omnes ſcientias deſtructas reædificare, docere, & corpora ex elementis mixta, conditionaliter vnum in aliud



in aliud transſmutare, infirmitates vel ſanitatem dare, pauperes ſublimare, ſublimes deprimere, ſpiritum vel ſpiritus ligare vel diſſolvere, ſeras aperire. Tales ſpiritus operationes aliorũ habent, ſed non ex perfecta potentia, ſed in virtute vel ſciẽtia. Quomodo autem compareant, & dictum eſt libro ſuperiore.

*Conſideratio diei Iovis.*

Angelus diei Iovis, ſigillum eius, planeta eius, ſignum dominans illi planetæ, nomen item ſexti cœli.

*Sachiel.*





*Zebul.*

*Angeli diei Iouis.*

Sachiel. Caſtiel. Aſaſiel.

*Angeli aeris regnantes die Iouis*

Suth rex.

*Miniſtri.*

Maguth. Gutriz.

*Ventus cui ſubſunt Angeli aeris ſupradicti.*

Auſter.

Sed quoniam ultrà quintum cœlum angeli aeris non reperiuntur, ideo die Iovis, dic in quatuor mundi partibus orationes ſequentes.

*Ad Orientem.*

O Deus magne & excelſe, & honorate, per infinita ſecula.

*Ad Occidentem.*

O Deus ſapiens, & clare, & iuſte, ac divina clementià, ego rogo te piiſſime Pater, quòd meam petitionem, quòd meum opus, & meum laborem hodie debeam complere, & perfectè intelligere. Tu qui vivis & regnas per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

*Ad Septentrionem.*

O Deus potens, fortis, & ſine principio.

*Ad Meridiem.*

O Deus potens & miſericors.

*Fumigium die Iouis.*

Crocus.

*Coniuratio die Iouis.*

COnjuro & confirmo ſuper vos angeli ſancti, per nomen Cados, Cados, Cados, Eſchereie, Eſchereie, Eſchereie,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Hatim ya, fortis firmator ſeculorum, Cantine, Iaym, Ianic, Anic, Calbat, Sabbac, Beriſay, Alnaym: & per nomen Adonay qui creavit piſces, reptilia in apuis, & aves ſuper faciem terræ, volantes verſus cœlos die quinto, & per nomina angelorum ſervientium in ſexto exercitu coram paſtore angelo ſancto & magno & potenti principe: & per nomen ſtellæ, quæ eſt Iupiter: & per nomen ſigilli ſui: & per nomen Adonay, ſummi Dei omnium creatoris: & per nomen omniū ſtellarum, & per vim & virtutē earum, & per nomina prædicta, coniuro te Sachiel angele magne, qui es præpoſitus diei Iovis, ut pro me labores, &c. ut in coniuratione diei Dominicæ.

Spiritus aëris diei Iovis ſubjiciūtur Auſtro: Eorum natura eſt, mulierū amorem conciliare, lætos & gaudentes homines reddere, lites pacificare, inimicos mitigare, ſanare infirmos, ſanos infirmare, adferre vel auferre damna. Quomodo autē compareant, dictum eſt libro ſuperiore.

*Conſideratiō Diei Veneris.*

Angelus diei Veneris, ſigillum eius, planeta eius, ſignum dominans illi planetæ: item nomen tertii cœli.

*Anaël.*



*Angeli diei Veneris*

Anael, Rachiel, Sachiel.

*Angeli aeris regnantes die Veneris.*

Sarabotes rex.

*Miniſtri.*

Amabiel, Aba, Abalidoth, Flaef.

*Ventus cui ſubſunt Angeli aeris ſupradicti.*

Zephyrus.

*Angeli tertii cœli, regnantes die Veneris, quos advocare oportet à quatuor mundi partibus.*

*Ad Orientem.*

Setchiel, Chedusitaniel, Corat,
Tamael, Tenaciel.

*Ad Occidentem.*

Turiel, Coniel, Babiel,
Kadie, Maltiel, Hufaltiel.

Ad



*Ad Septentrionem.*

Peniel, Penael, Penat,
Raphael, Raniel, Doremiel.

*Ad Meridiem.*

Porna, Sachiel, Chermiel,
Samael, Santanael, Famiel.

*Fumigium die Veneris.*

Coſtus.

*Coniuratio die Veneris.*

Conjuro & confirmo ſuper vos angeli fortes, ſancti atq; potētes, in nomine On, Hey, Heya, Ia, Ie, Adonay, Saday & in nomine Saday, qui creavit quadrupedia & animalia reptilia, & homines in ſexto die, & Adæ dedit poteſtatem ſuper omnia animalia: unde benedictum ſit nomen creatoris in loco ſuo: & per nomina angeloru n ſervientium in tertio exercitu, coram Dagiel angelo magao, principe forti atq; potenti: & per nomen ſtellæ, quæ eſt Venus: & per ſigillum eius, quod quidem eſt ſanctum: & per nomina prædicta coniuro ſuper te Anael, qui es præpoſitus diei ſextæ, ut pro me labores, &c. ut in coniuratione diei Dominicæ habentur.

Spiritus aëris diei Veneris ſubiiciuntur Zephyro. Eorum natura eſt dare argentum, homines excitare, & procliviores reddere ad luxuriam, inimicos per luxuriam concordare, & matrimonia facere, homines in amorem mulierum allicere, infirmitates dare vel auferre, & omnia quæ habent motum, facere.

*Conſideratio diei Saturni, ſeu Sabbathi.*

Angelus diei Saturni, ſigillum eius, planeta eius, ſignum dominans illi planetæ.

*Caſſiel.*



*Angeli diei Saturni.*

Caſſiel, Machatan: Vriel.

*Angeli aeris regnantes die Saturni.*

Maymon rex.

*Miniſtri*

Abumalith, Aſſaibi, Balidet.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Ventus cui ſubſunt angeli aeris prædicti.*

Africus.

*Fumigium diei Saturni.*

Sulphur.

Dictum eſt ſuprà in conſideratione diei Iovis, quòd ultrà quintum cœlum nulli ſunt angeli aerei dominantes, ideo utere in quatuor cardinibus mundi orationibus iis, quas ad id vides accommodatas die Iouis,

*Coniuratio diei Saturni, ſeu Sabbathi.*

COniuro & confirmo ſuper vos Caphriel vel Caſſiel, Machatori & Seraquiel, angeli fortes & potentes, & per nomen Adonay, Adonay, Adonay, Eie, Eie, Eie, Acim, Acim, Acim, Cados, Cados, Ina vel Ima, Ima, Saday, Ia, Sar, Domini formatoris ſeculorum, qui in ſeptimo die quievit: & per illum qui in beneplacito ſuo filiis Iſrael in hæreditatem obſervandū dedit, vt eum firmiter cuſtodirent & ſanctificarent, ad habendam inde bonam in alio ſeculo remunerationem: & per nomina angelorum ſervientium in exercitu ſeptimo Booel angelo, magno & potenti principi; & per nomē ſtellæ, quæ eſt Saturnus; & per ſanctum ſigillum eius, & per nomina prædicta. Cōiuro ſuper te Caphriel, qui præpoſitus es diei ſeptimæ, quæ eſt dies Sabbati, quòd pro me labores, &c, ut habetur in coniuratione diei Dominicæ.

Spiritus aeris diei Saturni ſubiiciuntur vento Africo. Eorū natura eſt, ſeminare diſcordias, odia, & malas cogitationes, plumbum ad libitum dare, quenlibet interficere, & quodlibet membrum mutilare. Quomodo autem compareāt, ſuperiori libro dictum eſt.

## DE ANGELIS HORARVM, SECVNDVM dierum rationem, Tabulæ.

*Dies Dominica.*

| *Horæ diei.* | *Angeli horarum.* | *Horæ noctis.* | *Angeli horarum.* |
|---|---|---|---|
| 1 Yayn. | Michael. | 7 Ourer. | Samael. |
| 2 Ianor. | Anael. | 8 Tanir. | Michael. |
| 3 Naſnia. | Raphael. | 9 Neron. | Anael. |
| 4 Salla. | Gabriel. | 10 Iayo. | Raphael. |
| 5 Sadedali. | Caſſiel. | 11 Abay. | Gabriel. |
| 6 Thamur. | Sachiel. | 12 Natalon. | Caſſiel. |

Horæ



| *Horæ diei.* | *Angeli horarum.* | *Horæ noctis.* | *Angeli horar.* |
|---|---|---|---|
| 1 Beron. | Sachiel. | 7 Netos. | Caſſiel. |
| 2 Barol. | Samael. | 8 Tafrac. | Sachiel. |
| 3 Thanu. | Michael. | 9 Saſſur. | Samael. |
| 4 Athir. | Anael. | 10 Aglo. | Michael. |
| 5 Maton. | Raphael. | 11 Calerna. | Anael. |
| 6 Rana. | Gabriel. | 12 Salam. | Raphael |

*Dies Lunæ.*

| *Horæ diei.* | *Angeli horarum.* | *Horæ noctis.* | *Angeli horarum.* |
|---|---|---|---|
| 1 Yayn. | Gabriel. | 1 Beron. | Anael. |
| 2 Ianor. | Caſſiel. | 2 Barol. | Raphael. |
| 3 Naſnia. | Sachiel. | 3 Thanu. | Gabriel. |
| 4 Salla. | Samael. | 4 Athir. | Caſſiel. |
| 5 Sadedali. | Michael. | 5 Mathon. | Sachiel. |
| 6 Thamur. | Anael. | 6 Rana. | Samael. |
| 7 Ourer. | Raphael. | 7 Netos. | Michael. |
| 8 Tanic. | Gabriel. | 8 Tafrac. | Anael. |
| 9 Neron. | Caſſiel. | 9 Saſſur. | Raphael. |
| 10 Iayon. | Sachiel. | 10 Aglo. | Gabriel. |
| 11 Abay. | Samael. | 11 Calerna. | Caſſiel. |
| 12 Natalon. | Michael. | 12 Salam. | Sachiel. |

*Dies Martis.*

| *Horæ diei.* | *Angeli horarum.* | *Horæ noctis.* | *Angeli horar.* |
|---|---|---|---|
| 1 Yayn. | Samael. | 1 Beron. | Caſſiel. |
| 2 Ianor. | Michael. | 2 Barol. | Sachiel. |
| 3 Naſnia. | Anael. | 3 Thanu. | Samael. |
| 4 Salla. | Raphael. | 4 Athir. | Michael. |
| 5 Sadedali. | Gabriel. | 5 Mathon. | Anael. |
| 6 Thamur. | Caſſiel. | 6 Rana. | Raphael. |
| 7 Ourer. | Sachiel. | 7 Netos. | Gabriel. |
| 8 Tanic. | Samael. | 8 Tafrac. | Caſſiel. |
| 9 Neron. | Michael | 9 Caſſur. | Sachiel. |
| 10 Iayon. | Anael. | 10 Aglo. | Samael. |
| 11 Abay. | Raphael. | 11 Calerna. | Michael. |
| 12 Natalon. | Gabriel. | 12 Salam. | Anael. |

Dies

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Dies Mercurii.*

| *Horæ diei.* | *Angeli horarum.* | *Horæ noctis.* | *Angeli horarum.* |
|---|---|---|---|
| 1 Yayn. | Raphael. | 1 Beron. | Michael. |
| 2 Ianor. | Gabriel. | 2 Barol. | Anael. |
| 3 Naſnia. | Caſſiel. | 3 Thanu. | Raphael. |
| 4 Salla. | Sachiel. | 4 Athir. | Gabriel. |
| 5 Sadedali. | Samael. | 5 Mathon. | Caſſiel. |
| 6 Thamur. | Michael. | 6 Rana. | Sachiel. |
| 7 Ourer. | Anael. | 7 Netos. | Samael. |
| 8 Tanic. | Raphael. | 8 Tafrac. | Michael. |
| 9 Neron. | Gabriel. | 9 Saſſur. | Anael. |
| 10 Iayon. | Caſſiel. | 10 Aglo. | Raphael. |
| 11. Abay. | Sachiel. | 11 Calerna. | Gabriel. |
| 12. Natalon. | Gabriel. | 12 Salam. | Caſſiel. |

*Dies Iouis.*

| *Horæ diei.* | *Angeli horarum.* | *Horæ noctis.* | *Angeli horarum.* |
|---|---|---|---|
| 1 Yayn. | Sachiel. | 1 Beron. | Gabriel. |
| 2 Ianor. | Samael. | 2 Barol. | Caſſiel. |
| 3 Naſnia. | Michael. | 3 Thanu. | Sachiel. |
| 4 Salla. | Anael. | 4 Athir. | Samael. |
| 5 Sadedali. | Raphael. | 5 Maton. | Michael. |
| 6 Thamur. | Gabriel. | 6 Rana. | Anael. |
| 7 Ourer. | Caſſiel. | 7 Netos. | Raphael. |
| 8 Tanic. | Sachiel. | 8 Tafrac. | Gabriel. |
| 9 Neron. | Samael. | 9 Saſſur. | Caſſiel. |
| 10 Iayon. | Michael. | 10 Aglo. | Sachiel. |
| 11 Abay. | Anael. | 11 Calerna. | Samael. |
| 12. Natalon. | Raphael. | 12 Salam. | Michael. |

*Dies Veneris.*

| *Horæ diei.* | *Angeli horarum.* | *Horæ noctis.* | *Angeli horar.* |
|---|---|---|---|
| 1 Yayn. | Anael. | 1 Beron. | Samael. |
| 2 Ianor. | Raphael. | 2 Barol | Michael. |
| 3 Naſnia. | Gabriel. | 3 Thanu. | Anael. |
| 4 Salla. | Caſſiel. | 4 Athir | Raphael. |
| 5 Sadedali. | Sachiel. | 5 Maton. | Gabriel. |
| 6 Thamur. | Samael. | 6 Rana. | Caſſiel. |
| 7 Ourer. | Michael. | 7 Netos. | Sachiel. |
| 8 Tanic. | Anael. | 8 Tafrac. | Samael. |

9. Neron.



| | | | |
|---|---|---|---|
| 9 Neron. | Raphael. | 9 Saſſur. | Michael. |
| 10 Iayon. | Gabriel. | 10 Aglo. | Anael. |
| 11 Abay. | Caſſiel. | 11 Calerna. | Raphael. |
| 12 Natalon. | Sachiel. | 12 Salam. | Gabriel. |

*Dies Saturni.*

| *Horæ diei.* | *Angeli horarum.* | *Horæ noctis.* | *Angeli horar.* |
|---|---|---|---|
| 1 Yayn. | Caſſiel. | 1 Beron. | Raphael. |
| 2 Ianor. | Sachiel. | 2 Barol. | Gabriel. |
| 3 Naſnia. | Samael. | 3 Thami. | Caſſiel. |
| 4 Salla. | Michael. | 4 Athir. | Sachiel. |
| 5 Sadedali. | Anael. | 5 Mathon. | Samael. |
| 6 Thamur. | Raphael. | 6 Rana. | Michael. |
| 7 Ourer. | Gabriel. | 7 Netos. | Anael. |
| 8 Tanic. | Caſſiel. | 8 Tafrac. | Raphael. |
| 9 Neron. | Sachiel. | 9 Caſſur. | Gabriel. |
| 10 Iayon. | Samael. | 10 Aglo. | Caſſiel. |
| 11 Abay. | Michael | 11 Calerua. | Sachiel. |
| 12 Natalon. | Anael. | 12 Salam. | Samael. |

Illud autem obiter notandum, primam horam diei ubilibet gentium & quocunque tempore aſſignari ſoli orienti, ubi primum apparet in horizonte oriente: primam autem horam noctis eſſe, decimamtertiam à prima hora diei. Sed de his hactenus.

F I N I S.

DE

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

# DE SPECIEBVS MAGIÆ CEREMONIALIS QVAM GOETIAM vocant, Epitome per Georgium Pictorium Vigillanum, doctorem medicum, nupetrime conſcripta.

## *DE NECROMANTIA, MAGIÆ PRIMA ſpecie.* CAP. I.

*Magia quatuor habet capita.*

Hieronymus Cardanus, vix ex aſſe philoſophus, quarto libro de vera ſapientia, Magiá hoc eſt dæmoniacam ſapientiã, quatuor habere capita ſcribit, & omnia ſatis colubrina. Aſt quia divinationem, ſuperſtitionis ex diabolo conceptam ſobolem, virulentiꝰ caput cæteris quidã arbitrãtur, ob malorum fortaſſis exitioſam operationẽ, quę huic potiſſimũ ſociatur: per Epitomem quãdam divinationis in hũc finem attentabimus virulentas ſpecies, ut in hac re perfectiorib. altiora ſcribẽdi deponamus repagula. Primò Necromãtiam in manus ſumentes, quæ Claudio Neroni ſic in deliciis eſt obſervata, ut nullã huiꝰ artis ſpeciem maioris fecerit. Necromantia igitur à mortuorum cadaverib. reſponſa elicit, & multos ante mortuos vitæ reſtituit. Non equidem ex ſanctorum Patriarcharum, Adæ, Abel, Abraham & aliorum (ut Necromantici mentiũtur) libris, vel angelorum ſelectorum ſcriptis: ſed Stygiorum ſaltem carminũ medio ſeu infernaliũ invocationum violentia, vel ſacrificiorum ferialium exactiſſimo robore. Qua ratione a. Euchetæ & Gnoſtici per Kalẽdas Aprilis, quod in hanc rem tempus ſelectiſſimũ noverunt, negotium aggrediantur ut voti compotes eſſe queant, Crinitus vir doctꝰ & eloquens, ſept. lib. ſcribit de Honeſta diſciplina 4. cap., & Homerus primo Illiados, cuius verba huc adponere minime gravabor. Nam ſic habent, Ibi victimas Perimedes & Entilochus tenebant. Ego autam enſem acutum trahẽs de fœmore, foveam fodi cubitalem in omnes partes, circa ipſam a. fundimus inferias omnibus mortuis, primùm de mulſo, deinde de vino, tertio de aqua, deinde albas farinas commiſcui. Multum autem venerabar infirma mortuorum capita acſi aliquando in ſterilem Ithacam rediiſſem, me domi optimo bove

*Divinatio deterius caput.*

*Necromantia proprietas.*

*In Calendas Aprilis differendum Necromant. negotium.*

*Necromantia celebris ex Homero ritus. 9. Odyſſea.*



ſacram facturum eſſe, & rogum bonis impleturum: Thyreſiæ a. præcipuò me nigram ovem ſacrificaturum eſſe, quæ in noſtris gregibus eſſet præſtãtiſſima. Poſtquam autem preces finivi mortuos allocutus ſum. Deinde pecudes excoriavi, & in partes ſecui: in foveam a. fluebat ſanguis niger. Et animæ mortuorum ex Erebo cõgregabantur, puellæ innuptæ pueri, ſenes, ærumnoſi, virgines teneræ, adhuc recentem luctum ſuſtinentes. Hæc Homerus. Per hanc artem apud Lucanum Erichthonem veneficam mortuum ſuſcitatum ſcribitur, qui Pharſalici belli eventum omnem S. Pompeio certiſſimo vaticinio prædixerit. Et Herculem ex tumulo ſic Alceſtim evocaſſe fama eſt, quæ poſtea diu ſupervixerit. Necnon Tyanenſem Apolloneum mortuã puellam hoc modo reſuſcitaſſe Philoſtratus habet. Sunt tamen qui Necromantiam in duo membra diſſecant: Necyomantiam quidem & Scyomantiam: atq; Necyomantiam eam eſſe ſpeciem dicunt, quæ proſtrata cadavera, certis dæmonum piaculis nõ ſine ſanguine, erigat. Sicq; Higinio teſte, Aeſculapii vi Glaucum à Iovis fulmine ictum, revixiſſe dicunt, & Hyppolitum, Maro ſcribit. Sed Scyomantiã, in qua ſola umbræ ſufficiat evocatio, per quam, ut Orpheus dicit, Hymeneus revixerit, & Capneus Heliochoro doctore, & Androgeus, ut Propertius habet.

*Qui per Necromantiam revixerint.*

*Necyomantia.*

*Scyomantia*

## *De Antropomantia.* CAP. II.

ANtropomantia uſus eſt multum Heliogabalus, humanæ naturæ portentum, quod turpiſſimæ vitæ Imperator fuerit, ut Lampridius de eo ſcribit. Hæc coniurationibus, ſuffumigationibus, & ſignaculis præmiſſis, puerorum, pro victimis, exta, ut ex his quæ vellent, præſcirent, maxime poſtulabat. Prælatus Imperator huic divinationi tam horridæ, principium dediſſe fertur, ſed denuò initium malum, malum eventum protulit, nam crudeliter excarnificatus, in latrina occiſus, inſepultus iacuit, abrogatis ex toto omnibus illius publicè ſtatuis & actis.

*Heliogabalus huius ſpeciet invẽtor.*

## *De Leconomantia.* CAP. III.

ANtropomantiam Leconomantia ſequitur, tertia divinationis ſpecies, ubi propter fraudulentam dæmonis vanitatem, una tam ſimilis eſt alteri, quam nec eſt ovum ſimile ovo. In hac igitur ſpecie aquam per epodon Leconomãtici exorciſant, in pelvim hanc mittendo, ut dæmonem ſubmergant aliquem: qui modo reſideat in fundo, & modo ſe erigat in al-

in altum, ut videatur, & ſtratagemati fidem faciat, & autoritatem. Qui item quandoque luſitet, ſibilumque perexilem effutiat, ſed imperfectum, vel ſignificationis exortem, quem tandem ſic reiteret, ut aſtantes ad quæſita reſpondentem, tametſi obſcure, intelligant. Ideò tamen obſcure, quod Hermolaus Barbarus, teſtis auditus, dæmones ferme omnes vocem habere pertenuem docet, ne ab omnibus audiantur, & citius fallant. Eſt magna huius ſpeciei vanitas, ſed Gaſtromantiæ, de qua nunc mentio fiet, in re nulla minor.

### *De Gaſtromantia.* CAP. IV.

ALecomantia in hoc diſſidet Gaſtromantia, quod in hac Gnoſtici quæſita audiunt, in illa quicquid præſto eſt oculis vident, vaſis enim vitreis rotundis, & aqua plenis, circumponuntur cerei accenſi, obmurmurata prius evocatione, partim intellecta, partim non intellecta, ac puer impollutus, ſeu prægnans adhibetur, ut aquam inſpiciat, & quæſitarum rerum in ea formas percipiat. Imagines enim apparere manifeſtiſſime in ea dicuntur, non diſſimilis hæc divinitionis ſpecies noſtratium ſycophantarum, & diabolicarum vetularum, eſt incantationi, quando ex ſitula aqua repleta, numum argenteum, certis quibuſdam præſtigiis præmiſſis, exilire faciunt, qui vel divum Ioannem, Apollinarem, Valentinum, ſeu Antonium, aut ſanctam Barbaram vel Hunam, huius vel alterius morbi cauſam eſſe prodat. Tametſi hæc illorum aſſerta à noſtro Chriſtianiſmo vel dis diapaſon diſtent, qui tener omnes in Chriſto dormientes, ſingulis qui in vivis ſunt bene velle & optime precari. Dormiunt hic profecto noſtrarum eccleſiarū myſtæ, qui nō tātis ſycophantiis illicitis, ex analogio acerbiſſimé obloquuntur, aut ſi clamando non ſufficiunt, negotium Areopagitis obticent.

*Qua gaſtromantia utamur in Alſatia.*

*Buſſentalernit zuduld.*

### *De Captromantia.* CAP. V.

Captromantia item divinationis eſt ſoboles, quæ ſpiritus aëreos, in pelvim quoque aqua redundantem, ſpeculo tamen ſubiecto, & tempore in hoc ſelecto, ritibusque certis additis, ſolerter cogit, ſicut puellus caſtitate pollens, aut mulier gravida, quæ à conceptione nondum menſem nonum attigerit, aſtans, rerum quarum Captromantici inquiſitionem habere cupiant, notas viſu per ſpeculum excipiant, & ipſis pandant. Hoc veſaniæ genere poſt Septimum Severum, Didium Iulianum Imperatorem maxime uſum hiſtoriæ habent. inde

*Capromantia Didius Iulianus uſus.*



indeque omnia quæ illi contigerunt, ad unguem, quod dici ſolet, prævidiſſe.

Juxta Patras Minervam habuiſſe templum fama eſt, cum fonte ad hanc rem paratiſſimo, ſi enim in hunc ab ægro dimittebatur ſpeculum, factis piaculis, & dejerationibus, æger ſic præſtò comparebat, qualis ad finem ſui morbi futurus erat, vel ſanus, vel mortuus. Et fons ſimilis fuit Achajæ Fatidicus ante Cereris templum, ubi quoque de ægrotorum ſucceſſibus inquiſitio habebatur. Nam ſpeculum tenui funiculo uſque ad ſupremas fontis aquas, ſenſim demittebant, ſupplicationibus & ſuffitibus factis, ut morbi eventus ſeſe totum in ſpeculo manifeſtaret.

### *De Onimantia.* CAP. VI.

ET Onimantia ex præfatarum ſpecierum albo eſt: Onimantici enim fuligine & oleo pollicis unguem, vel manus volam, ſeu palmam in puero tenello, tacito ſuſurramine verborum accedente, illinunt, ut hinc ſpectra videant, aut imagines pro ſua re convenientes, quas puer denuò prodat. Cardanus unguem ſeu volam ſoli exponendam cenſet, ut ex reflexione radiorum imagines, & diverſi colores emergant, puero viſibiles.

### *De Hydromantia.* CAP. VII.

ATque in Hydromanticis reciprocus cernitur, dum opera dæmonum hi utuntur, & dæmones opera Hydromanticorum. Nam trifariam aquę medio credulis imponunt. Primò enim aqua cyathus impleatur, & deſuper annulus filo, tacitis & multis verbis prius muſſitatis, per digitum tenetur, ac res quæſita petitur, qui ancipiti voluntate, cyathi margines percutit, & conſtitutis ictibus non ſine aſtantium admiratione quæſita prodit, cum planè hic admiratione dignum nihil reperiatur, & apertiſſimus dolus, ſeu fraus maximè haberi debeat. Si enim clavo filum cum annulo adpoſueris, ut nihil vacillet, nihil quoque percutit. Hoc dolo aliquando Mangones ut ipſe notavi, quum Turcoim aut Draconiten lapidem artificialem, pro naturali draconite divendere ſtatuiſſent. Annulum enim gemmatum, ratione ut dictum eſt, ſuſpendebant, argumentum elicientes probæ mercis. Nam ſi ictibus horas oſtendiſſet, veram prædicabant gemmam, & orientalem; ſi minus, vitium eſſe volebant, ſeu artis lapidem. Ubi tamen facilè credendum erat filum dirigi poſſe digito, ut omnes

*Hydromantia modus.*

Turcoim einen Türckis zu probieren.

*Secundus hydrom. modus.* orientales eſſe prodat. Secundò in aquam ſilentem, etiam verbis conceptis, tres injiciunt ſilices, ac ex orbibus implicitis, quos faciunt, veritatem quæſitorum quoque eruere gloriantur. *Tertius modus.* Tertiò, fontes ſibiipſis eligunt, qualem Lacedæmonibus unum fuiſſe conſtat. Inon nomine, in quos Planetarum, ex frumentis ad hoc ritè deſtinatis, partes ſubmergunt, ut fortunium hinc, aut infortunium prognoſticent, quæ omnia mera ſunt deliramenta, ſeu dæmonum, quibus ſimplices illaqueent, retia.

*Quartus modus.* Addunt etiam quidam Hydromantiam vaticinia dediſſe per impreſſiones aqueas, illarumque fluxus & refluxus, excreſcentias & depreſſiones, tempeſtates & colores. Item per viſiones quæ in aquis cernantur, velut M. Varro teſtatur, quando puerum quendam in aqua ſe vidiſſe ſcribit, qui centum & quinquaginta carminibus omnem Mithridatici belli eventum prædixerit. *Pompilij hydromantia.* Numa Pompilius etiam hydromantiam ſingularem obſervavit, per quam Deorum imagines ex aquis, ut futura prædicerent, elicuit. Hæc de Hydromantia.

## *De Geomantia.* CAP. VIII.

GEomantia ex terræ motibus ſortem faciebat, ex ejuſdem crepitu, tumore, ſciſſura, tremore, voragine, exhalationibus cæteriſque in ea impreſſionibus factis. Hujus artis author primus Almadal Arabs extitit. *Almadal Geomantiæ inventor.*

Joannes Franciſcus Princeps Mirandulanus, ab hac aliam Geomantiam in libr. 6. de rerum prænotione diris explodit, quæ per ſingula tumultuariè in terra facta, oracula dabat: ſeu per terrarum hiatus, vel harenarum medio, hinc inde ſparſum, quas, ne quid perſuadendum deeſſet, ſecum Geomantici in ſcriniis ſuis portabant. Hujus divinationis ſpeciei idem Princeps meminit, 2. ſuorum hymnorum, in hæc verba:

*Atq; frequens bibulam mucro cùm pungit harenam.*

## *De Pyromantia.* CAP. IX.

PYromantia per ignem facta eſt multifariam, aut enim per impreſſiones igneas iſtam celebrabant Euchetæ, vel per ſtellas caudatas, ſeu igneos colores: item per viſiones & imaginationes in imagine. *Miraculum de Ciceronis uxore.* Sic Ciceronis uxor, illum ſequenti anno conſulem futurum prædixit, eò quòd, cum quædam poſt peractum ſacrificium, in cineribus perſpicere vellet, flamma repentè exilivit. Et ſic Tanaquil Tarquinii Priſci uxor, videns flammam lambere Servii Tullii caput illum Romanorum regem futurum prædixit. Quidam ſacrificio peracto, victimam in ignem



in ignem projiciebant, quam ſi conſumptam perſpexiſſent, feliciſſimum eventum promittebant, ſin minus, eamque ignis reſpuiſſet, infeliciſſimum. *Alia Pyromantia.* Alii ex tedis pice illitis, acceuſis, & certis characteribus ſignatis, futurorum ſortiebant gnomonem, ſi enim in unum coiiſſet flamma, res benè caſuras dicebant: ſi diviſa comparuiſſet & lambens, malè: ſi tricuſpidem dediſſet ſurgentem in altum, gloriam divinabant: ſi variè diſperſa, in ægro mortem, non ægro morbum: ſi penitùs extincta, periculum: ſi crepitans, infortunium. Apolloniaten ea Magices ſpecie maximè uſum hiſtoriæ docent.

## *De Aëromantia.* CAP. X.

AEromantia ex aëre conjurato ſua dabat oracula, ab Oriente bonum indicans, ab Occidente malum, à Meridie quæ non manifeſta forent, à Boreali plaga ſaltem obſcura, ab his quatuor indifferenter pruinas offerens, Irides, nebulas, grandines, ventorum procellas, & portentoſas pluvias, ut vel inde ſuas captent Aëromantes indicationes: id quod factitatum eſt, quando in Lucanis ferro pluiſſe fertur. Ex quo M. Craſſi in Parthis interitum interpretati ſunt Aëromantes: quando, ut Liv. ſcribit lib. 1. de ſecundo bello Punico in Piceno agro lapidibus pluit, unde ſtragem prædixerunt quam Hannibal Italiæ intulit.

Ab hac item Cardanus aliam ponit Aëromantiæ expeditionem. Plicatam enim mappam Aëromantem ſincipiti applicare ſcribit, cui ſuperponat cyathum aqua plenum, qui magna verborum muſſitatorum vi, primò in ampullas diſſolvatur, & denuò inſenſibiliter evacuetur, ut hinc Gnoſticis negotium faceſſat.

## *De Capnomantia.* CAP. XI.

INter divinandi ſpecies, Capnomantia etiam locum occupat, quæ Latinis divinatio per fumum dicitur. Nam an fumus in orbem volvatur, vel in obliquum flectatur, ſeu in rectum condenſetur, ſumma capnomantis erat obſervatio, ut inde quæ futura fierent prædiceret. Statius Pampinius prææleganti carmine in ſua Thebaide, cùm de Menecei cæde ſcribit, hujus divinationis recordatur;

*Vincatur pietas, inquit, pone eis altaria virgo,*
*Quæramus ſuperos, facit illa, acieq; ſagaci,*
*Sanguineos flammarum apices, geminumq; per auras,*
*Ignem & clara tamen media faſtigia lucis*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*Orta docet, tunc in ſpeciem ſerpentis inanem*
*Ancipiti gyro volvi frangiq; rubore*
*Demonſtrat dubio, patriasq; illuminat umbras.*

Hæc Petrus Crinitus habet lib. de honeſta diſciplina 23. cap. Sed Cardanus in prunas ſemen Capnomentes ſparſiſſe ſcribit, vel papaveris nigri, vel ſiſami, carminibus quibuſdam luctuoſis prius muſſitatis, ut inde puer mundus, ſeu gravida mulier, figuras varias ipſis viſibiles conciperent, quæ divinandi ſcopum haberent. Quidam ex victimis, ſeu earum inteſtinis ſuper prunas poſitis, fumum eliciebant, qui ſui præſagii teſſeram reddebat, quam tamen vanitatem ethnicus quiſquis fuerit ex medio tollendam monet dicens:

*Thure Deum placa, vitulum ſine creſcat aratro.*

## *De Cæromantia.* CAP. XII.

CÆromantia ex Thurcia emerſiſſe conſtat, rem valdè ſuperſtitioſam. Cæromantes enim facta evocatione cæram per ignem in aquam decidere facit: ut hinc ſingulares oriantur figuræ, quarum tres eminentiores baſis & fundamentum eſſent, ſi cum paleis æquas illarum feciſſet diſtantias vel intervalla: ſic enim quicquid quæſitarum volebant, impetrabant. Noſtrates vetulæ diabolares alia via rem tentant, maximè ſi cœli numina, hoc eſt, ſanctos Dei electos, qui iſtis nihili hominibus non obtemperant, evocare ſtatuunt, ut ſe iſtum vel alium hominem læſiſſe prodant, licet Eudæmones ſint, minimè lædentes, ac non harum vetularum genitores leonis inſtar rugientes. Cæreos enim tot accendunt ad omnem dimenſionem pares, quot ſanctos læſores impiè ſuſpicantur, ac cuique cæreo ſuum appropriant ſanctum, ut is ſe læſorem prodat, cujus cæreus primo igne conſumptus cernatur: Iò Pæan ad corvos cum his veneficiis.

## *De Ichtiomantia.* CAP. XIII.

CUi non ludibrio eſſet Ichtiomanticorum omnibus modis explodenda vanitas: dum piſces ſibi Doctorum loco eligunt, qui omnia quæ videnda aut facienda ſint indicent, non conſiderantes piſces evitare non poſſe, etiam quæ præ oculis vident, & maximè timent, retia quippe & hamum. Ad hoc autem ſcribit Atheneus, in Lycia propè Lucum Apollinis eſſe foſſam nomine Dina, in quam Ichtiomantes preculis additis, decem fruſta carnis coctæ projecerit piſcibus edulium, ut ab eorundem forma, augurium capere poſſet. Item in alterna parte



parte Lyciæ juxta Myram lacum, in quo piſces ſumpta eſca, fœlicem ſucceſſum demonſtrarint: rejecta infauſtum. Item inter Myram & Phellum fontem idem ſcribit, in quo ex piſcium natura, forma, motu, vita, & cibo divinare conſueverint. Quidam ex piſcium extis aruſpicinam fecerunt, & maximè Polydamantes & Tareſias.

## *De Onomantia.* CAP. XIV.

PRopria nomina Magicis operationibus plurimum neceſſaria Magi teſtantur fermè omnes. Hinc item legimus apud Philoſtratum, quod cùm Romæ puella quædam nuptiarum die mortua Apollonio oblata eſſet, contacta virgine nomen ejus accuratè inveſtigaſſe, ac eo cognito, aliquid occultum pronunciaſſe, quo puella ſtatim revixerit. Erat etiam ut quidam ſcribunt, Romanis in ſacrorum ritu obſervatio, ut cum urbem obſiderent aliquam, ejus nomen, nomenque illius Numinis in cujus tutela eſſet urbs illa, diligenter exquirerent: quibus cognitis, carmine quodam tunc ejus urbis tutelares Deos evocarent, urbemque ipſam habitanteſque devoverent, atque ſic tandem abſentibus Diis devincerent.

Hoc Maro quoque voluiſſe creditur dicens:

*Exceſſere omnes, aditisq; relictis*
*De quibus imperium hoc ſteterat.*

Evocationis hujus carmina Livius habet & Macrobius, ſed altera quoque divinationis Onomantia, in uſu viguit, cujus noſtrates hodierno die frequenter utuntur arte ex hac Icon ſortem colligentes.

Magna ex hoc divinationis genere Onomantes credulis promittunt. Nam mortem præſagiunt ægrotantibus aut vitam benè habentibus futurum morbum aut commorantem ſanitatem: proſpera obtinentibus, bonam fortunam. Sed hoc modò intelligimus Onomanticam iconem. Primò conſiderabimus Lunæ ætatem juxta dierum ſeriem, numerumque aſcribimus, hinc primam literam proprii nominis, cum ſuo numero in primo circulo poſito, ejus de quo quærimus, quem priori accumulamus. Denuò item diei numerum quo ægrotare incœpit, ſive Solis ſit dies ſive Lunæ, aut alius: ex quibus omnibus per ſpeciem Arithmetices, quam additionem vocamus, aggregatum facimus, ac toties de numero aggregato, per ſubtractionem triginta ſubtrahimus, quoties in numero dante conceditur, ac de numero ſuperſtite in medio quatuor circinorum ſeu plano, de hac re quam volumus, præſagium



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

colligimus. Adſcribunt quidam hanc tabellam Pythagoræ, ſed facilè credendum eſt, hunc tam magnum virum hujus tam ſtolidæ rei puduiſſe, vel tam inſulſæ potius artis quæ omninò ſine arte eſt. Hanc Magiæ ſpeciem Arithmantiam quoque nominant quidam, quòd ex numeris conſtet.




### *De Thephramantia.* CAP. XV.

THephramantia cineris rationem habet, ſui enim Gnoſtici, à cinere ad auram expoſitio quæ volebant exorciſationibus additis mentiebantur. Nam quærentis & quæſitæ rei nomen huic inſcribebant, præſagium ex literis facientes, quæ in verba coalerent quæſita declarantia.

### *De Botanomantia.* CAP. XVI.

BOtanomantici ſalviæ folia pro ſcopo ſuæ divinationis habebant, in quæ & quærentis, & etiam quæſitæ rei nomen inſcribebant, ſortem ſub divo clam obmurmuratis verbis, adeò



adeò certam facientes, ut furtum & furem dæmonum cura oſtenderent.

### *De Sycomantia.* CAP. XVII.

SYcomanticis fici folium baſis ſuæ divinationis erat, verbis enim Necromanticis folium hoc in philtratum, quæſitarum ſtatim rationem reddere credebant: quum citò exaruiſſet, dirum fuerat oſtentum, ſi tardius, auſpicatum.

### *De Axiomantia.* CAP. XVIII.

AXiomantia ſecuri perficiebatur hoc modo, trunco, rotundo ligno, infigebant ſecurim, deinde perpendiculo aptantes, ſub cujus nomine, vel levi impulſu circumageretur, illum culpæ reum fore ajebant. Joannes Franciſcus Princeps Mirandulanus, per ſecurim in aquam projectam, Axiomantiam factam teſtatur, ex motu enim quem ſecuris fecerat in aqua, futura perquirebant.

### *De Libanomantia.* CAP. XIX.

APud veteres Apollionetas id obſervatum erat, ut ſi thus igni additum, hocque ignis avidè ſumpſiſſet, quod fœlicem hinc cogitarent eventum: ſi refugeret, abominandum. Libanomantia tamen ſciſcitari quicquam de morte, nuptiis & nuptialibus minimè licuit.

### *De Chyromantia.* CAP. XX.

CHyromantia divinationis ſpecies eſt, quæ per linearum manuum inſpectionem celebratur: id quod Juvenalis indicare videtur ſatyra ſexta, dicens: Frontemque manumque præbebit fati. In vola enim manus ſeptem (pro numero Planetarum) colles effingunt Chyromantici, atque ex his ſuis piaminibus præmiſſis, futura præſagiunt, tam certa ut iſtis qui hæc deliramenta exercent, velut Cicero ait, ſemper egeſtas imperet, primo libro divin. Ad hanc ſpeciem Metopoſcopia quoque pertinere videtur, quæ ex frontis inſpectione ſortes dabat.

### *De Coſcinomantia.* CAP. XXI.

HUc etiam Coſcinomantia ſcribenda venit, quæ dæmone urgente, per cribrum divinationem ſuſcitari docet, quis rei patratæ author ſit, quis hoc commiſerit furtum, quis hoc dederit vulnus, aut quicquid tale fuerit. Cribrum enim inter duorum aſtantium medios digitos, per forcipem ſuſpendunt, ac dejeratione facta per ſex verba, nec ſibi ipſis, nec aliis intellecta, quæ ſunt: DIES MIES JESCHET, BENE-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

DOEFET, DOWIMA, ENITEMAUS, dæmonem in hoc compellunt ut reo nominato (nam omnes ſuſpectos nominare oportet) confeſtim circumagatur, ſed per obliquum inſtrumentum è forcipe pendens, ut reum prodat: iconem hîc ponimus.



Annis ab actis plus minus triginta, ter hujus divinationis genere ſum ipſe uſus, primò furti patrati cauſa: ſecundò propter rete, vel caſſes quibus aves capiuntur à quodam invido mihi diſſectos. Et tertiò amiſſi canis mei ſtudio, ubi ſemper pro voto aleam cecidiſſe comperi, in poſterum tamen quievi, timens ne dæmon, veritate qua præter naturam, in me uſus fuerat, os mihi ſubliniret & amplius ſeducendo illaquearet. Hanc divinationem cæteris arbitrabantur veriorem, ſicut etiam Eraſmus ſcribit in Proverbio: Cribro divinare.

## *De Aruſpicina.* CAP. XXII.

*Italia aruſpicina maculata.*

QUamvis aruſpicina ad præcedentes veterum, & quorundam noſtratium vanitatẽ pertinere videtur, Herodianus tamen octavo ſuarum hiſtoriarum libro, per hanc totam Italiam



liam deluſam ſcribit, dum ſubinde hac uſam paſſim notatur. Eam exercentes Aruſpices vocantur, in hoc laborantes ut exta pecudum inſpiciant, velut cor & hepar eſt, potiſſimum hoc tempore quo caſtra locare, ſeu civitates condere, vel alias res graves in manus ſumere ſtatuiſſent. Si etenim ea ſana repeririſſent, loci ſeu rei bonitatem divinabant, ſin minus, malitiam: quum lapidoſa, marcida vel macilenta, aut penitus nulla, peſſimum habebant præſagium, id quod Julio Cæſari contigit, qui eo die quo auream occupavit ſellam, cor in bove mactato non reperit, ex quo aruſpices infortunium prædixerunt. Nam ſtatim illius interitus ſubſequutus eſt, ſicut Apianus lib. 2. de bello civili ſcribit. Hoc ſuperſtitionis genus apud Hetruſcos primò inventum, Cicero primo divinationum oſtendit: aranti enim cuidam in agro Tarquinienſi ac ſulcum altius imprimenti, ſubitò è terra quendam illi apparuiſſe quem Tagim nominârint, idem docet, qui poſtea univerſam aruſpicinam in Hetruria edocuerit. Plinius 7. lib. cuidam Delpho inventum adſcribit. Continet hæc etiam Oſtenta, hoc eſt, ea quæ præter naturam eveniunt, ſicut in exercitu Xerxis contigit, quando in Europam trajicere ſtatuerat, Herodoto teſte 7. libro, ubi bellicoſiſſimus equus leporem timidiſſimum animal peperit. Ex quo aruſpices exercitus fugam prædixerunt.

*Aruſpices qui.*

*Iulio Cæſari infortunium prædictum.*

*Aruſpicinæ quis inventor.*

*Oſtentum quid.*

## *De Auſpicio.* CAP. XXIII.

IN auſpicio avium obſervârunt volatus, & numerum quoque. Cui ſuperſtitioni Romuli & Remi non ſolùm de urbis omine, ſed & de regno contentio autoritatem fecit. Hetruſci huic divinationi dederunt initium, quæ poſtea per totam Italiam viguit, cum ſelectiſſimo quoque augurandi ritu, qui non minoris extitit vanitatis, ſed authoritatis perexiguæ. Augures enim in hoc pullos incluſos alebant, ut ex eorum eſu, fortunium aut infortunium præſagirent. Si enim alacriter comediſſent, fortunium erat, ſi minus, infortunium, & ideò infortunium, ut L. Papirius adverſus Samnites ob id malè pugnaſſe crederetur. Tamen quanta illis omnibus fides danda, Moſſolanius Judæus apud Joſephum antiquitatum, perſpicuè monſtrat. Hic enim cum in expeditione quadam eſſet, & vates quidam, dum iter facerent, ſtatim juſſerit omnes conſiſtere, quoad ex ave, quæ in proximo erat, augurium captaret, tacitus ſumpto raptim arcu, ac emiſſis ſagittis, avem interemit. At vate, ac nonnullis aliis, id iniquo animo ferentibus, quid æ-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

grè fertis, inquit, mali dæmones? hæc enim avis de ſua ipſius ſalute neſciens, quomodo noſtri itineris eventum nobis potuit prædicere. Si enim præſciviſſet Moſſolanus ſagittas, ſuo garritui fuiſſet credendum.

## *De Ominibus.* CAP. XXIV.

EX Ominibus reipublicæ quandoque bona eveniſſe legimus, quoniam aliquo religionis contactu, non fortuito motu, ſed divina providentia inventa arbitrantur, & non raro velut incitamenta fuiſſe legimus, fortibus ut fortiores efficerentur: id quod in P. Æmilio factitatum hiſtoriæ produnt. is enim exercitum ducturus adverſus Perſam Macedoniæ Regem, à filia ſua Tertia nomine, omen ſortitus eſt. Nam cum domum veniens, lachrymantem inveniſſet, & fletus rationem ſciſcitatus eſſet, reſpondit Perſam obiiſſe. Habuerat autem catulum Meliteum puella, quem innuerat, hujus omnis, quæ verba auguribus ſtatim interpretanda propoſuit, qui Perſam Regem victurum interpretati ſunt: unde miles animoſus, tantam in ſe victoriæ recepit ſpem, quòd neque T. Livium, neque Valerium Maximum, puduerit, eum viris connumerare æterna memoria dignis.

## *De Somniis.* CAP. XXV.

QUanti ſomniorum faciendi ſint interpretes, dilucidè Phavorinus oſtendit philoſophus, his verbis: Si proſpera dicunt ſomniorum interpretes, & fallunt, miſer es fruſtra timendo. Euſebius ad nulla prodeſſe ſcribit ſomnia & ſaltem ad fallendum inventa, vel propter ſuperſtitionem, errorem, vel ad quæſtum: ea quoque Catullus his verbis explodit:

*Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,*
*Et pavidas mentes falſa timere jubent.*

## *De iſtis qui ſtolidæ plebi, ſuperſtitionibus & ſignaculis imponunt.* CAP. XXVI.

ISTis omnibus & eos addendos optimo jure cenſemus, qui ſtolidæ plebi vanis ſuperſtitionibus imponunt, & preculis quibuſdam obmurmuratis, minimeque intellectis, ac herbis magicis, certo tempore, certiſque ceremoniis collectis, aut effoſſis, vulgaribus ſic illudunt, ut eos penitus quocunque volunt nare trahant. Qui item monſtroſis aliquibus characteribus vel ſignaculis tantum attribuunt potentiæ, ut horum adminiculo ſe tutos domi foriſque ſperent, cominus & eminus, ab incendio, aqua, hoſtibus viſibilibus & inviſibilibus, telis ac vulneribus. Hæc tametſi vanitas eſt immenſa, & nomini non

vana



vana perſpicienda, mordicus tamen eam damnantibus oppugnant, aſſerentes divinitatis quandam eſſe harmoniam, ſola revelatione deſuper acceptam, ut fœdus ſit inter nos & ſuperos: ſignaculis id maximè probantes, unum Conſtantino datum, & aliud Antiocho revelatum in figura pentagoni, hoc modo. Horum ſignaculorum fiducia, & virtute, utrumque Regum inſignem contra hoſtes victoriam reportaſſe ferunt. *Conſtantini & Antiochi ſignaculum.*




Quæ item gerentibus ſanitatem tribuant, & adverſus omnia prædicta defenſoria haberi poſſint, reclamantibus Chriſti eccleſia, & maximorum eccleſiæ doctorum aſſertis, potiſſimum Thomæ ſecunda ſecundæ, quæſtione ſeptima, qui characteres & ſignacula magnos quandoque effectus habuiſſe admittit, ac virtutes vix proferendas, at non à conſtellationibus cœleſtium, vel à ſupereminentis Dei virtute, ſed Dæmonum fortuitorum tenebroſa operatione. *Characteres ſunt confœderationes dæmonibus.* Averrois adverſus Algazelem ſcribens, magicos characteres & ſigna prorſus nihil eſſe affirmat, niſi in quantum cum dæmonibus ſunt confœderationes. De preculis quorundam non intellectis, non eſt quòd multa dicamus, ſiquidem quivis, etiam Chorœbo ſtultior, errare eas intelliget, dummodo verborum officium noverit, atque ſermonis, ut interiora mentis enuncient, ac de penetralibus cogitationum depromant: & voluntatem loquentis apertè pandant. *Officium ſermonis & verborum.* Nam ſi verba precantis enunciativa eſſe nolimus, quod inter hominem rationalem, & animal

brutum,

brutum, interſtitium erit? quod etiam mentalem habet intellectum, ſed minimè enunciativam rationem.

*Exorciſmus Varronis.*

M. Varro adverſus coxendicem precatione uſus eſt, minimeque enunciativa, etiam non Ædipo exponenda minimeque proficua. Quid enim aliud eſt Siſta, Piſta, Riſta, Xiſta, ultimo de re ruſtica, quã quod diximus, tali viro impudentiſſimus error?

*Contra dentium dolorẽ.*

Quid terin magno dentium cruciatu, Anaſageus, dixiſſe, Anaſageus, Anaſageus, & framea dentem tetigiſſe doloroſum, ſtatimq́; juxta Baptiſterii pavimentum eandem intruſiſſe, quàm deliriũ, ac cum dæmone arctiſſima quædam confœderatio?

*Radix Cicorij cum ſolennitate eruendi.*

Ubi non aliter de radice ſentiendum eſt Cicorii, quam ſaltem aurora nondum accelerante, in die Joanni Baptiſtæ ſacro, exacta ſolennitate, cum auro & argento flexis genibus tangunt, ac ferro per gladium Judæ Machabæi exorciſatam, multis ceremoniis ex terra eruunt, quam ipſe puer adhuc, modo quo dictum eſt, effoſſam, in finem notavi, ut ſecum portantem ab omnib. tueatur adverſitatibus, ab igne, aqua, gladio, hoſte, telis, machinis, & etiam à morte.

*Mandragora quomodo effodienda.*

Neque pluris mandragoræ uſum fecerim, quàm tribus circulis, mucrone ſtricto circumſcribendam Plinius 25. libro edocet, ut vim habeat effodiendo, Sic tamen, ut effoſſor tripudians, ter circa radicem in Occaſum cõceptis verbis muſſitatis, ſaliat, cane vincto qui eam eruat.

*Anuum deliramenta.*

Anuum ſeu vetularum deſcripſiſſe nænias, numeraſſe harenas eſt, dum quæq́; harum non unica ſuperſtitione contenta, ſed tot dæmones ſibi patronos eligit, quot ligationibus magicis utitur.

*Panaritij ligatio.*

Reperias enim unam, quæ conceptis verbis, etiam parum intellectis, panaritium, apoſtema calidum, ad radicem unguis digiti, chyrurgico curandum medio, ſic certis diebus obſervatis ligat, ut dolor, qui ad principium dum pus conficitur, intenſus eſt, Hippocrate ſcribente, ſtatim quieſcat.

*Aphoriſm. lib. 1.*

*Suffocationis matricis curatio.*

Quæ item matricis ſuffocationi exorciſando, tam promptè ſubveniat, ut nec Galenus promptius unquam potuerit, aut Princeps Avicenna. Vel quæ alteri cephalea laboranti, corallas tempore certo, certis verbis, magico ritu connexos capiti jungat, ut prorſus doloris in poſterum nil ſentiat, ſemper tamen dæmonis addito condimento, hoc eſt, ut panaritio reſtitutus, ſemper die Martis, qui militibus ſacer ſit, in D. Georgii honore, quem non vermem, ſed draconem interemiſſe ajunt, per integrum annum eleemoſynam argenteam pauperi tribuat, illique ter oret Dominicam orationem. Quæ locellorum ſuffocatione liberata, per triennium nihil de ovis guſtet, & ſabbatho veſperi ad biennium juxta Oſſuarium mortuorum,



rum, brachiis portenſis in crucem, ac reſpiciens Orientem, ſic dicat:

*Exorciſmus.*

Felices animæ, ſicut me liberavit à matricis meæ cruciatu, adjuratione ſua illa bona. N. ſic liberet vos ab æterna damnatione Dominus Jeſus Chriſtus: & ter terna vice aquam oſſibus inſpergat ſacratam, in nomine individuæ Trinitatis. Sed capitis dolore liberata, per totam ſuam vitam, ab omni eſu, quæ de capitibus ſunt, abſtineat, piſcium, quadrupedum & volatilium. Reperias item alteram, quæ pecora ſua preculis incantata, ſic à luporum raptu reddat, ut ſi vel totas noctes in ſilvis oberrènt, nihil periculi timendum habeat, modò non negligatur, ut pignus ferreum ante fores ædium in tecti ſtillicidium ponatur, atque votum dederit, poſthac lupum, minimè lupum, ſed perditionis animal nominaturam. Et alteram, quæ dies à natalitio Chriſti, ad apparitionem uſque, capitis & pedum lotionibus ſic inhabiles prædicet, ut quiſquis in una harum dierum abluerit, cephaleam ſit paſſurus aut podagram. Quæ item pecorum ſtabula diebus præfatis non repurganda moneat, ne per annum futurum, ob contagium moriantur. Paulus Dei vas electum, dæmonicarumq́ue ſuperſtitionum maximus inſectator, ad Galatas & Coloſſenſes ſcribens, propenſius hortatur, ut ab hujuſmodi næniis diligenter abſtineant, ſed quæ gentibus dicta ſunt, nobis non arbitramur. In noſtro pergimus paganiſmo, vetulis non ſurripientes ſic credulis imponendi occaſionem. Nam & alteram reperias, quæ prægnantibus partus infortunium prædicet, ſi tripedem ocioſum in igne ſtantem permittant. aut infantis futuram ægritudinem, ſi vacuas cunas quis frequens moverit. Item diem infauſtum, ſi manè ante dextrum pedem ſiniſtrum veſtias. Et infeliciter pugnaturum, ſi à muliere quis arma in manus receperit: vel penitus interiturum, ſi pugnaturus mulieris habitu in harenam deſcenderit, aut leporem itinerans viderit. Quędam item crines ſuos pectinando evulſos, non niſi ter conſputos abiiciunt. Et ovorum teſtes, ſi ova comederint, etiam niſi ter cultro perfoſſas, in catinum proiiciunt, timentes utrumq́ue neglectum, veneficiis occaſionem nocendi inferre poſſe.

*Numerus impar ligationibus aptus.*

Sic nobis animo hæret numeri imparitas, ut quicquid illius dæmoniacæ ſuperſtitionis aggredimur, ſemper ter & ter occurrat: Pythagoricos ſectantes, qui hunc numerum ligationibus convenientiſſimum prædicavere. Aſt ſi mente ſumus incolumes, furore poſtpoſito, jure optimo cum Satyrico exclamabimus:

*O cæcas hominum mentes, ô pectora cæca.*

Seu

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Seu potius cum Eccleſiaſte, dicente: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Tametſi magis ſupplicandum eſt, quàm exclamandum, ut hic qui trinus vivit & unus, immenſa ſua bonitate, nos tueatur, ne ſubdolus, ille & nequiſſimus auceps, quum noctuas ſuas ita retiis adaptat, aucupio ſeducat, & illarum vetularum medio, mancipia dæmonum laqueis irretita faciat.

*De iſtis qui plebi imponunt ſuſpendendo.*

## CAP. XXVII.

IN ſuſpendendi & alligandi ritu, mirabiles & multum ſuperſtitioſos fuiſſe veterum Magos, quoque legimus. Tamen rem non attentârunt, niſi conſtellatione obſervata. Obſervato item tempore, loco, perſona, craſi & habitu, ſuſpenſoriis & involutionibus. Nam impetrare cupientibus rem ſolarem. Sole in figura cœli regnante, ſuſpendendum fuerat per filum aureum, ſeu metallicum, aut ſericum crocei coloris, in lauri folio, ſeu leonis exuvio. Si Saturnalem, Saturno dominante, per nigrum filum in aſini pelle aut funerali panniculo. Noſtrates ritum à præfatis mutuantes, quoque alligant, ſed pluris verba faciunt, quàm characteres, vel res alias, Pythagorico more verbis magnam ineſſe vim, ſicut nemo dubitat, credentes. Et hoc verum Samonicus ſerenus experientia teſtatur. Nam hoc verbo ſuſpenſo Abracadabra, omnes hæmitriteo, vel alia febre laborantes, curaſſe ſcribit, ſi diminuendo literam poſt literam, dietim, juxta ordinem regreſſionis ab ultima uſque ad primam, dictionem mutilaveris, hoc modo.

*Verbis ineſt vis.*

Et He-



| | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | r | a |
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | r | |
| a | b | r | a | c | a | d | a | b | | |
| a | b | r | a | c | a | d | a | | | |
| a | b | r | a | c | a | d | | | | |
| a | b | r | a | c | a | | | | | |
| a | b | r | a | c | | | | | | |
| a | b | r | a | | | | | | | |
| a | b | r | | | | | | | | |
| a | b | | | | | | | | | |
| a | | | | | | | | | | |

Et Hebræis ſolenne fuit collo ſuſpendiſſe verba, maxime ſacra, quibus tantam virtutem, atque potentiam ineſſe Rabî Hama, in libro ſpeculationis dicit, ut contra omnes hominum adverſas valetudines remedio ſint, & quaſcunque moleſtias propellant, ſive itinerum, aquarum, incendii, hoſtium, dæmonum vel armorum.

*An divinationibus, Ominibus, Auguriis, & aliis libere Chriſtiani poſſint uti.*

## CAP. ULT.

CHriſtianis lege cautum eſt, ne divinationibus magicis ad ſua quæ perficienda habent, utantur. Scriptum eſt enim Levitici 20. Vir ſive mulier in quibus Phytonicus vel divinationis fuerit ſpiritus, morte moriatur, lapidibus obruent eos, & ſan-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

& ſanguis eorum ſit ſuper illos. & ibidem, animam quæ declinaverit ad Magos, & ariolos, interficiendam eſſe de medio populi ſui. Et Exod. 22. Divinatores non patiaris vivere. Id quod & imperialis lex habet, dum eos capitis pœna mulctandos jubet, aut cremandos. C. de malef. & mathemat. L. nullus, L. nemo, & L. culpa. D. Auguſtinus tales, niſi ſeſe correxerint, ad æternam perditionem tendere ſcribit: atque clarò docet, quod ante adventum Chriſti in civitatib. Gentium ſeveriſſima pœna Magiæ ſpecies fuerint interdictæ, & vindicatæ, lib. 7. de Civitate Dei. Non moveat nos quòd Joſeph Patriarcha per ſomnii interpretationem ad principatum Ægypti pervenit, & ſuis fratribus dixit, an ignoratis quod non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia: neque hoc quòd Daniel Propheta princeps conſtitutus eſt, ſuper omnes provincias regni Babylonici: & quòd ſervus Abrahæ verba accipit Rebeccæ pro omine, atque ex illis arguens Dominum miſericordiam feciſſe Abraham: Illa enim ſomnia, & omina, & auguria illis non ſunt illata per phantaſticas diaboli illuſiones, ſed per Dei vel bonorum Angelorum impreſſiones. DEO ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

---

# AN SAGÆ, VEL MVLIERES QVAS EXPIATRICES vulgatim nominamus, ignis mulcta ſint damnandæ, Reſolutio.

SUNT, qui in mulieres, quas vulgatim ſagas nominamus, vel expiatrices, ignis mulcta non ſæviendum jure cenſent, dum ex ſe nihil, nec quantum volunt, lædere valeant, ſed poteſtatem ſolum limitatam, aut ligatam potius nocendi obtineant.

*Exod. 8.* Sicut inde notandum veniat, quod Magi Pharaonis permiſſivè ranas & ſerpẽtes facere potuerint, ſed ob majorem prohibentis Dei vim, per ſpiritum, ciniphes facere nequiverint, dicentes, nihil poſſumus, digitus Dei hic eſt. Aſt nos in diverſum hoc argumento perſuaſi, concludimus, in eas inclementer, vel igne,



igne, vel alio quovis graviore tormento, maximè graſſandum, non ideò tantùm, quòd à Chriſtianorum collegio, mente & corpore turpiter ſeſe ſubtrahunt, & peculiari cuidam dæmonii obſcœno ſervitio, velut mancipia aſtringent: aut, ut verius loquar, in hunc finem adpropriant, ut ſe in homines, quos odio habent, ritè ulciſcantur, hos lædant, gravent, & interficiant quandoque, verum etiam quod legi divinæ oppugnant, quæ ne quis cum jumento rem habeat, ni mori velit, ſtrictiſſimè mandat. Ubi hæ gravius quid committunt, & cum diabolo, ut cum eo unum corpus fiant, concumbunt, qui omnium jumentorum jumentum eſt truculentiſſimum, & rugiens leo, 1. Pet. ult. cap. dictus: aſpis & baſiliſcus per Regem David. Quòd autem concumbens cum eo fiat unum corpus, cum quo concumbit, Paulus Apoſt. 1. Corint. his verbis quam ſolerter indicat: Qui meretrici adhæret, cum ea fit unum corpus, ut duo ſunt in carne una. Hæc Paulus: Si ergò ex his triveneficis, & diabolo, cui ab eo qui trinus & unus regnat, ignis eſt præparatus in æternum, unum conflatur corpus, & concumbens cum eo cum quo concumbit, in unam ſubſtantiam coaleſcit, quis non juris eſſe dixerit, ſi ignem ſentiant apoſtatæ, noſtrum elementum? Non inficiamur D. Auguſtinum quando ſuper Geneſim ſcribit, addubitare, an hæ realiter cum diabolo concumbant, ut proles habeant, Conſiliatoris nimium placitis, 25. diſtinct. motum, qui dæmonum ſemen minimè fœcundum eſſe teſtatur, quum teſtes ad generandum non ſint princeps membrum, ſi ſpiritus à corde quantitate & qualitate temperatus non accedat, quem ipſi defectuoſi corporis vitio non habeant. D. Auguſtinum & Conſiliatorem magni habemus, ſed majoris hîc M. Chertoneſum ducimus, qui dubio ſemoto, dæmones genitalia habere, & ſemine fœcundos eſſe docet: quod item ſalaces iſtis deformoſiſſimis pecoribus generandi ſtudio in locellos infundant, & proles faciant, ſed noſtris diſſimiles, & vanos fermè, ſimias referentes. Si tamen alicui Marcus ille teſtis exceptione dignus videatur, & magis D. Auguſtin. ſubſcribere ſtatuerit, vel id objicimus, quod harum Erynnarum numerus in tam immenſum excreſcet mare, ut nemo ab earum incantationibus & expiationibus tutus verſari queat, ſi non cremantur. Deus ob ſuam immenſam benignitatem nos ab harum tueatur malevolo animo, qui vivit per ſecula trinus & unus, Amen.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# C. PLINII SECUNDI NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXX. CAP. I. & II.

*De origine Magicæ artis, quando & à quibus cœperit, & à quibus celebrata fuerit.*

## CAP. I.

MAgicas vanitates, ſępius quidem antecedentis operis parte, ubicunque cauſæ locuſque poſcebant, coarguimus, detegemuſque etiamnum: in paucis tamen digna res eſt, de qua plurima dicâtur, vel eo ipſo, quod fraudulentiſſima artium plurimum in toto terrarum orbe, plurimiſque ſeculis valuit: authoritatem ei maximam fuiſſe nemo miretur, quandoquidem ſola artium, tres alias imperioſiſſimas, humanæ mentis complexa, in unam ſe redegit. Natam primum è Medicina, nemo dubitat, ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe, velut altiorem ſanctioremque, quam Medicinam, blandiſſimis deſideratiſſimiſque promiſſis addidiſſe vires religionis, ad quas maximè etiamnum caligat humanum genus: atque, ut hoc quoque ſuggeſſerit, miſcuiſſe artes Mathematicas, nullo non avido futura de ſeſe ſciendi, atque ea è cœlo veriſſimè peti credente. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus triplici vinculo, in tantum faſtigii adolevit, ut hodieq; etiam in magna parte gentium prævaleat & in Oriente, regum regibus imperet. Sine dubio illic orta in Perſide à Zoroaſtre, ut inter Authores convenit: ſed unus hic fuerit, an poſtea & alius non ſatis conſtat. Eudoxus, qui inter ſapientiæ ſectas clariſſimam utiliſſimamque eam intelligi voluit, Zoroaſtrem hunc ſex millibus annorum ante Platonis mortem fuiſſe prodidit. Sic & Ariſtot. Hermippus, qui de tota ea arte diligentiſſimè ſcripſit, & vicies centum millia verſuum à Zoroaſtre condita, indicibus quoque voluminum ejus poſitis explanavit, præceptorem, à quo inſtitutum diſceret, tradidit Azonacem, ipſum verò V. millibus annorum ante Trojanum bellum fuiſſe. Mirum hoc inprimis duraſſe memoriam artemque, tam longo ævo Commentariis non intercidentibus, prætereà nec claris nec continuis ſucceſſionibus, cuſtoditam. Quotus enim quiſque auditu ſaltem cognitos habet, qui ſoli cognominantur, Apu-



ſcorum & Zaratum Medos, Babyloniumque Marmaridium & Arabem Hippocum, Aſſyrium verò Zarmocenidam, quorum nulla extant monumēta. Maximè tamen mirum eſt, in bello Trojano tantum de arte ea ſilentium fuiſſe Homero, tantumque operis ex eadem in Ulyſſis erroribus, adeò ut totum opus non aliundè conſtet. Siquidem Protea & Syrenum cantus apud eum non aliter intelligi volunt. Circe utique, & inferorum evocatione hoc ſolum agi. Nec posteà quiſquam dixit, quonam modo veniſſet Telmeſſum religioſiſſimam urbem, quādo tranſiſſet ad Theſſalas urbes, quarum cognomen diu obtinuit in noſtro orbe alienæ gentis. Trojanis itaq; temporibus Chironis medicinis contenta, & ſolo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam ejus in tantum adhæſiſſe, ut Menander quoque literarum ſubtilitati ſine æmulo genitus, Theſſalam cognominaverit fabulā, complexam ambages fœminarum detrahentium lunam: Orphea putarem à propinquo primum intuliſſe, ad vicinas uſq; ſuperſtitiones, ad medicinæ profectum, ſi nō expers ſedes ejus tota Thrace Magices fuiſſet. Primus extat (ut equidem invenio) commentatus de ea Oſthanes, Xerxem regem Perſarum, bello, quod is Græciæ intulit, comitatus: ac velut ſemina artis portentoſæ ſparſiſſe obiter, infecto quacunq; commeaverat, mundo. Diligentiores paulò ante hunc ponunt Zoroaſtrem, alii Proconeſium. Quod certum eſt, hic maximè Oſthanes ad rabiem, non aviditatē modò ſcientiæ ejus, Græcorum populos egit. Quanquam animadvertam ſummam literarum claritatem gloriamque ex ea ſcientia antiquitùs & penè ſemper petitam. Certè Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, ad hanc diſcendam navigavêre, exiliis verius quàm peregrinationibus ſuſceptis, hanc reverſi prædicavêre, hanc in arcanis habuêre. Democritus Apollonicem, Captidenem, & Dardanū à Phœnice illuſtravit, voluminibus Dardani ſepulchrum ejus petitis; ſuis verò ex diſciplina eorum editis, quę recepta ab aliis hominum atq; tranſiiſſe per memoriam, æquè ac nihil in vita mirandum eſt. In tantum fides iſtis faſq; omne deeſt, adeò ut ii qui cætera in viro illo probant, hæc ejus opera eſſe inficientur, ſed fruſtra. Hunc enim maximè afflixiſſe animis eam dulcedinem conſtat. Plenumq; miraculi & hoc, pariter utraſque artes effloruiſſe, Medicinam dico, Magicenque: eadem ætate illam Hippocrate, hanc Democrito illuſtrantibus, circa Peloponneſiacum Græciæ bellum, quod geſtum eſt CCC. urbis noſtræ anno. Eſt & alia Magices factio, à Moyſe, à Jamne, & Jotape

Judæis pendens, ſed multis millibus annorum poſt Zoroaſtrem, tantò recentior eſt Cypria. Non levem & Alexandri Magni temporibus authoritatem addidit profeſſioni ſecundus Oſthanes comitatu ejus exornatus: planeque quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit. Extant itaque & apud Italas gentes, veſtigia ejus in duodecim tabulis noſtris aliiſq; argumentis: quæ priori volumine expoſui. DCLVII. demum anno Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio Craſſo Coſſ. Senatuſconſultum factum eſt, ne homo immolaretur: palamque in tempus illud ſacra prodigioſa celebrata. Gallias utique poſſedit, & quidem ad noſtram memoriam. Namque Tyberii Cæſaris principatus, ſuſtulit Druidas eorum & hoc genus vatum, medicorumque. Sed quid ego hæc commemorem in arte, oceanum quoque tranſgreſſa, & ad naturæ inane pervecta? Britannia hodieque eam attonitè celebrat tantis ceremoniis, ut dediſſe Perſis videri poſſit. Adeò iſta toto mundo conſensêre, quanquam diſcordi & ſibi ignoto. Non ſatis æſtimari poteſt, quantum Romanis debeatur, qui ſuſtulêre monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat: mandi verò etiam ſaluberrimum.

*De ſpeciebus Magiæ; Neroniſq; & Magorum deteſtatio.*

CAP. II.

VT narravit Oſthanes, ſpecies ejus plures ſunt. Namque & ex aqua, & ſphæris, & ex aëre, & ſtellis, & lucernis ac pelvibus, ſecuribuſque multis aliis modis divina promittit: præterea umbrarum, inferiorumque colloquia. Quæ omnia ætate noſtra Princeps Nero, vana falſaque comperit: quippe non citharæ, tragicique cantus libido illi major fuit, fortuna rerum humanarum ſumma geſtiente in profundis animi vitiis. Primumque imperare diis concupivit, nec quicquam generoſius voluit: nemo unquam ulli artium validius favit: ad hæc non opes illi defuere, non vires, non diſcendi ingenium, aliaq; non patiente mundo. Immenſum & indubitatum exemplum eſt falſæ artis, quam dereliquit Nero: ubi namque inferos potius, & quoſcunque de ſuſpicionibus ſuis Deos conſuluiſſet, quàm lupanaribus atque proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas: nulla profectò ſacra, barbari licèt ferique ritus, non mitiora, quàm cogitationes ejus fuiſſent: ſævius ſic nos replevit umbris. Sunt quædam magis perfugia, veluti lentiginem habentibus non obſequi numina, ut cerni non poſſint fortè hoc in illo. Nihil membris defuit, nam dies eligere certos liberum erat:



erat: pecudes verò, quibus nonniſi ater color eſſet facilè, nam hominem immolare, etiam gratiſſimum. Magus ad eum Tiridates venerat, Armeniacum de ſe triumphum afferens, & ideò provinciis gravis, navigare noluerat: quoniam expuere in maria, aliiſque mortalium neceſſitatibus violare naturam eam fas non putant: Magos ſecum adduxerat, magicis etiam cœnis eum initiaverat: non tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem voluit. Proinde ita perſuaſum ſit, inteſtabilem, irritam, inanem eſſe, habentem tamen quaſdam veritatis umbras: ſed in his veneficas artes pollere, non magicas. Quærat aliquis, quæ ſint mentiti veteres Magi, cum adoleſcentibus nobis viſus Apion Grammaticæ artis, prodiderit cinocephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur Oſirides, divinam & contra omnia veneficia: ſed ſi ea erueretur, ſtatim eum qui eruiſſet, mori. Seque evocaſſe umbras, ad percontandum Homerum, qua patria, quibuſque parentibus genitus eſſet: non tamen auſus profiteri, quid ſibi reſpondiſſe diceret.

## *IN C. PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ ARGVTISSIMI SCRIPTORIS I. & II. Cap. Libri XXX. Commentarius, Magiæ naturalis breviſſimum juxtà ac eruditum Compendium complectens.*

SOlent in laudationibus ſuis Rhetores, & in judiciis Oratores, id de quo agitur, ad contentionem honoris plerunque revocare, comparationeque rerum inter ſe utentes, utrobique voluptatis, bonitatis geſtorum, virtutiſque & gloriæ major fructus & ſpes ſit ratiocinari, ac feliciſſimè id tunc ſe egiſſe credunt, cum audientium faſtidio conſulentes, prætermiſſis ſingulis eorum, quæ integra numeratione, una aut altera ſermonis clauſura multa collegerint, cogitandaque audientibus reliquerint, quàm à principio dici poſſe ſperabantur: ſic nos in hoc Magiæ compendio acturi ſumus, quam & ſemper exiſtimavimus præclaram eſſe Philoſophiæ naturalis partem, ut ex ſequentibus clarum evadet & notum, ſcil. Magiam eſſe Philoſophiæ naturalis abſolutam conſummationem atque perfectiſſimam, ſummamque ſcientiam: ob id conſtituimus hic de ea, ejuſque generibus paulò accuratius agere.

Reconditioris literaturæ ſcientiſſimi, alteram Magiæ partem infamem, ac immundorum ſpirituum commerciis inau- ſpicatam: alteram non ferè aliud eſſe, præter Philoſophiæ na- turalis activam portionem, monumentis prodiderunt. Prio- rem non magnoperè Magiam, ſed Goëtiam eruditiores vo- cant Græci. Hanc incantationibus & carminibus nefariæ cu- rioſitatis arte cõcinnatam efformatamq; quam & alii Theur- giam nuncupant: differentia tamen quædam, ut illicitis arti- bus deditos, cujuſmodi excogitaſſe dicitur Zabulus: alteros intelligi damnabiles velint, quos & maleficos appellitant. Ho- rum enim Goëtiam eſſe dicunt, de qua componerentur libri, quos improbatæ lectionis Ulpianus Juriſconſultus, protinuſ- que abſumendos ſtatuit. Alteros verò laudabiles, quibus Theurgiam deputant, quamvis utrique ritibus ſint dęmonum fallacibus obſtricti, & Angelorum nominibus. nam & Por- phyrius quandam purgationem animæ per Theurgiam, cun- ctanter tamen & pudenda quodammodo diſputatione, pro- mittit, reditum verò ad Deum arte hac præſtari cuiquam, in- ficiatur omninò. Quibuſdam verò conſecrationibus Theur- gicis, quas Teletas vocant idoneam fieri, atque aptam ad ſpi- rituum ſuſceptionem, & Angelorum, ad videndos eos, arbi- tratur homo ille occæcatus & impius: quæ verò propriè Ma- gia dicitur, perfecta creditur, & ſummæ ſcientiæ poteſtas: quando Magus lingua Perſarum non ferè alius dicatur, quam interpres divinorum, & cultor: Goëtiam, de qua paulò ſupe- rius diximus omnes averſantur: Magiam verò, de qua hic a- gimus, ſapientiſſimus quiſque, feſto plauſu excipit, & venera- tur, & colit, ut quæ altior ſit, ſanctiorque Philoſophia, ex qua præſignis defluat literarum claritas: Pythagoram enim, Em- pedoclem, Democritum, Platonem quoque eam ſolicitè con- quæſiviſſe, navigatione ſuſcepta, & quidem periculoſa, con- ſtans eſt opinio. Hujus veluti parentes celebrant Zamolxi- dem, quem poſtea ſit imitatus Abbaris Hyperboreus. Zoroa- ſtrem, non quem vulgaris recipit opinio, ſed Oromaſii ſi ium. Plato certè in Alcibiade apertius teſtatur, non aliud ſibi vide- ri Magiam Zoroaſtris, quàm divinorum ſcientiam atque cul- tum, qua imbuantur Perſarum filii, ut ad mundanæ Reipubli- cæ imaginem, ſuam & ipſi Rempublicam condiſcant admini- ſtrare. Propterea M. Tullius in divinationibus neminem a- pud Perſas ſcribit potiri majeſtate regia, qui Magicam non imbiberit ſcientiam. Hæc enim naturalium conſenſum, quam vocamus compaſſionem ſive Sympathiam docet, ſicut

paulò



paulò amplius agemus. Magiam etiam hanc, Albertus co- gnomine Magnus, comprobat. Porrò hanc Magię diſtinctio- nem ab Hieronymo ſignificatam, conjicere licet, ubi ad Pau- linum ſcribens ait, Apollonium Tyaneum fuiſſe magum, ſic- uti vulgus, ſive Philoſophum, ut aſtruebant Pythagorici. De- nique ad adorandum Chriſtum Salvatorem noſtrum Magos veniſſe, teſtatur Evangelica veritas, quos interpres Chaldæo- rum philoſophos ſcitè quidem vocat. Præterea de Goëtia in libro de Myſteriis ſuſpicari licet Jamblichum intellexiſſe, ubi ait: Quæ faſcinati imaginamur præter imaginamenta, nul- lam habent actionis & eſſentiæ veritatem, ejuſmodi namque finis magicæ artis eſt, non facere ſimpliciter, ſed uſque ad ap- parentiam imaginamenta porrigere, quorum nec mox appa- reat veſtigium. Porrò ut de Goëtia fuſius diſſeramus, hanc ab incantationibus Epoden vocant, quaſi dixeris excantatio- nem: quia quæ ſolet pueros excantare, Epodos fertur. Poly- bius Epoden & Goetiam conjungit: apud Græcos id eſſe diſ- cerniculi, quod Magiam boni ad bonum dæmonis evocatio- né, aliquod eſſe dicant, cujuſmodi fuerint vaticinia Apollonii Tyanei: Goetiam verò mortuos evocare, excitareque. Ap- pellant & aliam Pharmachiam, ubi pocula dantur ad amo- rem. Expendendum præterea, Theurgiam & Goetiam & Ma- giam ab Auguſtino rejectam, quæ parum differre videntur, ſi Ciceroni credamus: qui in Divinationibus ſcribit, in Perſis augurari Magos, divinareque ac congregari in fano com- mentandi, atque inter ſe colloquendi cauſa. Et quod multò gravius eſt Sympathiam, in libro de Sacrificio & Magia Pro- clus, dum hanc rerum naturalium agnationem, hoc eſt, Sym- pathiam, latiſſimè monſtraret, etiam numinum advocatione uti ſolitos Magos, per hujuſcemodi conſenſum rerum tradit. Ex quo liquet, Magiæ alteræ partis artis infamia, quod numi- nis appellatione prætenta, ad dæmonum vaframenta relina- ta, impeditiſſimis & ipſa erroribus obruta, minus perſpica- ces præcipitaret in interitum, quod luculenter memoriæ mandavit Marſilius Ficinus Platonicæ doctrinæ conſultiſſi- mus: ſed quia huc divertimus, myſteria Magorum uberius pertractemus.

Hic primò ingenuos Lectores oramus, boni conſulant, ſi quæ minus curioſè retulerimus de Magorum cæremoniis: ni- hil enim conſtituimus agere de Magiæ nefariæ doctrina, niſi ad impiorum hominum vecordes ſententias peſſundandas, illos enim eſſe plectendos, & urbe ac patria expellendos ex-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

urendoſque cenſemus. Agemus igitur primum de Magia ea, quam eſſe potionem activam naturalis ſcientiæ diximus: deinde de dæmonũ natura, & Magiæ generibus. Expendendum autem primo, quinam dicãtur Platonis annuli, & Homeri cathena quænam ſit. Sunt proculdubio annuli apud Platonem, & cathena Homerica, nihil aliud prorſus, quàm ordo & ſeries rerum divinæ deſerviens providentiæ: ſeries, inquam, numinum, partim quidem inviſibilium, partim etiam viſibilium, & occulta certè lumina intellectus ſunt Angeli rationaleſque: manifeſta verò ſunt lumina cœleſtia. Eſt autem inter hæc mutuus & quidem mirabilis nexus, quem jure dixerimus cathenam: ſed intellectualis dicetur aurea, & providentiæ: hic autem naturalis & argentea & fatalis, providentiæ prorſum obnoxia, cujus quidem poteſtate purior anima ſequeſtrari poſſit (ut nonnulli volunt) à fato, quod à Platonicis videtur animadverſum, nec Magicæ gravitati diſplicet: Hoc enim Hebræorum ſancit Aſtronomia. Expendendum enim hic attentius examinatiuſque, eſſe in anima noſtra (ut placitum video pleriſque Philoſophorum) cognitivas poteſtates tres, mentem, cogitationem & opinionem: rurſum dum ſe anima æmulam facit naturæ, tria ab ea eſſe excogitata ſcientiam, artem & experientiam, quæ ſint tribus viribus analoga, menti, ſcientia: potentiæ cogitatrici, ars: opinioni, experientia. Nam ſicuti citra rationem ſeſe promit opinio: ita & experientia ſubjectarum ſibi rerum minus rationes tenet. Ex his enim illa conſequuntur, primum Magiam eſſe quandam, quæ ſit (ut docuimus) portio activa ſcientiæ naturalis, eamque nihil aliud docere, quã naturalium virtutum adminiculo ex mutua rerum naturalium & opportuna applicatione, opera facere omnem admirationem, intellectum captumve humanum excedentia. Eſt enim in rebus naturalibus compaſſio, ut ſic dicam, quam vocamus ſimpathiam, ad vires occultas manifeſtorum. Rerum enim periti, per mutuam harum rerum agnitionem, ſive, ut ſic dixero compaſſionem, omnia in unum conducebant: per repugnantiam verò, contrarietatémve expellebant: ſicuti ſi ſulphure aliquid, aut aſphalto purificaſſent, aqua marina, quæ habet vim expurgandi expellebant ſulphure, propter odoris acumẽ, qua marina, propter igneam, quàm habet portionem. Perpendendum preterea, naturale per artem attrahi: divinum, per naturam. Quod animadvertentes Ægyptii, Magiam naturam vocitarunt: hoc eſt, ipſam Magiam in alliciendo attrahendoque ſibi ſimilia per ſimilia, & convenientia per conve-



nientia: attractus enim hujuſmodi per rerum mutuam convenientiam ad ſe invicem cum inferioribus ad ſuperiora, Græcorum peritiſſimi ſympathiam, ut diximus, appellarunt, ſicut cum terra, aqua frigiditate: cum aere, humore: aere cum igne, calore ignis convenit. Sic de principiis rerum, id eſt elementis, cum cœlo materia non miſcetur: ignis cum aqua, niſi per aerem: nec aer cum terra, niſi per aquam. Sic nec miſcetur anima corpori niſi per ſpiritum. Hæc rerum naturalium cum ſuperioribus combinatio eſt. Sic videmus cum natura humanũ corpus figurare conſtituerit, hæc ipſo præparamento ſpiritum ſtatim ab univerſo deducit. Spiritus hic fomes eſt, ſecundum philoſophos quoſdam, ad animam corpori copulandam: animæ fomes eſt, in ſpiritu. Sic videmus cum quibuſdam præparamentis naturalibus & artificialibus, cœleſtia quædam dona, inferiora ſuſcipere poſſe. Rurſus nunc in ſpiritualibus convenit: cum bruto vegetatione: brutum cum homine, ſenſu: homo cum dæmone, intellectu: hic intentioni, intentio imaginationi: illa ſenſato, ſenſatum ſenſibus, ſenſus rebus. Eſt enim hæc mutua colligantia & continuitas, ut omnis virtus ſuperior, per ſingula inferiora, longa & continua ſerie, radios ſuos diſpertiendo, uſq; ad ultima perveniat. Sic enim inferiora ad ſuperiora mutuo connexa ſunt, ut ab eorũ capite & principio, prima cauſa tanquam funiculus quiſpiam tenſus, uſque ad infima procedat: cujus ſi unum extremorum tangatur, reliquum ſubitò tremat, tactuſq; hujus ad uſque alterum reſonet & moveat reliquum. Tradunt enim Magi per inferiora ſuperioribus, conformia poſſe opportunis cœli influxibus, cœleſtia dona trahi. Ea eſt mundi concordia, ut etiam ſupercœleſtia, cœleſtibus: & ſupernaturalia, ut ipſi ferunt, naturalibus trahi poſſunt atq; conſpirare: quia una virtus, opifex & ſpecierum participatio per omnia diffunditur: quæ virtus, ſicut ex occultis rationibus manifeſta producit, ita magis aſſumit manifeſta occulta, ut attrahat per radios ſtellarum, per tonos, per res naturales congruas cœleſtibus quibus agemus hic & menſuræ corporeæ atque (prope dixerim) divinę. Sic legimus, antiquos certis rebus naturalibus divinum aliquid, & ut ita dicam, mirandum ſuſcipere & agere ſolitos ac dæmones & manes evocare. Redolet enim cœleſtem quodammmodo majeſtatem homo, unde ſeſe propagatam rationalis naturæ, plurimis oſtentat indiciis; futurorum enim præſentionem exequi quorundam poteſt, eamq; ſuperioribus conformem reddere, modò ſit, ut decet: ut etiam quæ ſuperiora ſunt, inferio-

ribus correſpondeant. Ex his eruditiores conjectant Arabum Aſtrologi, humanæ ſpeciei proprietatem eſſe ſolarem, ob gloriæ & veritatis ſtudium, tum ẽt ob ſtaturam erectam pulchráque, quin ex humorum ſubtilitate & ſpiritus claritate, & præſtanti imaginationis perſpicuitate: addũt & Mercurialem vim ob ſtrenuum ingenii verſatilis motum, & multa id genus, quæ ſuo dicentur loco. Porrò cum homo ſit miraculum magnum, animal venerandum, ut Platonici ferunt. Legimus enim apud Galenum, Hippocratem, & Platonicos multos humanos animos tanta naturæ majeſtate pollere, adeoq; ſupra materiam omnem ſeſe potenter extollere, ut ſibi ipſis & ſuo vigori, ſemoto corpore reſtitui, poteſtate intima, mundi membra quælibet valeant agitare, impellere, & utcunque libuerit verſare, ac latius cuicunque corpori dominari, tanto potentius proprio, cui mancipata anima mũdi parvi, hoc eſt hominis. Quatuor humores verſat anima ad libitum, quod patebit, ſi vitales actus attentius penſiculatiuſque conſideraverimus, nec non fantaſiæ affectus: ubi verò ab hiſce vinculis exoluta evolat in amplum, Deo jam plena ipſa anima, humorem majoris animalis, id eſt quatuor elementa majoris mundi permovet, ut ſuo ſoloq; affectu (ut quidam aſtruunt) citat ventos Deo duce, ac cœlo nubes inducit ſereno, caſq; cogit in pluvias: poſſe autem hoc fieri, factumq; fuiſſe theologi Mauri, & Arabes teſtantur. Nam in eam it pedibus ſententiam Maurorum princeps Avicebron. & Arabum item princeps Avicenna: arbitrabantur enim Chaldæorum peritiſſimi, ab rationali anima id, quo nihil admirabilius aut fingi aut penſiculari poteſt, quandoque fieri poſſe, ut radiorum ſplendore ab ipſa manantium illuſtratum, divino more corpus etiam ſurrigi poſſit in ſublime, ad id maximè conferente, inſita radiis lenitate, quod Zoroaſtri contigiſſe ajunt. Tanta certè nobis eſt cum cœlo affinitas: contingere verò id potiſſimum ferunt, quando tota in Deum patrem luminum, conſurgit anima. ac illinc luce ampliſſima perfuſa rapitur, atq; ſimiliter luminoſæ claritatis radios tranſmitti in corpus. Hæc enim eſt anima, quæ ſola mente vivens: ut Angelus evadit, ac toto [ut ſic dixerim] pectore Deum quodam modo concipit, de qua Magorum princeps cecinit: Hominum ait, anima Deum quodammodo contrahit in ſeipſam, quando nihil retinens mortale, tota divinis hauſtibus inebriatur. Si ergo homo ſe conformem reddat cœleſtibus, cœleſtis erit: ſi caducis, caducus: ſi ſpiritui ſpiritus, ut Mercurius ille maximus philoſophus, jure dixiſſe videtur: Generatio,



ratio, inquit, hominum ad divinorum eſt operum cognitionem, teſtimoniumque naturæ ad imperandum omnibus, quæ cœlo teguntur, ad cœleſtium diſcurſum ſuſcipiendum, ad poteſtatem Dei, & naturæ progreſſus: procul dubio, ſi hominis dignitatem exactius perpenderis, cœlum ipſum quodammodo eſſe aſſertabis. Ecce minori hominis parti ferè ineſt, quod cœlo eſt, hoc eſt, oculus hominis, qui ſphæricæ figuræ, inſtar cœli eſt: qui lucidus ac [propè dixerim] diaphanus ſeptem tuniculis, ſeptem planetarum numero, inſignitus, circulis diſtinctus, quatuor humoribus præditus, & id genus multa. his enim collatis, homo verè ac concinniter dictus microcoſmus. Sed quorſum hæc, ut certè ſignificemus Magiam eam, quæ præclaram dixero partem philoſophiæ naturalis, hæc omnia pertractare: hoc eſt, mutuum rerum naturalium nexum. Et ut paulo majora canamus, ut hæc multò compertiora, exploratioraque nobis fiant, ſubnectamus Plinianum contextum.

Quandoquidem ſola artium tres alias imperioſiſſimas, humanæ mentis complexa, &c.

Fatetur enim Plinius Magicam artem tres imperioſiſſimas artes in ſe redigere, quas ſubticuit, & quænam hæ eſſent, haudquaquam protulit, ſed earum ſolum numerum: quare veluti Plinianæ lectionis interpres, jure eas ſubnectam. Quas enim Plinius imperioſiſſimas artes nuncupat, Magia amplectitur. Magia profectò plurimæ compos eſt poteſtatis, & reconditioribus myſteriis ſcatens: profundiſſimarum enim & abditarum rerum contemplationem, naturam, potentiam, qualitatem, virtutem deliteſcentem, totiusque naturæ cognitionem amplexatur & docet, & quomodo res inter ſe diſſidere videantur, & uti ſuffragentur ſibi, hinc effectus ſuo agens, uniendo virtutes rerum per applicationes earum ad invicem.

Item inferiora, ſuperiorum dotibus, virtutibuſq; copulans, inſigniens, adornans, illuſtrans. Hæc enim doctrina, hoc eſt, Magia, tres ſibi a civit adjutrices aſſeclaſq; artes, quas imperioſiſſimas vocat hic Plinius, hoc eſt, phyſicam, metaphyſicam & aſtrologiam. Magia igitur conſummatio eſt totius philoſophiæ naturalis, modò cum omnis philoſophia ſpeculativa dividi ſoleat in phyſicam, Metaphyſicam, & Aſtrologiam. Sic Magia, quæ eſt activa portio naturalis ſcientiæ, eas continet & in ſe, & has redegit imperioſiſſimas artes. Phyſica enim docet naturam eorum, quæ ſunt in mundo, aliorumque cauſas, loca, effectus, tempora, modos, integritates, partes ſolicitè

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

carbunculum, hæc verò ſolaria feruntur. Inter animalia, leo, olor, aquila : inter herbas, heliotropium, laurus, crocus, balſamum, ambra, muſcus. Sic Jovialia dicimus, ſtannum, hiacinthum, berillum : inter herbas, lilium, hioſcyamum : inter arbores, quercum, populum, vitem, fagum. Saturnalia ſunt, plumbum, magnes lapis, jaſpis, mandragora herba, aſphodilus. Mercurialia, argentum vivum: inter herbas, pentaphilon, & id genus. Venerea, paſſeres, columbæ, inter plantas, verbena, viola, politrichon, & id genus multa, quæ non collibuit fuſius ſubnectere. Cæterum, ut ad magos noſtros redeam, hi, ubi maleficium alicui inferre deſtinavere, malefico planeta & rebus ei obnoxiis utuntur, hoc eſt, Saturno, & ſaturniis: quando allicere amorem decrevere, Venere, & venereis : quando petitionem, Jove, Mercurio, Sole : ſic mira interdum agunt, rebus ita aptè præparatis, & anima mundi ita inferiora fœcundante. Nam anima mundi per virtutem quam habet ab ideis (ut ferunt Platonici) omnia tàm naturalia quàm artificialia fœcundat, infundendo illis proprietates occultas, & miris plenas. Ad ea autem peragenda, perturbationes, ſive (ut ſic dixerim) paſſiones animi haud paululum conducunt. Sunt enim nihil aliud, quàm motus ſive inclinationes provenientes ex apprehenſione alicujus rei, vel convenientes, vel diſſidentes. Apprehenſiones ejuſmodi, aliæ ſenſibiles, aliæ rationales, & aliæ menti congruæ feruntur : & ſecundum has paſſiones ſive perturbationes in anima dicuntur, quæ quandoq; ſenſitivam apprehenſionem ſequuntur, tunc recipiunt bonum & malum temporale, ſub ratione commodi & incommodi. Dicuntur item animales affectiones ſive paſſiones, cum rationalem apprehenſionem ſequuntur, tunc bonum & malum reſpiciunt ſub ratione virtutis & vitii, & laudis & vituperii. Rationales ſive voluntariæ dicuntur, quæ menti obnoxiam apprehenſionem ſequuntur, reſpicientes bonum & malum ſub ratione juſti & injuſti, veri & falſi. Subjectum autem animæ, eſt ipſa vis animæ appetitiva, quæ in concupiſcibilem & iraſcibilem dividitur. Porrò, quando paſſiones ſenſualem (ut ſic dixero) apprehenſionem ſequuntur, vim regitivam habent. Porrò virtus imaginativa, poteſtate gemina, ad paſſionum diverſitatem, diverſimode tranſmutat, ac (ut pertrito philoſophis verbo, non quidem latino utar) alterat corpus: corpus, inquam, proprium, tranſmutatione ſenſibili, vel deorſum ad extra, vel intra, diverſas producendo qualitates membris, ac imprimendo. Sic in gaudio ſpiritus excelluntur, in timore verò retrahuntur:



huntur : in verecundia moventur : ſic exuperantiore gaudio quis moritur : compari modo profuſiore triſtitia, prout hę perturbationes vehementes ac intenſæ fuerint. Hæc enim non ſolum corpus proprium, ſed alienum interdum tranſmutant, per modum imitationis, virtute ſcil. quadam, quam habet ſimilitudo rei, ad tranſmutandam rem, quam vehemens imaginatio movet, ſicut in ſtupore, & dentium congelatione, ac eorum ſtridore aut attritione ferri in ferrum, quæ dentibus ſtuporem ingenerat : ſicut oſcitatio, ad oſcitandum promovet. Habet enim haud paululum effectus hujuſcemodi imaginatio. Perturbationes item ſive paſſiones malis, quæ phantaſiam ſequuntur, vehementer nedum proprium, ſed alienum corpus poſſunt tranſcendere, ac illud immutare adeò, ut mirabiles poſſint produci impreſſiones in elementis, item rebus extrinſecis, ſicque ſanabiles quoſdam morbos eſſe citra medicinæ adminiculum. Ineſt certè hominum animis virtus quædam deliteſcens immutandi, attrahendi, ligandi potiſſimum ſi maximo imaginationis, mentis, voluntatiſq; exceſſu, in id quod vel attrahere, vel immutare, vel ligare, vel impedire cupit. Sic enim (ut volunt Magi) per animi affectiones, tum per rerum certarum rectas adhibitiones cœleſtium dotibus opportunè appoſitis, mira agi poſſe contendunt : ſic enim ferunt ſolarem virtutem fortiori vinculo attrahere, lunarem verò ad ſervitutem vel infirmitatem trahere : Saturnalem calamitatem, triſtitiamque. Arabes item Philoſophi, animum humanum memoriæ mandârunt vehementiſſimis affectibus, ad opus aliquod cui ſe addicere voluerit, conjungi : tunc ſtellarum animis etiam & intelligentiis, hacq; conjunctione miranda poſſe agere & operari, quòd tunc in eo ſit omnium virtutum apprehenſio & poteſtas : unde & characterum vires deſluant, de quibus paulò pòſt agemus. Animo igitur ita adhibito, ita concinnato, ita ſtellarum ideis copulato illuſtratoque, id quod collibuerit, ligare hominem poſſe referunt : ac ita fieri hominum ligationem : ita alicui amorem, vel inferri odium : ita ligationem furum & quarundam ægritudinum : ita ventorum, tempeſtatumque. Tanta certè cœleſtium magnitudo & virtus eſt, ut non ſolum res naturales, verum artificiales, quando ritè ſuper eas apponuntur, ut mirificas dotes rebus imprimere poſſint. Quod & S. Thomas comprobat eo libro, quem de Fato poſteris legendum reliquit. Etiam, inquit, veſtes & ædificia & quæcunque artis opera, certam à ſideribus ſuſcipiunt qualitatem : quam & imprimunt annulis, herbis, lapidibus, ſigil-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

lis, ſpeculiſque. Cœleſtium enim radii cunctis inferioribus ſubito tactu influxuve mirabiles imprimunt dotes. Figuræ enim cœleſtes ad aquarum ſimilitudinem, characteres vel imagines configurantur, iis mirificos effectus contribuunt: hinc imaginum defluxit confabricatio. Ex operibus enim Jovis ad vitæ longitudinē, imaginem confirmabant hora Jovis ipſo in exaltatione fœliciter aſcendente, in claro lapide alboq; luteis veſtiebatur veſtibus: aquila loco equi utens, dextra ſagittam aut fulmen tenens tanquam miſſurum in caput aquilæ. Figurari item ſolebat nudus, corona inſignitus, & manibus quidem junctis. Hac imagine opes, prolemque augeri autumabant. Martis imaginem hora ipſius, ipſo in ſecunda Arietis facie, in adamantis lapide, hominem coronatum effingebant: loco equi leone utentem: dextra enſem ſtrictum tenentem, ſiniſtra verò caput hominis. Hanc imaginem aſſerabant pollere ad audaciam & victoriam. Veneris autem imago, hora Martis efformabatur, ipſa in piſcibus aſcendente: proderat hæc ad conſequendam gratiam benevolentiamque: puella nuda fingebatur, paſſis quidem crinibus, manu ſpeculum tenens, geſtans collo cathenam: aderat adoleſcens, ſiniſtra virgunculam tenens, dextra capillos aptans. Ad faciendam ſolertiam ſcientiamq;, Mercurii concinnabatur imago, ipſo Geminos aſcendente: barbatus adoleſcens, caduceum geſtans effingebatur, caduceo adhęrente ſerpente, dextra geſtans ſagittam, is aligeris pedibus depictus. Sic ex cæteris planetis imagines efformabant, imagines inquam ſtellarum vires habentes. Erat & alter fabricandi imagines modus. Nam ubi odium illaturi erant, cereas aut plumbeas imagines duplices confabricabant, ſeſe divexantes, ac quodammodo inter ſe digladiantes: fronti earum apponentes, quę non ſubpingere collibuit. Ubi verò amoris conciliandi cauſa agendum erat, imagines ſeſe amplexantes conformabant, apponentes quædam fronti earum, quæ prætereunda cenſui. Cæterò ut incœptum exequamur, portio major mirandarum rerum, numerorum poteſtate conſtare magis creditur. Non enim mirari ſubit, ſi (ita dicam) in materialibus tot tantæq; dotes & effectus non ſint, ſi, quæ non ſint materialia, ſed multò formaliora ſimplicioraq;, plus energiæ abditæ habeant. Dicuntur enim numeri quodammodo ſubſtantiis ſeparatis, & inſiti, & permixti maximam & quidē ſimpliciſſimam cum ideis in mente (ut ipſi ajunt) divina commixtionem habentes, à quibus proprietas mira cooriatur. Aſſerūt enim Magi, omnia quæ ſunt atq; fiunt, certis numeris conſtare. Tem-



Tempus proculdubio motus, item & actio, & quæcunque mpori, actioni, motuique ſubjecta, numero conſtant. Conntus item atque voces, per numeros eorumque propoſitios vim habent, per lineas, perque puncta conſtituunt charaeres & figuras. Denique omnes generationes mutationeſ, & ſpecies naturalium, & eorum quæ ſupra naturam ſunt, ris numeris diſtingui, Arabes philoſophi aſtruunt: quod amadvertens Pythagoras, numerum inquit eſſe quo cuncta nſtarent: diſtribuitque ſingulis ſingulas virtutes, de quibus rticulatim agendum eſt. Platonicorum ſcholæ animam ndi numeris quodammodo concinnatam aſſerunt, nulmque jugabilem competentiam poſſe fieri ſine numeris. ter hoſce numeros primum Monas, id eſt, unitas numera, non quod ſit numerus: putatur enim monas ſive vnitas nctum. Nam ſicut punctum corpus non eſt, ſed ex ſe facit pora. Ita Unitas numerus non dicitur, ſed numerorum ſcaigo. Monas enim imparis & paris numeri cauſa eſt, quia natius effici non poteſt ſine monade. eſt enim monas indibilis, ſed facit diviſibiles: multiplicatur enim monas non in res, ſed in ſeipſam, eſt principium & finis, & quoddam per: quare Theologi monada Deo optimo maximo comferunt, quod finis ſit, & omnium rerum cauſa prima. rò binarius, hoc eſt Dias, numerus confuſionis dicitur ilnumerus, inquam, & infortunii, & immunditiæ. Unde D. ronymus contra Jovinianum inquit, quod in ſecundo die tionis non fuit dictum, Et vidit Deus, &c. Ob id Magi nt Deum juſſiſſe omnia animalia immunda ingredi nam Noes. Eſt ab aruſpicibus dictus is numerus infeliciſſis: is enim umbrarum ſive manium occurſacula, & terricuenta larvarum, malorumque ſpirituum adferre creditur gis, Ternarius verò ſacer & perfectiſſimus abſolutiſſimuſ, non ſolùm Philoſophis & Magis, ſed Poetis decantatur, Theologis, huic enim ad cæremonias mira ineſt virtus. enim impar numerus, paria ideò perfectiſſima amples, quo divina gaudet, ut ait Homerus ille Mantuanus, ſtas. Pythagorici enim ternario numero in purificatiosutebantur, quod & ſymbolicè docuit Virgilius, quanit:

*Item ter ſocios pura circumtulit umbra.*

ficacem enim in ligationibus ac ſanctificationibus ab eoproditur, ut conjicere licet verbis ejuſdem, ubi fertur:

*Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Lycia circundo : terq; hæc altaria circum*
*Effigiem duco.-----* Et ſubnectit:
*Necte tribus nodis ternos Amarylle colores.*
*Necte tribus nodis, Veneris dic vincula, Necto.*
Et de Medea legitur :
*Verbaq; ter dixit, placitos facientia ſomnos,*
*Quæ mare turbatum, quæ flumina concita ſiſtunt.*

Magi profectò hoc numeri effectu ligabant, ſolvebant, curabantq; morbos. Quaternarius item numerus haud paucu-læ potentiæ his etiam fertur. Sunt enim qui eum cæteris numerorum viribus præferebant: Magi enim vocant ipſum fontem naturæ: quatuor enim gradibus naturam humanam conſtare eruditiores teſtantur, quos vocant, eſſe, vivere, ſentire, intelligere. Quatuor hi etiam aſſignant motus: quatuor cœli cardines: quatuor elementa: quatuor triplicitates in cœlo: quatuor qualitates: quatuor anni tempora: quatuor item terminis Mathematicam doctrinam conſtare illi aſtruunt, puncto, linea, planicie, profunditate: totam præterea naturam quatuor colligi terminis, ſubſtantia, quantitate, qualitate & motu. Maximam itaque vim in myſteriis Pythagorici habere ferunt, hinc eos per quaternarium numerum jurare, tanquam ſummum quoddam, quo fides nitatur, & credulitas firmari poſſit: hinc Hebræi Dei nomen quatuor literis acceperunt ineffabile: Græcorum item peritiſſimi, Tetragrammaton vocant, id eſt, quatuor literarum: ſic Græci, Arabes, Magique, quatuor literis nomen ſignificant. Porrò divini furoris ſpecies eſſe, & à quatuor defluere, hoc eſt, Dionyſio, Muſis, Apolline & Venere. Ægyptii item ſummum Jovem auribus quaternis depingere ſolebant: ob id homo qui multa legerit, audiverit, retinuerit, & fecerit, Græcè dici ſolet Tetraoos. Quinarius numerus conſtat primo pari, tanquam fœmina & maſculo: hinc Arithmetici illum quidem patrem, hunc verò matrem vocitare ſolent, ob id eſſe multę egregię autumant. Hinc enim univerſi numeri, i. denarii, juſtiſſima eſt medietas: propterea Magi vocant numerum connubii. Dicitur item à quibuſdam numerus gratiæ & felicitatis, quòd homo, qui Noe eſt appellatus, inveniſſe gratiam à Domino dicatur, in numero quinario. In hoc Abrahamus centenarius, ex muliere nonagenaria ſterili, filium progenuiſſe dicitur. Cætero tempore naturæ invocabatur nomen Dei Sadai: in tempore verò legis tetragrammaton, divinum & ineffabile, cujus loco Hebræi exprimunt Adonai: in tempore gratiæ Panagrammaton. His colla-



latis conſtat numerorum vi, multa & quidem miraculoſa ...ci poſſe, quorum effectus maximè probant Philoſophi A...bes & Perſæ, & qui Cabaliſtæ dicuntur. Nam ea Magia, quã ...claram Philoſophiæ naturalis partem dicimus, Cabala eſt, ...tentius cuncta perpenderis. Subſequitur Senarius nume-...s, certè magis perfectionis nuncupatus. nam in toto nume-...um contextu, à monade uſque ad denarium, ſolum ipſe eſt ...fectus, ut collatione ſuarum partium idem reſultet, nullius ...ens. Die enim ſexto mundi creationem fuiſſe abſolutam, ...tantur ſacræ literæ. Sextò enim die vidit Deus cuncta quæ ...erat, &c. Septenarius autem, quantum habeat potentiæ, vi-...re eſt apud Macrobium, A. Gellium, Varronem: omitto di-...creticos Medicorum ſcholis decantatos ſæpius: omitto di-...m ſeptimum apud Moyſen Sabbatum dici. Apulejus enim ...nc diem purificationibus aptum, ſcriptum reliquit, quando ...: Meque protinus purificandi ſtudio, marino lavacro trado ...ties: & Heliſeus Propheta, ut legitur 4. Reg. ait lepra affe-...o: Vade te lavare ſepties in Jordane, & recipiet ſanitatem ...rotua: & paulò pòſt: Lavit ſe ſepties in Jordane juxta ſer-...monem Prophetæ, & mundatus eſt, &c. Conſtat item (mirabi-...e multò dictu) ſeptenarium modò nulla interceſſerit fœmi-...a, infantem vi (ut puto) numeri ſeptenarii ſtrumas, id eſt, ...crofulas, curare ſolitum, actumque id fuiſſe ſcio ipſe certus. ...cce quod tam diu chirurgum fatigavit, quod pharmaco cu-...ri non potuit: quod nec ferro cauſtico conſumi, cuiq; nulla ...profuit medicina, ſola vi numeri ſeptenarii curatum eſt, per-...natumque. Ecce quod caret ſenſu, quod vita, quod materia, ...quod ſucco, aut qualitate aliqua, plenum tamen vi medica, ...plenum energia abditu, plenum miris. Jungitur Septenario Octonarius, quem Pythagorici, juſtitiæ & plenitudinis (ut ſic ...tero) vocant numerum, quòd videl. dividatur in numeros ...res, hoc eſt, in quatuor: plenitudinis dictus, quòd contex-...um corporeæ ſoliditatis amplectatur. Novenarius Muſis ſa-...er, & ſphærarum cœleſtium ordinum peculiaris. Novem e-...im dicuntur eſſe ſphæræ mobiles, ſecundùm quas novem Muſæ aſſignantur, ut ait Macrobius: Novem Angelorum or-...dines, & id genus multa, quæ profuſioribus verbis parcens, ...mitto. Denarius univerſis dicitur numerus, ab eo enim non ...numeratur, niſi per replicationem: univerſos enim implicat ...numeros. In hoc enim numero Joſue ſubegiſſe dicitur trigin-...ta unum Reges: David Goliam: Daniel evaſiſſe leonum pe-...ricula. Duodenarius non vacat: nam duodecim ſigna Zodiaci



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

dici ſolent, & id genus multa. Colligitur itaque cùm Hieronymi, tum Origenis, tum Auguſtini opinione. Hilarii, Baſilii, Rabaniq́ue numeros vim habere non pauculam. Hilarius enim in Pſalmos, teſtatur ſeptuaginta ſeniores, ſecundum numerorum ſignificantiam, eos pro eorum energia ſic redegiſſe. Quantum enim virtutis abditæ habeant hujuſcemodi numeri, conjicere licet in herbarum figura earum folio ad numerum ordinato. nam herba, quam Græci Pentaphillon vocant, id eſt, quinque folium: vi enim quinarii numeri venenis adverſari, ac dæmones abigere, conferreque expiationi dicitur, cujus folium ſi unum bis die ſumatur ex vino, febrem quam quidam Ephemeram vocant, perſanat: ſi tria, tertianam: ſi quatuor, quartanam. Expendendum prætereà penſiculatius ac attentius figuras ex numeris ortas, numerorum etiam vires, ut ferunt Magi, habere & retinere: ob id vi quinarii Pentagonus miram virtutem in dæmonas habere dicitur. Vi item ternarii numeri, Delta, quæ triquadræ eſt figuræ, vires habere potentiſſimas produnt. Sic figuram quadratam Ægyptii omnium cœleſtium ac Dæmonum conſummationem teſtantur, quia omnium figurarum ſit rectiſſima, continens quatuor angulos rectos: eſtque prima ſuperficiei deſcriptio, habens longitudinem & latitudinem. Arabes enim philoſophi, crucem cœleſtium fortitudinem dicebant, quod eorum fortitudo per rectitudinem angulorum & radiorum reſultarent, eſſentq́; ſtellæ maximæ fortes quando in figura cœli quatuor obtinent cardines. Ruffinus quoque in ſacra hiſtoria narrat, crucem ab Ægyptiis ſacerdotibus inter ſacras literas relatam, cujus vis portendebat ſalutis ſpem hominibus, credentibus Chriſto Salvatori noſtro. Cæterò ut exequamur Magiæ inſtituta, Magiæ, inquam, naturalis: Magi profectò, characteres ex radiis cœleſtium, dotes luculentas miraſq́ue habere, proprietate quadam occulta ferunt, ſibiipſis adhærentibus figuris. Quamobrem Aſtrologi, ſignorum ſtellarumq́ue characteres figurant, item & Magi. Habent prætereà figuras, ſecundum ſtellarum fixarum formas. Sunt item alii Magis characteres, quos prætereo ſciens. Aſſerunt autem Magi hoſce characteres, vim ab anima mundi ſuſcipere, ac mundum ipſum anima præditum, in quam eunt & pedibus ſententiam, nedum philoſophi, verum & Poëtæ: quare cecinit Lucanus:

*Aëre libratum, vacuo qui ſuſtinet orbem,*
*Membraq́; naturæ diverſæ condita formæ.*
*Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi:*
*Aeris atq; ignis, terræ, pelagiq́; iacentis*
*Vis animæ divina regit, ſacroq́; meatu*
*Conſpirat Deus, & cuncta ratione gubernat.*

Hactenus de Magia naturali.

Plinius hîc Magicam artem corrivaſſe à Medicina refert, quod ita intelligendum: nam frugalitas humana, non in Herbarum, metallorum, lapidum, animalium confiſa: voluit & quæ altiora & ſanctiora eſſent, experiri, quo paulo facilius ſibi ægritudine affecti mederentur, ob id experta eſt Magicam artem. Nec intelligendum hîc præſtigias & vanitates ex Medicina defluxiſſe, ſed potius ex Aſtrologia.

Cætero ubi ait Plinius: TRIPLICI VINCULO, hoc eſt, tribus artibus, quas paulo ſuperius diximus, & ait: IN ORIENTE, hoc eſt tribus artibus: quia Perſarum regum filii (ut diximus) ad condiſcendum Reipubl. ſtatum ac Magia imbuebantur. Perſas enim in primis Magicam diſciplinam percalluiſſe, eſt in confeſſo. quod Zoroaſtres Perſa fuerit, qui inibi quod callebat docuit. Porro ubi Plinius: hic tanta annorum millia profert, expendendum: quod Plinius retulit annum apud Gentes quaſdam conſtare tribus menſibus interdum lunari pro curſu.

Cætero quod hîc Plinius de Circe muliere venefica ait, faſcinatrix enim credita eſt, adeo ut quicquid vellet repellere, allicere, ligare, impedire, evocare: tum manes & umbras, tum tempeſtates & ventos, poſſet id agere: & ut ait Apulejus, animas agiles reverti: pigrum mare incantatione colligari: ventos pacari, atque tempeſtates. Tanta enim incantationis, id eſt, carminis vis (ut ferunt Magi) eſt, & ut ait Lucanus:

*Ceſſavêre vices ævum, dilataq́; longa*
*Hæſit nocte dies: legi non paruit æther:*
*Torpuit & præceps audito carmine mundus.*
*Carmine Theſſalidum, dura in præcordia flexit.*

Putabant enim nefariç curioſitatis ſtudioſi homines, carmine ritè enunciato hora & tẽpore opportunè electis, animas poſſe evocari, tempeſtates pacari vel allici. Hoc enim genere carminis uſos, impios homines & ſanæ mentis expertes conſtat, ut vel prodeſſent, vel officerent. carmine enim lunam deduci poſſe autumabant. unde Homerus ille Mantuanus ait:

*Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam:*
*Carminibus Circe ſocios mutavit Vlyſſis:*
*Frigidus in pratis cantandorum rumpitur anguis:*
*Carmine læſa Ceres, ſterilem vaneſcit in herbam.*





НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Efficiunt læſi carmine fontis aquæ.*
*Ilicibus glandes, cantataq; vitibus uva*
*Diſcedit, & nullo poma movente fluunt.*

Et Tibullus de Faſcinatrice:

*Hanc ego de cœlo ducentem ſidera vidi,*
*Fluminis ac rapidi carmine vertit iter.*
*Hæc cantu finditq; ſolum. Maneſq; ſepulchris*
*Elicit, & tepido devorat oſſa rogo.*
*Cùm lubet, hæc triſti depellit lumina cœlo:*
*Cùm lubet, æſtivo convocat orbe nives.*
*Cùm volui, ripis ipſis mirantibus, amnes*
*In fontes rediere ſuos: concuſſaq; ſiſto,*
*Nubilaq; ventos abigoq; vocoq;.*
*Vipereas rumpo verbis & carmine fauces:*
*Et ſylvas moveo: iubeoq; tremiſcere montes:*
*Et mugire ſolum, Maneſq; exire ſepulchris.*

Cæterò Plinius ait: THESSALAM COGNOMINAVIT, Theſſalas profectò natura infidos ferunt. ob hiſtoriã Medeæ, quam à Jaſone conſcriptam, qui & Theſſalus erat, Poetæ ſcribunt: ad quod Plinius alluſit. Subnectitq; mox Plinius: EST ET ALIA MAGICES FACTIO à MOSE. Hic Plinius divinioris doctrinæ expers, inaccuratè atq; incurioſè in divinum hominem invehitur ac obſtrepit, debacchaturque. Sacratiſſimas enim Judæorum leges, Romani idolis mancipati, ſunt aversati abominatiq; pios & religioſos homines. Autumabant enim Judæorum cæremonias ſuperſtitioſas & aniles, ut ſcitè Auguſt. ille noſter libro Civitatis divinæ edocuit. Cæterò ſubintellexiſſe videtur Plinius, miracula à Moſe vi virgarũ facta, quæ certè divino afflatu fiebant, non magico. Lectum enim eſt veteribus memoriis, nonnullis Magorum virgis myricinis in vaticiniis uſos, his miranda actitantes. Legitur enim apud Nicandri interpretem in Theriacis, quod ſequitur tranſlatum penè ad verbum: Apollo inquit, Vaticinos ſanxit mirifica pronunciare mortalib. futura; propterea hunc fruticem Nicander Mantin, id eſt, vatem vocitat. Quin & Magi virgula myricina vaticinabantur. Etenim in pleriſq; locis virgarum vi, Dion, antiquos fuiſſe vaticinatos, ſcriptum reliquit: Apollo inde in Lesbo tenebat manu virgas myricinas: quare Myriceus dictus. Legimus prætereà Magos virgas vertiſſe in dracones, quod & frivolum putandum. Nam corporea materia non ſubjicitur potentiæ Dæmonis, quantum ad tranſmutationem ipſius, ad formã: quod tertio Trinitatis Auguſt. prodit: Non eſt

putan-



ſtandum, ait, iſtis tranſgreſſoribus Angelis ad nutum ſervire, huic rerum viſibilium materiæ, ſed ſoli Deo. Porrò, etſi Poſſidonius & Liſimachus, Moſen magum, & quidem oſcitanter affirmarint, falsò tamen id dixiſſe conſtat: quos & ſcitè, & concinniter, & veriſſimè coarguit Joſeph. 1. contra Apionem volumine: item Strabo ſextodecimo Geographiæ, Moſen divinum hominem oſtendit fuiſſe, non factioſum. Porrò ubi legitur LOTOPEA à JUDÆIS PENDENS, Jochabela ex Joſepho legendum putârim, qui ita matrem Moſi vocitat: legi & poteſt Jochabeda, nec non, ut vult Hermo: Jotapata ab urbe. Porrò quam paulò pòſt Plinius magiam Cypriam vocat, Her. de Chriſtiana religione Plinius voluiſſe intelligere ſuſpicatur; argumento quòd Apoſtolus Paulus cum Barnaba, qui & Cyprius fuit, è Iudæa navigavit in Cyprum, & in eam inſulam nomen Chriſti mundo intulit: ut probabile ſit, Sergium Paulum ejus inſulæ proconſulem miraculorum multitudine attonitum, aut credidiſſe prædicanti, aut certè formam ejus pertuliſſe Romam. unde religio Cypria vocari cœpit, quam & Plinius Magiam Cypriam vocat hîc. Verùm nunc Magiam profanam, & Vulcano dignam aggrediamur. Et ſubdit Plinius: NE HOMO IMMOLARETUR: Quaſdam gentes homines immolaſſe ſolitas, pluribus conſtat argumentis. Rhodii enim homines Saturno immolabant: apud Cypros humanam hoſtiam Jovi Teucrus immolavit: Galli, quorum hîc meminit, Heſum ac Tentatem humano cruore placabant. Unde Lucanus ait:

*E quibus immitis placatur ſanguine diro*
*Tentates, horrenſq; feris altaribus Heſus.*

In Latio Saturnus hac immolatione colebatur, authore Varrone. Diodorus libro quinto de his. Pomponius libro tertio: Lactantius lib. 1. cap. 2. Cæſar ſexto.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

# IN CAPVT II. LIBRI XXX. HISTORIAE MVNDI C. PLINII Secundi Commentarius, alteram Magiæ partem complectens.

NUNc diſſerendum de altera Magiæ ſpecie, quæ ſpirituum afflatu, ope & doctrina conſtat. Dæmonum igitur natura dicetur, deinde Magiæ genera monſtrabimus. Quæri primùm hîc poteſt, poſſintne naturæ ratione dæmones Orco evocari, item Manes Vmbræque votis hominum ad libitum obſequi. Divus Auguſtinus tertio Triadis, id eſt, Trinitatis, aſſerit, corpoream materiam (ut diximus) dæmonis potentiæ ſubjici nequaquam, quantum ad tranſmutationem ipſius ad formam: ipſa profectò ratio dictare videtur hoc. Nam in compoſitis ex materia & forma, materia per ſe non fit, neque item forma: ſed totum ſimul, imò totum tranſmutatur in totum: ex toto enim aëre, fit totus ignis, quando fit aeris in ignem converſio, ut ſcriptum reliquit Ariſtoteles libro generationis. Effectus porrò aſſimilis eſt agenti, & in eo ſaltem præexiſtit: virtute proinde ex materia & forma conflatum, produci nequit, niſi ab itidem compoſito. Angelus verò forma eſt ſimplex: propterea ſolus Deus, & non homo hoc præſtare poteſt: fatendum tamen, dæmones celeritate incredibili, quibuſdam rebus emotis, ſerpentes vel quid aliud earum loco ſubjicere poſſe: adde item, quòd abſentibus ſenſibilibus, phantaſmata remanent & imaginationes, ut ait Ariſtot. 2. Anim. & inde ex motu locali, formarum ſenſibilium remanentium in virtute phantaſtica, cum humoribus, in quibus ſunt, ut in ſubjecto: apparent enim aliqua, quæ non ſunt. Quare in libro de ſomno & vigilia, idem inquit: Deſcendente plurimo ſanguine ad principium ſenſitivum, ſimul deſcendunt formæ in imaginatione conceptæ: qua ratione poſſunt dæmones humores movere interiorum exteriorumque ſenſuum, atque ita ad organa formas aliquas inducere, perinde ac extrinſecus occurrerent non ſolum dormientibus nobis, ſed vigilantibus: ut ſi putemus aliqua vel extrinſecus, vel eſſe vel fieri: quæ tamen nec ſunt, nec fiant: qua ratione immundorum ſpirituum ſubtilitas, & fraus infatigabilis,

bilis,



bilis, eludens viſus ſpectatorum, quædam deformant, & oculis noſtris exhibent. Nam & dæmonum illuſionibus ſeductæ quædam mulieres ſe cum Diana nocturnis horis equitare credebant. Poteſt item & alia ratio adferri, ineſſe rebus corporis per omnia elementa occultas quaſdam ſeminarias rationes, quibus cùm data fuerit & temporis & caſus opportunitas, prorumpunt in ſpecies debitas ſuis modis & finibus. Divinaque poteſtate permittente, Dæmonas mira agere fatebimur, evocarique poſſe & manes & umbras. Et ut hæc nobis ſint paulo compertiora, de dæmonum natura & eorum genere diſſerendum. Platonici, qui ſolicitius examinatiuſque dæmonum naturam & genera perſcrutati ſunt, rationalis naturæ tres gradus eſſe, memoriæ mandârunt: non dignitatis quidem tantùm majeſtate abjunctos, ſed etiam locorum intervallo. Plato enim Diis immortalibus ſedem cœleſtem attribuit: ſed horum alios dici & eſſe intelligibiles, ab omni materiæ contubernio ſemotos, quorum parens princepſq; ſit is, quem rerum conditorem & opificem veneramur, majeſtatis amplitudine ſanctum, & humano ſermone inenarrabilem, ſed vix quidem mente apprehenſibilē. Cæteri non tam dii, quàm miniſtri ab eo dicuntur. viſibiles deos, ideas, corpora cœleſtia vocat & intelligit. Atque hic gradus utiq; unus eſt, qui eſt primus: imum vero tenet locum certæ divinitatis eximium, homo, eminētiſſimam ferè cœleſtibus comparem naturā ferunt. Medium vero gradum inter hoſce extremos ab Lunę collimitio ad nos uſq; expanſum jam habent, quos ab ſcientię magnitudine priſci dæmones vocârunt. Apulejus nunc Lares, nunc Genios vocat. Hos enim tanquam interpretes quoſdam & ſalutigerulos putârunt, qui concepta à nobis vota ad Deos deferrent, & illinc ad nos divina munera Ad hoſtem magica excantatio, & præſagiorum ſpecies referebantur: quod Plato in Sympoſio docuit, & Plutarchus eo libello, quem de philoſophorū decretis poſteris legendum reliquit, minus quidē præciſe, cujuſmodi dæmones eſſent, deſcribens, cum ait: Thales, Pythagoras, Plato, Stoici dæmones eſſe ſanxerunt ſubſtantias animales, ſicuti heroas à corporib. ſemotas animas. Apulejus aūt dæmones ita fingit: Dæmones ſunt animalia, ingenio rationabilia, animo paſſiva, corpore aerea, tempore ęterna: mox adjicit paſſivos dici, quoniam obnoxii ſint perturbationibus, ut nos. hoſce Romana gentilitas, Medioxumos vocitavit: quòd Diis ſummis poteſtate ſint minores, & natura hominū majores. Vocavit & eadem quoſdam Semones, qui ab medio

aeris

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

aëris, quicquid interpatet ad terram uſque habent: quos & Martianus Capella ſemideos eſſe putat: Heroas quoque, ſicut Iamblichus ſignificat: Manes tibi credebant, quaſi fuerint humano corpori Manes dicti, quòd parentium ſeminibus manârant. In hac enim Dæmonum diſtinctione, ſingulis planetarum globis, peculiares dæmones adſcripsêre, veluti ſtellas. Item planetæ illæ famulantes dicuntur quidam, in cujus orbe ſint, ut in firmamento, ſtellæ minores, quæ ab illuſtrioribus gubernantur: inde Saturnales dicuntur dæmones: Item Martii, Venerei, Mercuriales, Jovii, Lunares, Solares. Eſſeque inter Saturnios, qui præſtent aliis in globo eodem Orphicæ doctrinæ peritiſſimi, terreſtres eſſe dæmones dixerunt: aqueos item, & igneos. Tradunt enim eſſe, ab ſummis ad infima, veluti cathenas quaſdam extenſas. Nam ſtellarum quælibet dæmones ſuos tanquam aſſeclas, certis afficit modis: ſed eodem item modo ab dæmonibus (ut ajunt) animæ afficiantur, ab ſuis ubique ſuæ. Scholę enim Platonicorum, providentiam in tria diſtribuunt: Univerſalem, minus univerſalem, & demum particularem. Univerſalem ad tria referunt; Bonum, intellectum, & animam mundi, qua omnibus, & per omnia provideant: Minus univerſalem ad ſphærarum animas referant, ſtellarumque: particularem vero ad dæmones: qui quidem ſi non omnibus, ſed quibuſdam gratificentur, quanquam an humanis animis providentia particularis, ſed ad inferiora. Igitur pro loci ratione nobis non uno modo fomenta adjiciunt: ſiquidem dæmones ignei contemplandi (ut ajunt Magi) potentiam excitant: aeri favent, vitæ activæ: aquei, voluptuoſæ: hos enim Plato ſcribit, à primordio malorum, plurimis voluptatem immiſcuiſſe. Scribit idem, dæmones omnes eſſe affectu paſſivos: ſuperiores & medios immo tales, infimos verò ſolùm eſſe longævos. Aſſerunt præterea alios dæmones eſſe adventitios & peregrinos, humana interdum curantes, alios indigenas: dæmones item habere præfecturas, nam alios eſſe orientales, alios occiduos, alios ſeptentrionales. Platonici ſeptentrionales, malos eſſe docent, quod & Magi teſtantur, quòd Martii illi ſint: propitios autem Jovios, quia meridionales ſint. Cæterò hæc ſciſſe non obfuerit, corpuſne habeant dæmones. Pſellus dæmonum naturam non putat eſſe ſine corpore, quando ait; Sunt qui fatentur ab ſe dæmones viſos cum corporibus. Quin & magnus Baſilius non ſolùm dæmonibus, ſed & puris Angelis corpora tribuit, veluti ſpiritus quoſdam tenues & aereos atque puros. Pſellus ea confirmat, quòd ſe ſeni-



ſenibus offerant: ſive interdum fallacia. Angelicum autem corpus eruditiores, omnis materiæ eſſe expers, tradunt: Dæmonicum verò quodam modo conjectant materiale, quòd in terram ſit intruſum, itaque pulſatum dolore & igne adusto exuri. Orphici Aſtrologi fuerunt, aqueos, aereos ac terreſtres dæmones non expertes corporis. Auguſtinus illæ Theologiæ ſanctioris argutiſſimus cenſor, Angelos omnes ante lapſum, corpora habuiſſe aerea, ex puriore ſuperioreque aeris parte conformata, dixiſſe videtur: malis verò Angelis in lapſu, demutata fuiſſe corpora, in aeris ſpiſſioris qualitatem, ut poſſent torqueri: verùm hoc cenſendum noſtris Theologis relinquo. Porrò non parvæ illud quoque diſceptationis conferi ſolet, doleantne dæmones, ac igne cruciari pulſarive poſſint: id enim fieri poſſe, & Theologi confitentur: ſed qua ratione naturali fieri poſſit, difficile quidem dictu putant phyſici: quia dæmones non ſolido, nec compoſito præditi ſunt. Ad compoſita enim ex pluribus videtur ſenſus pertinere: quonam autem modo illis dolor infligatur, exactius perpendendum. Aſtruunt enim nonnulli eſſe nervos qui ſentiant: ſed non nervos, ſed ſpiritus potius dicitur nervo inſitus. Nam quod eſt non compos ſpiritus, ſenſus ſit expers, eſt & neceſſarium: ſic ſpiritale corpus dæmonum magna ex parte eſt natura ſenſibile & abſque medio tangit, videt, audit, ut quibuſdam placet, actum patitur, & diviſum procul perinde ac ſolida dolet: ea tamen differentia, quòd ſolida interciſa ac diviſa, nunquam poſſint perſanari planè. Dæmonicum verò corpus coit rurſum, recreaturque modò aeris aut aquæ, incredibili quadam celeritate: interim tamen dolet, dum peragitur diſſectio, ea enim eſt quorundam opinio, quo fit, ut ferri aciem [mirum dictu] dicatur formidare: ob id qui dæmonem moliuntur exagitare, enſes, ferrum, tela pętendunt: quod & animadvertiſſe videtur Homerus ille Mantuanus 6. Æneidos, quando ait:

*--Procul ô procul eſte prophani,*
*Conclamat Vates: totoq; abſiſtite luco;*
*Tuq; invade viam, vaginaq; eripe ferrum.*

Ob id ferunt & Æneam habuiſſe enſem conſecratum. Porrò ſcribit Beatus Thomas, timorem, dolorem, gaudium (quod eſt contra illorum aſſertionem) in dæmonibus eſſe non poſſe, quæ ſunt perturbationes: quoniam ſunt hæ appetitus ſenſitivi propriæ, qui appetitus eſt virtus in organo corporeo. Ut verò intelliguntur ſimplices voluntatis actus: ſic in dæmonibus eſſe poſſe

aëris, quicquid interpatet ad terram uſque habent: quos & Martianus Capella ſemideos eſſe putat: Heroas quoque, ſicut Iamblichus ſignificat: Manes tibi credebant, quaſi fuerint humano corpori Manes dicti, quòd parentium ſeminibus manârant. In hac enim Dæmonum diſtinctione, ſingulis planetarum globis, peculiares dæmones adſcripsêre, veluti ſtellas. Item planetæ illæ famulantes dicuntur quidam, in cujus orbe ſint, ut in firmamento, ſtellæ minores, quæ ab illuſtrioribus gubernantur: inde Saturnales dicuntur dæmones: Item Martii, Venerei, Mercuriales, Jovii, Lunares, Solares. Eſſeque inter Saturnios, qui præſtent aliis in globo eodem Orphicæ doctrinæ peritiſſimi, terreſtres eſſe dæmones dixerunt: aqueos item, & igneos. Tradunt enim eſſe, ab ſummis ad infima, veluti cathenas quaſdam extenſas. Nam ſtellarum quælibet dæmones ſuos tanquam aſſeclas, certis afficit modis: ſed eodem item modo ab dæmonibus (ut ajunt) animæ afficiantur, ab ſuis ubique ſuæ. Scholę enim Platonicorum, providentiam in tria diſtribuunt: Univerſalem, minus univerſalem, & demum particularem. Univerſalem ad tria referunt; Bonum, intellectum, & animam mundi, qua omnibus, & per omnia provideant: Minus univerſalem ad ſphærarum animas referunt, ſtellarumque: particularem vero ad dæmones: qui quidem ſi non omnibus, ſed quibuſdam gratificentur, quanquam ad humanis animis providentia particularis, ſed ad inferiora. Igitur pro loci ratione nobis non uno modo fomenta adjiciunt: ſiquidem dæmones ignei contemplandi (ut ajunt Magi) potentiam excitant: aeri favent, vitæ activæ: aquei, voluptuoſæ: hos enim Plato ſcribit, à primordio malorum, plurimis voluptatem immiſcuiſſe. Scribit idem, dæmones omnes eſſe affectu paſſivos: ſuperiores & medios immortales, infimos verò ſolùm eſſe longævos. Aſſerunt præterea alios dæmones eſſe adventitios & peregrinos, humana interdum curantes, alios indigenas: dæmones item habere præfecturas, nam alios eſſe orientales, alios occiduos, alios ſeptentrionales. Platonici ſeptentrionales, malos eſſe docent, quod & Magi teſtantur, quòd Martii illi ſint: propitios autem Jovios, quia meridionales ſint. Cæterò hæc ſciſſe non obfuerit, corpuſne habeant dæmones. Pſellus dæmonum naturam non putat eſſe ſine corpore, quando ait; Sunt qui fatentur ab ſe dæmones viſos cum corporibus. Quin & magnus Baſilius non ſolùm dæmonibus, ſed & puris Angelis corpora tribuit, veluti ſpiritus quoſdam tenues & aereos atque puros. Pſellus ea confirmat, quòd ſe ſeni-

ſe ſeni-



ſe ſenibus offerant: ſive interdum fallacia. Angelicum autem corpus eruditiores, omnis materiæ eſſe expers, tradunt: Dæmonicum verò quodam modo conjectant materiale, quòd ſub terram ſit intruſum, itaque pulſatum dolore, & igne admoto exuri. Orphici Aſtrologi fuerunt, aqueos, aereos ac terreſtres dæmones non expertes corporis. Auguſtinus illæ Theologiæ ſanctioris arguriſſimus cenſor, Angelos omnes ante lapſum, corpora habuiſſe aerea, ex puriore ſuperioreque aeris parte conformata, dixiſſe videtur: malis verò Angelis in lapſu, demutata fuiſſe corpora, in aeris ſpiſſioris qualitatem, ut poſſent torqueri: verùm hoc cenſendum noſtris Theologis relinquo. Porrò non parvæ illud quoque diſceptationis cenſeri ſolet, doleantne dæmones, ac igne cruciari pulſarive poſſint: id enim fieri poſſe, & Theologi confitentur: ſed qua id ratione naturali fieri poſſit, difficile quidem dictu putant phyſici: quia dæmones non ſolido, nec compoſito præditi ſunt. Ad compoſita enim ex pluribus videtur ſenſus pertinere: quonam autem modo illis dolor infligatur, exactius perpendendum. Aſtruunt enim nonnulli eſſe nervos qui ſentiant: ſed id non nervos, ſed ſpiritus potius dicitur nervo inſitus. Nam quod eſt non compos ſpiritus, ſenſus ſit expers, eſt & neceſſarium: ſic ſpiritale corpus dæmonum magna ex parte eſt natura enſibile & abſque medio tangit, videt, audit, ut quibuſdam placet, actum patitur, & diviſum procul perinde ac ſolida dolet: ea tamen differentia, quòd ſolida interciſa ac diviſa, nunquam poſſint perſanari planè. Dæmonicum verò corpus coit rurſum, recreaturque modò aeris aut aquæ, incredibili quadam celeritate: interim tamen dolet, dum peragitur diſſectio, ea enim eſt quorundam opinio, quo fit, ut ferri aciem [mirum dictu] dicatur formidare: ob id qui dæmonem moliuntur exagitare, enſes, ferrum, tela prętendunt: quod & animadvertiſſe videtur Homerus ille Mantuanus 6. Æneidos, quando ait:

*--Procul ò procul eſte prophani,*
*Conclamat Vates: totoq; abſiſtite luco;*
*Tuq; invade viam, vaginaq; eripe ferrum.*

Ob id ferunt & Æneam habuiſſe enſem conſecratum. Porrò ſcribit Beatus Thomas, timorem, dolorem, gaudium (quod eſt contra illorum aſſertionem) in dæmonibus eſſe non poſſe, ut ſunt perturbationes: quoniam ſunt hæ appetitus ſenſitivi propriæ, qui appetitus eſt virtus in organo corporeo. Ut verò intelliguntur ſimplices voluntatis actus: ſic in dæmonibus eſſe poſſe

ſe poſſe

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſe poſſe contendunt. Etenim dolor hoc modo eſt obluctatio voluntatis, ex eo quod eſt vel non eſt. Multa enim ſunt, quæ dæmones non eſſe mallent, & è converſo: ideoque cooriri dolorem neceſſe eſt, quare jure paſſivos dixerimus, ſed non ritè corporeos. Hic expendendum, dæmonem non uno modo dici, ut ſcriptum reliquit Proclus. Alius enim ipſa eſſentia dæmon eſt, alius comparatione, habitu alius. Ubique enim quod præeſt ac providet, appellare conſueverunt antiqui dæmonem: ſic Genium vocabant: & apud Orpheum Iupiter Saturnum vocat dæmonem. Plato ſic Deos quidem, qui generationem è propinquo diſponerent, vocitavit. Habitu enim & dæmon dici ſolet animus: qua ratione dæmon animalis dicitur. Apulejus etiam, quod dignum eſt ſcitu, animum humanum in corpore conſtitutum, dæmonem nuncupari poſſe ait, quare ad id alluſiſſe videtur Virgilius, quando ait:

*Dij nec hunc ardorem mentibus addunt.*
*Euriale, an ſua cuiq; Deus ſit dira cupido.*

Bona ergo animi cupido, Deus ab eo dicitur: unde effluxum eſt, ut Eudæmones dicant beatos: quorum bonus dæmon: hoc eſt, animus virtute eſt perfectus. Scribit Iamblichus dæmone proprium nihil aliud eſſe, quàm intellectum. Hæc ſubnectenda cenſui, quo quis perſuaſum haberet, dæmon vocabulum non in malam ſemper accipi partem. Veniamus nunc ad oracula Magica, quæ etſi vaniſſima deprehenſa, ſæpius nihilominus philoſophos veteres & Platonicos, ſummè illa veneratos ſolitos legimus, conatoſque rationibus roborare: quod Plato cum in Tymæo, tum in Phædro teſtatur, tria certè priſcos habuiſſe ſcientiarum genera animadverto: unum fabuloſum, quod eſt Hiſtoricum, vocabant Poetis attributum. Naturale, quod myſticum eſt, ab philoſophis ſuſceptum. Civile quod omnibus civitatibus inolevit: hoc genere poſtremo continebantur oracula atque reſponſa: quorum tum etiam Aſtrologiæ, tum Auguriorum ac auſpiciorum dæmonum inventa putarim eſſe. Quod ſi quis miracula neſcio quæ objecerit, ſcire licet, herbarum potentia, & lapidum virtutibus, non perinde manifeſtis: multa item perfici poſſe, quæ nos per inſcitiam dæmonibus, vel cœlo accepta referimus. Colligamus item veriſſimè hanc Magiam, non citra dæmonum participatum, tractatam antiquis, nam & ſcribit Mercurius ex propriis certiſque rebus certo cuidam dæmoni congruentibus, compoſitam ritè ſtatuam, confeſtim per dæmonem congruum animari: quod & confirmat Auguſtinus, Civitatis divinæ octavo: & falſa, & mendacia



mendacia dæmones dicere loquique ſolitos, etiam Porphyrius libro oraculorum hoc teſtatur: Sciendum, inquit, Deos, (ſic enim Dæmones vocat) ſæpe mentiri: nam explorata, certaque futurorum perſpicienti, non hominibus ſolum tortuoſa ſed & Diis ipſi incertiſſima nunciant. Cæterum ut ad inſtitutum redeam, obſervatione dignum in hac magiæ actione, quibus differentiis hæc divinatio Dæmonibus inſita, de mundo, ex mundi ſignis compoſita (ut volunt) ablataque hominibus, & conceſſa Dæmonibus ab Origine & Porphyrio, tandem diſpenſari dicatur. Dæmones certè qui nuncupantur ætherei, quique aeris incolant ſuprema, cœleſtibus futurum judiciis (ut Magorum tenet opinio) amplius addicti. Qui autem hæc infima frequentant, dicunturq; aquei, non tam cœleſtia ad hunc uſum ſuſcipiunt, quàm noſtra obſervent. præſcientiamq; aucupentur aliquã. Medios verò putabant certius ex iis, quæ utrobiq; eveniant, prædictionum argumenta captare: ac proinde iſtorum operam in divinationib. expeti conſueviſſe imprimis, & fuiſſe præcipuam: ut qui hominib. quandoq; præſagiis præſtò fuerint, confuſanea reperirentur ſæpius. Cætero Dæmones mali, ut ferunt Magi, libaminibus, & carnium nidore oblectantur. Siquidem ſpiritale corpus eorum, craſſeſcere, & obeſius evadere produnt. Quamobrem Magię cultores, in invocationibus Dæmonum ſuffitu utuntur: quare vaticinaturis, adhiberi ſolebant ſuffitus, quibus Dæmones allici poſſe teſtantur, hos enim ſuffitus, vim tonitrua inducendi, habere putant: ut ſuffitus factus corde chamæleontis in ſingulis ſi comburatur, caput itẽ & guttur ejuſdem animalis. Fiunt præterea ſuffumigationes, ſub opportunis ſtellarum influxibus, idola Dæmonum in aere facientes apparere: ſic ex croco, pro Solis influxu umbra: item muſco, lauro, ligno aloes, cum cerebro aquilæ, & id genus multa. Superſtitioſa profectò, & aliena piis hominibus agunt. Pro Lunæ item influxu accipiebant caput ranæ, & ſemen papaveris albi. Pro Iovis, ſemen hioſciami, & ſummitates pennarum pavoni. Pro Saturni, papaveris nigri ſemen, radicem mandragoræ, & cerebrum felis. Hoc enim genus Magiæ à fumo, qui Græcè Capnos dicitur, Capnomantia dicta eſt, & Capnomantes, qui ea utebantur. Non neglig ẽdum præterea, quod Porphyrii eſt, malignorum Dæmonum principes, Seraphin & *P*roſerpinam: ſacræ autem literæ Beelzebub, pravitatis primarium vocant. Scribit *P*ſellus, Dæmonia ſæpè hominibus divitias polliceri, item & gloriam, victoriam, amorem: cum tamen tradere ex ſe non poſſint, quippe quod

impe-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

imperium nullum habeant: ea tamen fortis imaginatio & credulitas, quibus ſe enixiſſimè impii homines addicunt: efficiunt, ut ſub hoc involucro, ac prætextu decipiendi appareant Dæmones, futura referentes, & docentes herbas, quibus poſſint ipſi evocari, & earum venefica vi aliis nocere: quæ tantæ potentiæ fuiſſe creditæ ſunt à Magis, ut inferiora poſſint tabeſcere: item impelli, vel repelli, necti, diſſolvi. quare cecinit Virgilius:

*Has herbas, atq; hæc Ponto ante venena:*
*His ego ſæpe lupum fieri, & ſecludere ſylvas,*
*Mecum ſæpe animas imis exire ſepulchris.*
*Atq; ſatas aliò vidi traducere meſſes.*

Idem de Circe, & ſociis Ulyſſis:

*Quos hominum ex facie Dea ſæva potentibus herbis.*
*Induerat Circe in vultus ac terga ferarum.*

Et Lucanus, de quibus tum herbis, tum animalibus, de Theſſala illa:

*Huc quicquid fœta genuit natura ſiniſtro*
*Miſcetur non ſpuma canum, quibus unda timori eſt.*
*Viſcera non lyncis, non diræ nodus hienæ*
*Defuit, & cervi paſti ſerpente medulla:*
*Non puppim retinens, Euro tendente rudentes:*
*In mediis echineis aquis, oculiq; draconum.*

Omitto quæ Apulejus de Pamphile venefica ait: omitto quod Virgilius de veneno, quod Hippomanes fertur: quod item Cato de carmine ait, quo luxata curabat. Nec parum mirandum: quod Magi ferunt: gladium, quo capita damnatorum truncantur, merſum vino: id vinum ſolvere quartanas, & multa id genus, quæ author noſter prodit: ſed nunc redeundum ad Plinii contextum. Namque (ait Plinius) ex aqua. Hoc enim magiæ genus Hydromantia fertur, judicat de futuris per impreſſiones aqueas, ac per viſiones, quæ fuerint in aquis ſicut, teſte Varrone, vidit puer quidam in aqua Mercurii effigiem, quæ centum quinquaginta verſibus, omnem Mitridatici belli eventum pronunciavit. Divus Auguſtinus, Civitatis divinæ ſeptimo, Numam Pompilium hanc Magices factionem docuiſſe teſtatur. Fit & alia ſpecies, quæ pelvibus fit, vocitaturque Lecanomantia: quæ verò ſecuribus, Axiomantia. Lecanomantia pelvibus aqua plenis: quam exercuiſſe ſummè Aſſyrii dicuntur. Pelvim enim implebant aqua, cui imponebant argentum, electrum, & lapillos quoſdam pretioſos: laminaſque imaginibus quibuſdam diſtinctas,



tis, proferentes, quædam verba, quæ annectere noluimus.

Eſt & magiæ genus aliud, quod aëre fiebat, vocaturque Aeromantia: fiebat per aereas impreſſiones, in quibus apparebant Dæmones. Jungitur huic ea Magia, quæ ſpeculis & corporibus ſplendidioribus fieri ſolet, in quibus apparent hominum, ſive parentum, ſive aliorum formæ: item caſtra, civitates, & id genus. Fit & herbis alia, quæ Botonomantia dicitur: fit ſortibus, quæ Cleromantia: fit amphora ventroſa, quæ ſolet puero inſpici, & vocatur Gaſtromantia: fit & alia quæ punctis in terra aut charta, vocaturque Geomantia, cui omne genus Sortilegii adjungitur. Fit Geomantia punctis in terræ pulvere, aut arena, item & nunc in charta: puncta enim, Geomantiæ ſtudioſi, deducunt per figuras: quæ item reducuntur ad figuras cœleſtes, ad ſtellatum ſeptem rationes. Erant etiam apud Romanos ſortes quædam quæ dicebantur Præneſtinæ, litteris ligneis afformatæ, ſculptæque. Porrò Pyromantia ſequitur, quæ igneis impreſſionibus fieri ſolet: cui annectitur Capnomantia, cujus meminimus paulò ſuperius: fiebant etiam fumo flamma, igne: ut cum in rectum tenderet, aut flexuoſe, obliqueque. ad quam Magiam alluſiſſe videtur Statius, quando ait:

*Vincatur pietas, pone eia altaria virgo.*
*Quæramus ſuperos, facit illa, facieq; ſagaci*
*Sanguineos flammarum apices, genitumq; per auras*
*Ignem & clara tu mediæ faſtigia lucis.*

Fit & Necromantia, quæ præſtigiis & ſuperſtitionibus fit, per quæ manes & ſubterraneos Dæmones, per mortuorum cadavera & umbras, ut apud Lucanum Erichto venefica famatrixque, quæ mortuum ſuſcitaſſe dicitur, qui belli Pharſalici eventum Sexto Pompejo prædixit. Necromantia enim erigit cadavera: nec hanc fieri poſſe putant Magi, citra ſanguinem humanum. Alia eſt, quæ dicitur Scyomantia; quæ fit umbris. Sunt & alia genera Magiæ, ut Auguria, quibus futura captabant, ad volatum avium fœlicium & infœlicium. Quæ enim aves dicebantur Saturniæ, dirum portendere dicebant, ferale appellantes eas, in quarum albo bubo erat, nam inauſpicatiſſimi augurii dicebatur, ut conjicere licet hoc carmine:

*Fœdaq; ſit volucris, venturi nuncia luctus*
*Ignavus bubo, circum mortalibus omen.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ONLY ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Cygnus verò avis eſt Venerea, item & Phœbæa, præſagii fœliciſſimi. unde Carmen id:

*Cygnus in auſpicijs ſemper feliciſſimus ales.*
*Aſpice bis ſenos lætantes in agmine cygnos.*

Erat & aliud genus Magiæ, dictum Literomantia, quod fieret literis, earumque numero: ut ſi exeas foras, interrogeſque primum, qui tibi obviârit, quo vocetur nomine: ſi nomen illius incipiat ab aliqua iſtarum literarum, a, e, i, o, u, votis correſpondebunt eventus. Fit & quædam alia Magia, quæ umbilici notis agnoſcitur, & vocatur Umbilicomantia: hac enim cognoſcunt obſtetrices, quot infantes puerpera ſit habitura, & quot annis illi victuri ſint. His, neſcio, jure copulaverim Chiromantiam ac Phyſiognomiam, quod Ariſtoteles harum meminerit, & ex neotericis authoribus Bartholomæus Cocles Bononienſis, Joannes item indaginis de Apione, cujus hîc meminit Plinius, mentio fit apud Joſephum, de Tiridate & Nerone Suetonius affatim meminit. Hactenus de Magiæ generibus. Hæc ſunt qua ab quibuſdam authoribus ac monumentis vetuſtiſſimis, nomine & titulo incertis, ac eorum præceptis, excerpſimus.

FINIS.

DE



# DE FASCINATIONIBVS DISPVTATIO ELEGANS, ERVDITA, & lectu digniſſima.

SEd quoniam de faſcinatione ſermonem fecimus ſuprà de iis eſt differendum, qui effaſcinatorem habent oculum, quod & apud Theocritum & Virgilium poetas, apud etiam Hiſtoricos, Philoſophos, Oratores, nonnihil invenitur memoriæ proditum. Virgilius Maro perpulchrè cecinit:

*Neſcio quos teneres oculus mihi faſcinat agnos.*

In Africa familias quaſdam effaſcinantium, Iſogonus & Nymphodorus tradunt, quarum laudatione intereant probata, areſcant arbores, emoriâtur infantes. Eſſe generis ejuſdem in Triballis & Illyriis, adjicit Iſogonus, qui viſu quoq; effaſcinentur interimantq; quos diutius intueantur iratis præcipuè oculis: quod eorum malū facilius ſentire puberes, notabilius eſſe, quod pupillas binas in oculis ſingulis habeant. Hujus generis fœminas in Scythia, quæ vocentur Bithiæ, prodit Apollonides. Plutarch. in Ponto Tibiorum genus, multoſq; alios ejuſdem naturæ, quorū notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem: eoſdem præterea non poſſe mergi, ne veſte quidem degravatos. Haud diſſimile his genus Pharmacum in Æthiopia prodidit Damon, quorum ſudor tabem contractis corporibus adferat. Fœminas quidem omnes ubiq; viſu nocere, quæ duplices pupillas habent, Cicero quoque apud nos eſt author. Solinus meminit quaſdam in terra Africa familias hominum, voce atq; lingua effaſcinare: quæ ſi impenſius fortè laudaverint pulchras arbores, ſegetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes paſtu atque cultu opimas emoriantur repentè. Quapropter malè audiunt apud doctos, qui faſcinum rideant, & aniles exiſtimāt eſſe nugas: cum & rerū eventa prorſus famæ ſuffragentur: non promptis hiſtoriis fidem derogare conſentaneum eſt, ſi vel aucupium cauſæ, quo potiri nequeamus, nos fugiat. Siquidem innumera ferè ſunt omnibus conſpicua, quorum ratio non poſſit inveniri. Quare qui ſcrupuloſius in perveſtigandis ſingulorum rationibus verſantur, ex omnibus naturæ miracula ſummovent. Etenim ubi nos cauſæ ratio deficit, hinc dubitandi manat exordium, hoc eſt, philoſophandi. Idcircò philoſophiam



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

modo quodam conantur abolere, qui prodigioſis naturæ miraculis fidem non habent. Sed quod ad effaſcinationem pertinet, quonam pacto fieri ſoleat, id ratione: quod verò plerunque fiat, hoc hiſtoria petendum eſt. Permulta id genus poſteritatis memoriæ tradita ſunt. Plutarchus eſt author, homines quoſdam ſuo conſpectu, pulſionibus nepotiū exhibere, quod videl. eorum habitus, humoris imbecillitatiſque cauſa, in pejorem degeneret conditionem. Qui verò ſolido concretioneque conſtant corpore, vitium hoc non ſentiunt: quanquam incolentes Pontum, Palethebeorum familias referat Philarchus, non infantibus modò, ſed & adultis quoque pernicioſas eſſe: quippe cum ſpiritum earum, vocem & conſpectum admittentes, intabeſcere & corripi morbo cognoſcantur: argumento, quod hanc labem ſentiant & hoſpites & qui frequens cum eis ineunt commercium, illinc emptitia mancipia ſtatim abducentes. Neque forſitan minus fuerit mirabile, nam contractus & miſcella per quam evidens, jam vitii continent rudimentum. Et quemadmodum cum aquilarum pennis miſtæ reliquarum alitum pennæ abſumuntur, neque eam labem ſentiunt cum aliis teneris ac mollibus etiam putreſcentibus. ſic nil intererit hominis, cujuſdam ſalubrem eſſe tactum, alterius verò noxium & moleſtum haberi, qui nimirum viſos injuria laceſſat: ſic aucupium cauſæ, quod difficulter aſſequimur, fidem vix habebit: atqui jam is veſtigium, & ſemitam cauſæ, qui ad corporum effluvia perrexerit: quando vox, odor, & emanans ſpiratio, quidam ſunt animalium halitus, & partes ſenſuum moventes, cum ab iis occurſantibus afficiuntur: longè magis ſimile veri fuerit, ab animantium corporibus, ut quæ calore potiantur, quandam auram expirari, præſertim cum motum perinde quaſi pulſum aliquem & conturbationem ſpiritus exciter. A quo corpus perpetim agitatum effluvia quædam eructat multò maximè oculis eſpui perſpicuum eſt: ſiquidem viſus, crebrò motui obnoxius, cum ſpiritu ipſum ejaculante, quandam vim igneam & mirabilem diffundit, ita ut hoc authore permulta & agat & patiatur homo, voluptatibus enim capitur, ac rebus, ut his illectus. Amoris qui quam maxima & violentiſſima animi noſcitur affectio, viſus fundamenta jacit, ſic ut amandi facultas hinc profluat & effundatur, velut ad eos proveniens, quos perpulchros & elegantes proſpexerit. Ideo quam maximè demirari quiſquam eos poſſet, ut mea fert opinio, qui & viſu hominem conſentire, & affici moleſtia credunt, non item agere & nocere. Etenim mutuus eorum



rum reſpectus, qui forma & pulchritudine præcellunt: quodque procidit oculis & manat, ſive lumen, ſive profluxio quædam fuerit, amantes tabe conficit, permiſta dolori voluptate, glykypikron, quaſi dixeris, Dulcamarum appellant. Neque ingentibus & audientibus viſu venit adeò animos vulnerari, ad deſideria refricari veluti inſpicientibus, & iis qui inſpiciuntur: etenim talis inteſtinus ardor, diſtributioque à viſu proficitur. Sed prorſus amorem inexpertos, exiſtimare oportet: quin mirantur medicam Naphtham, ad quam undecunque vel è longinquo viſam protinus tranſilit ignis, quem ſtamilla concipit, tanta eſt horum cognatio. Venuſtæ ſiquidem formæ ſpectrum ſuum, quamvis eminus jaculentur, attamen igniculum in animis animantium ſuccendunt. Atqui remedium regii morbi, memoria repetendum eſt. Galgulus vocatur avis, quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt. Talem videtur ales ſortita naturam, ut alliciat ad ſe vitium, atque rapiat, ipſumque oculis effuſum, tanquam effluvium adſciſcat. Galgulus verò, quem puto Græcè vocari Charadrion, regio morbo laborantem, nec cernit, nec tolerat: ſed oculos concludens, genaſque committens averſatur: non invidens, ut nonnulli credunt, hominum ſaluti, ſed perinde quaſi ictum accipiens vulneretur. Cæterum, ut reliquos taceam morbos, [illegible]itudinem concipiunt, qui cum tentatis ea verſentur, tam [illegible]nicem vim poſſidet oculus, ut in alterum ejaculetur, vibretque vitii rudimentum. Sed cum ex noxis, quibus corpora noſtra patent, quædam ab animo prodeunt, ut faſcinus, quonam pacto vitium ad ſpectatos per viſum deleget, jam eſſe diſſerendum. Nemo poteſt inficiari, quin animus affectus ſuum corpus malè habeat. Non vides ut rei venereæ cogitatio, genitales partes titillet atque ſurrigat? Nonne canum furores iis certaminibus, quæ cum feris ineunt, viſus aciem præſtringant, imò frequenter penitùs excæcant? Nunquid avaritia, mœror, æmulatio, colores immutant & habitum digerunt? Nec his minus invidia, quam induerit animus, improbitate corpus explet: quàm pictores dum pulchrè atque inſigniter exprimere conantur, faciem Invidiæ delineant. Itaque quoties invidia flagrantes ita truces fixerint oculos, ut vicini & propter aſtantes animi maleficium alliciant, perinde quaſi jacula veneno delibuta proruent. Nec enim id velut abſurdum abhorret à ratione. Namque videmus canum morſus incandeſcentium ira, multò moleſtiores eſſe. Genituras humanas melius coaleſcere tradunt, quoties propius amantes applica-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

verint. Et ut ſummatim loquar, affectiones animi, vires corporis firmant, atque vegetiores reddunt. Quapropter familiam hominum, quæ faſcinum amoliri traduntur, adverſus invidiam pollere, & eſſe remedio putant, viſu ſcil. præſtigiis abſtracto, quo ſuam aciem innocentius affectis adigat: ſed ratio videtur illegitima moneta percuti, quando ſi pro veris ſtatuamus, quæ cum plures de faſcinatoribus prodiderunt: id ignorandum profectò non eſt, quod vernas, amicos, familiareſque nonnunquam patres effaſcinantem habere oculum arbitrentur: ſicut iis uxores quos ſuſtulerunt liberos, non oſtendant, nec ſinant diutiſſimè talibus cerni, quibus omnes faceſſit invidiæ ſuſpicio, nec ejus ulla ſubeſſe labes creditur. Quis herum erga famulos, & parentem in filios livoris inſimulabit. Sed quid de iis dicendum, qui ut tradunt ſeipſi faſcinarunt. Nam id poſteritatis memoriæ poetis mandatum eſt, cum Eutelidas miſer vir, in ambitioſo flumine ſe conſpexiſſet, ipſi ſibi hanc faſcini perniciem conſcivit, ac confeſtim inevitabilem contraxit noxam.

Eutelidas enim, pulcher alioqui ſibi viſus, cum ſui amore deperiret, in ægritudinem lapſus, priſtinum corporis habitum cum venuſtate perdidit. Sed audenter eſt adfirmandum, omnes animi affectiones, ſi permanentes diutius hæſerint, improbos habitus creare: qui, quando naturæ robur aſciverint, quavis occaſione conciti, identidem invitos etiam in peculiares & aſſuetas trahunt affectiones. Si timidos obſervaveris, inveniet quæ ſunt eis ſalutaria reformidare: iracundos amiciſſimis fore difficiles: laſcivos & amatores etiam moribundos, à pudiciſſimis ſibi temperare non poſſe corporibus. Siquidem conſuetudo vehementer ad hoc pollet, ut propriam exigat affectionem. Sic enim in errorem prolabi neceſſum, qui ſupra modum offenſis pateat, & occurrentium injuriis ſit obnoxius. Nec miratu dignum eos, qui pertinacem invidentiæ notam, aut faſcinatorem in ſe crearunt habitum, ad id quod ſuum eſt, pro affectionis natura moveri: motos ſic quod apti ſint, non quod volunt, præſtare. Ut enim orbis circulari vertigine rotatur, & cilindrus ſuo more, ſecundum figuræ diſcrimen, volutari cogitur: ſic invidioſum affectio invidenter ad omnia movet. Cæterum eis magis afficere par eſt, quæ propria ſunt. & quorum deſiderio tenentur. Sic optimus ille Eutelidas, & quotquot effaſcinaſſe ſe non ab re traduntur, illud mihi perperi videntur. Bonus habitus qui reſidet in ſummo, ut Hippocrates eſt author, tutus non eſt: corpora ad ſummum vigorem

pro-



progreſſa, non perſiſtunt, ſed velut æqua lance librata, in contrarium ruunt: haud difficile ſumma quæque deturbantur. Itaque quando ſibi uberius incrementum vendicarunt, ac minus habentes quàm ſperarent, ſeſe conſpexerint: ſic ut cum ſe intuantur, & corpus explorant, jam mutationi locus eſt, & habitum in deteriorem noxam graſſante ſe poſſunt effaſcinare. Quod fieri potius ſolet defluxionibus aquarum, æquore, vel ſpeculo reſilientibus, ſicut in ipſo videntes reſpirent, & reciproco jaculatu in ſuos retorqueantur authores, peculiariſque veneficii tandem luant pœnas: & eiſdem, quibus cæteros, ſe faſcinis labefactent. Sic infantes plerunque ſe proprio viciant faſcinatu, cauſam tamen hujus falsò contuentibus eos adſcribunt. Ut enim ſpectrorum quæ invidentes ejaculantur, nulla poteſt iniri ratio, quanquam neque ſenſu prorſus, neque impune vacent, ſed maleficii & effaſcinationis labe jactantium: infarciuntur ea, quod diutius iis quos faſcinare volunt, inſideant imbuta veneno, corpus & mentem conturbant, & ſua vitians ſorde: ita putandum eſt, hominum opinione faſcinari quodammodo, quod in ſermone divinitus factum, aut mirabili quodam effectu accidiſſe prædicat. Hæc ad authorem Plutarchum, ne ſua laude defraudemus, referantur, quæ ex Sympoſiacorum quinto, quod ad rem, facerent, vertimus, quo poſſemus indoctos Græcè pleniore beneficio demereri. Quapropter & remedia, quæ contra ejuſmodi maleficia produntur, ſubdidimus faſcinationibus, adoratione peculiari: occurrebat antiquitas, quibus & frontis corium reſiſtere credidit: & eadem faſcinationes repercutiebat ſiniſtræ dextræq; claudicatis occurſu. Palmarum lignum, in pomo oſſeum, dente atum, contra faſcinationes polliebatur. Satyrion, quæ Orchis cognominatur, & fœmina creditur eſſe, diſtinguitur internodiis & ramoſiore frutice, radice faſcinis utilis. Rutam, faſcinationis amuletum, tradit Ariſtoteles. Aliſſum in domo ſuſpenſum refert Dioſcorides, ſalutare amuletum contra faſcinationes hominum quadrupedumque generi.

Ll 4

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

**DE ILLORVM DÆMONVM QVI SVB LVnari Collimitio verſantur, ortu, nominibus, officijs, illuſionibus, poteſtate, vaticinijs, miraculis & quibus medijs in fugam compellantur, Iſagoge, per Georgium Pictorium Villinganum Doct. Medicum, & apud Cæſaream curiam Enſishemij ſuperioris Alſatiæ archiatrum, nuperrimè in unum collecta.**

CLARISSIMO SANÆ THEOLOGIÆ DOctori, D. Joachimo Zaſio, propoſito in Oelenberg, & Domino patrono ſuo digniſſ. Georgius Pictorius Villinganus Doctor & Medicus. S. D.

*QVum humanitas, tum etiam liberalitas, quibus in me uſus eſt tuæ dominationis Huldenricus Zaſius, vir, dum vixit, ex tetragono conſtans & in hodiernum diem mundi totius ornamentum valde exuberans Clariſſ vir & Patrone ſingularis, in hoc me compulerunt, ut nihil vel antiquius, vel magis animo exoptatum in hac vita duxerim, quàm ut aliquo modo, etiam minutulo, dum ex integro non datur, me gratum oſtendere poſſem. Diu ergò verſanti animo, qui id rectiſſimè facerem, incidit, non diſſonum fore, & ſi huius tam eminentis viri, qui nunc Deo vivit, gnatis, dominationi quippe tuæ & D. Ioanni Huldenricho, Cæſareæ Maieſtatis per ſuperioris Auſtriæ Ducatum Cancellario, & à Conſilijs primario, quid munuſculi Minervalis animi gratificantis mnemoſinon offerrem. Vbi ſic mihi perſuaſus, ambos munere ut dictum eſt ſalutavi: Dominum Cancellarium Medicina, quæ ante menſes plus minus undecim accepit: tuam verò dominationem hac de ſublunarium dæmonum biblica, phraſi, munere, ut mihi videtur, Theologo, qui dies noctesq; contis & pugnis iſtis calumniatoribus concionando obloquitur non indigno. Hæc rogo boni ſuſcipe cœlo, magnanimum gratificantis conſiderans, quàm muneris huius Maieſtatem. Et dum nulla per tabularum livorem intacta maneant, ſicut ex Platone Galenum ſecundo de criſi octavo cap. dixiſſe novimus, quantum datur defende. Vale ampliſſime vir.*

*Datum Enſishemij ſuperioris Alſatiæ, Anno Virginei partus ſeſqui milleſimo ſexageſimo ſecundo die Febr. ſexta.*

COL-



# COLLOQVVNTVR

## CASTOR ET POLLVX.

CASTOR. Pollucem & Clytemneſtram ex uno ovo prognatos Græci narrant: ſed hoc verum eſſe ob veſtrorum animorum diſſonantiam vix crediderim, tu enim cœlum affectas, hæc terram & cædes cogitat. POL. Et id fortaſſis cetam addit, quòd Græcis ſemper mentiendi fuerit aſſignata libertas. CAST. maximè. POL. Sed non eſt quòd arbitreris Græcos per omnia vanos, nam ut plerique alii, quandoque ex tripode loquuntur. Id quod etiamnum poeta Sulmonenſis carmine docet.

*Græci mendaces.*

*Nec fingunt omnia Græci.*

CAST. In hac parœmia veriſſimos citra omnem exceptionem proteſtor, quæ ſic habet, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. quod eſt, homo homini dæmonium. POL. Cur hic veriſſimos Caſtor? CASTOR. ſiquidem hominem homini dæmonem eſſe, & lupum rapaciſſimum, diurnus certiſſimè probat eventus, quando indies hominem parare inſidias notamus in hominem, latrocinia, furta, deprædationes, rapinas, cædes, dolos, ſtupra, & centum hujus ſentinæ lernas, pater ſerpentino morſu vibrat in filium, amicus in amicum, nec hoſpes ab hoſpite tutus. POL. Vera ſunt quæ dicis, ſed quantum audio, vocabuli in hac parœmia comparentis, ſiniſtrè intelligis etymon. Nã hic dæmon non eſt horrificum nomen, ſeu odioſum, ſed ejus, qui alteri ſuppetias infert, & quem Plinius deum nominat. CAST. Ergo dæmonem in hac parœmia aliud quam multiſcium calumniatorem ſignificare aſtruis? POL. Non extra ſcopum jacularis. Nam plures eſſe dæmones quàm illum ſublunarem, quem tu intelligis, quivis percipiet, qui non oſcitanter Platonis ſupereminentis placita legendo deguſtavit. CAS. Rogo ergo ne illa, quæ ſcribit, obticere velis, ut medullam habeam. POL. Tuo nutu atq; renutu fruar, nam valde in hanc rem tecum confabulari delector, attende. Plato dæmonum ordinem in tres diſſecuit gradus, ut dignitatis majeſtate interpunctos, ſic quoq; locorum intercapedine ſingulariter diſpares. Et primum illis adſcripſit dæmonibus, quibus corpora ex puriſſimo æthereo coalita ſunt elemento, ſplendidis admodũ filis intextata, ut nec ignis tantum habeant. Chalcidio referente, quòd viſui perſpicua eſſe queant. Nec terram ſic ſa-

*Homo homini Deus.*

*Homo homini diabolus.*

*Plin. lib. 2. cap. 7.*

*Tres dæmonũ gradus.*

*Primus dæmonum gradus.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

piant, ut vel premi vel tangi queant, & cœleſtem inhabitant orcheſtram, principi attinentem, humano ſermoni inenarrabili, aut ultra mundana ſapienti deo. Alterum verò illis, quos

*Secundus gradus.*

Apulejus animalia rationabilia nominat, animo paſſiva, & tempore æterna, à lunæ collimitio ad nos uſq; ſub principis Beelzebub ductum, expanſum tenentibus, apoſtatas intelligens, ante Luciferi lapſum clarificatis corporibus, & jam præfatis ſimiles, poſt tranſgreſſionem aereæ qualitatis tegumento velatos. CAST. Hos ego Græcorum parœmiam voluiſſe duxi, nam lædunt iſti, & hominibus ſunt calumnia, ſed perge. POL.

*Tertius gradus.*

Tertium divinitatis numiſmati, hoc eſt homini divinum miraculum Hermeti dicto, ſi non ab inſita ſui protoplaſtis degenerat regia, quem Græci cum Platone ideo dæmonia vocant, hoc eſt deum, quòd dei inſtar homo homini commodo eſſe queat & utilis. Sic quoque ipſum Platonem Syriano teſte, dæmonem vocitatum novimus, quod in rempublicam de rebus altiſſimis plurifariam diſſeruerit. Et Ariſtotelem, quia de ſublunaribus, & omnibus, quæ motui & ſenſui deſerviunt, ad longum diſputârit. Homerus deum & malignum ſpiritum indiſcriminatim dæmona vocat. CAST. Fluctibus dediſti ratem Pollux, neque eſt quod pergere ceſſes. Dic ergo plura de horum dæmonum negotio, quibus Plato ſecundum attribuit gradum, & lunares dicuntur. POL Quid dicam? CAS. Inprimis cur antea calumniatores hos dixeris multiſcios. POL. Divus Auguſtinus nodum ſolvit & inquit, dæmonem ſcientem vel multiſcium ideo ſignificare, quod vivacitatem doloſi ingenii, ſeminales per congruas elementorum permixtiones ſic cognoſcat virtutes hominibus incognitas, ut quæ per ſe natura ſucceſſive vel paulatim efficere poſſet, ipſe per ſaltum vel accelerationem operum naturæ, ac per artem ſuam citius poſſit, atque exemplum ponit Pharaonis magos qui ranas & ſerpentes, quas natura tardius procreaſſet, regis edicto confeſtim produxerant. CAST. Pulchrè ad quæſita reſpondes Pollux. De ortu verò dæmonum virtuti obnitentium quædam ediſſere. Nam ſubinde dubitans, tales Erynnes à Deo non eſſe terris emerſas duxi. POL. De ortu eorum paſſim Eccleſiaſtica ſcriptura mentionem habet, ſed tam ambiguo involucro, ut multæ inſurgant & variæ ſcriptorum opiniones: communiorem tamen Petrus Lombardus lib. ſententiarum, ex divi Auguſtini ſuper Gen. allegatis adducit. Nempe quod diabolus, ante lapſum archangelus, corpus fuerit, ex ætheris ſerenitate & aeris puriſſimo liquore à Deo compactum, & tenue, ſed denuò poſt lapſum

*Plato dæmon nominatus. Et Ariſtot.*

*Dæmon cur multiſcius dicatur.*

*Sicut habetur Exodi 8.*

*Lib. 2. diſt. 7*



lapſum ex archangelo apoſtata factus, amplius non tenue, ſed ab aëris caliginoſi vel ſpiſſioris qualitate, ut patiatur corpus, craſſioris ſubſtantiæ effectum. Quod corpus etiamnum ſuperbiæ Oeſtro perculſum, quàm plurimos tunc angelos ſecum in ſuum ſervitium, ut dæmones fierent, protraxerit, qui in hoc ærumnoſo mundo pro ſe vicarias agant vices, & incolas eo compellant, ſeu affectent potius, ut varios aggrediantur conatus, & varia, multijugaque attentent deo horribilia & abominanda ſtudia, & Beelzebub principi ſuo, mancipati inſerviant, & fideliſſima habeantur mancipia. CAST. Quid? habemus archangeli hujus lapſum nullibi in ſacris quam Auguſtini ſcriptis? POL. Habemus. Et aliorum quoque angelorum caſum. CAST. Ubi verò? POLL. Apud Eſaiam, cui magis Evangeliſtæ quàm Prophetæ attribueris honeſtamentum, quòd Chriſtum, & ejus regnum tam ſignanter prædixerit, hujus enim mentionem facit decimo quarto capite. Et apud Apoſtolorum quoque Petrum, quando dicit: Deus angelis ſuis qui peccaverant, non pepercit. 2 Epiſtola 2. CAST. A Deo nimirum locum ſelectum habent dæmones, quem incolant? POL. Petrus Eccleſiæ culmen allegato loco, iſtos cum rudentibus inferni, in tartarum præcipitatos affirmat. Unde nunquam (velut Corteſius ait) exeant, niſi irritandorum oppugnandorumque hominum cauſa exeant. Sed Chriſti athleta, Divus Auguſtinus, hos regionem ſublunarem inhabitare, in libro de Agone Chriſtiani hominis docet. & in Epiſtola quoque quadrageſima nona, aërem caliginoſum illis velut carcerem prædeſtinatum aſſignat, ut propinquius irritandi fallendique retia jactent. CASTOR. Origenes dæmonum ærumnas in tempus circumſcribi docuit. Quid ad hæc? POLL. Quid? niſi ut tam magni viri opinionem deplorem. CASTOR. Quamobrem? POLL. Scelere ſiquidem occallueruut, nec ætate ſanabiles eſſe volunt, aut ſi maximè vellent, non poſſent, nam his ſpatium revocandi non datur. CAST. Archangelum apoſtatam complures ſecum angelos, ut dæmones fierent, in lapſu protraxiſſe modò dixiſti, non potuit in propria & indita poſt lapſum malitia, abſque angelis ſecum lapſis, ſuæ provinciæ, ſatis præeſſe? POLLUX. Potuit, ſed ea ſuperbia, qua DEI majeſtatem arroganter affectavit, illecebris, adhuc Deo ſimilis eſſe contendit, & complures ſibi miniſtros eligit, ex quibus non omnia ſingulis, quæ habet perficienda, committit, ſed diverſis diverſa, velut ex Hebræorum aſtrono-

*Dæmonum quis actus.*

*Luciferi lapſus in ſcriptura.*

*Dæmonum ærumnæ perpetuæ.*

*Cur diabolus famulos habeat.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Dæmones Iovÿ ſeu antemerid.*

aſtronomis colligere datur, qui Jovios & antemeridianos, quos pſeudotheios nominamus, hoc eſt ementitos, quod pro diis haberi, venerarique cupiant, in hoc mancipatos principi diabolo ſcribunt, ut terrigenas in communem ſui compellant amorem, quem *Plato* fontem omnium malorum dicit, ut magiſtratus ambiant, ornatè veſtiri cupiant, & perpetua poteſtate terrarum dicantur monarchæ, ac terreſtres dii. Unum ex iſtis hunc fuiſſe narrant, qui Salvatori dixit: Si procidens in terram adoraveris me, dabo tibi hæc omnia, oſtendens illi omnia regna terrarum.

*Matth. 4.*

CASTOR. Hos meridianos nimirum Lybico Pſaphoni & Diocletiano Imperatori, œſtrum indidiſſe fermè dixerim, quibus pro Deo haberi ultimum beatitudinis fuit.

*Lybicus Pſapho & Dioclet. dÿ.*

*POLL.* Nimirum, hic enim humanæ naturæ tædioſus inſita animi quadam fatuitate, captas aviculas ad ſermonem humanum dociles, ſubinde inſtruere cœpit, ut articulatè prolatum enunciarent μέγας θεὸς ψάφων. id eſt, magnus deus *Pſaphō* quas denuo ubi dictata verba expeditè perdidiciſſent, in hunc finem emiſit, ut ea paſſim volantes repeterent. & incolas commenti neſcios eò perducerent quo divinitus hæc fieri crederent, & ſe pro deo colerent. Alter ſubditos in hoc compulit, ut procidentes, manibus elevatis ceu omnipotentem adorarent.

*Commentū Pſaphonis.*

CAST. Sed belli mancipia, qui dæmonum incitant, ut ſanguinum viri in ſacris dicantur? *POLL.* Martii ſeptentrionales Ultores dicti, ſeu devaſtationum autores, aut malorum ſeminatores, cum Aſmodeo facientes judicium pro rege Abadon, ſeu Appollonia, quem exterminantem Joannes in ſua apparatione vocat. Nam iſti in commiſſis habent rapinas, incendia, latrocinia, iram peccati fomitem, bella & furores, facientes ſibi aſſeclos dæmones meridionales quoſdam, & Arioch vindictæ dæmonem, qui fratres diſſociare noverunt, & amorem conjugalem ſic diſſecant, ut ne per jugulum redintegrari queat, de hoc habetur Eccleſiaſtici 39. Eſaias ſupercœleſtis propheta, alterius recordatur dæmonis à Deo Ægyptiis miſſi, ut errare eos faciat, & vertiginis. hoc eſt mendacii ſit ſpiritus hunc Bolichim vocant.

*Pſal 55.*

*Dæmones ſeptentrion.*

*Cap. 9.*

*Dæmones meridiani.*

*Dæmon vertiginis.*

CASTOR. Quid ſi ad Venerem & inconceſſam gulæ incitentur ingluviem, referemus etiam id dæmonibus acceptum? *POLL.* Maximè Jamblichus enim aqueos occidentales in hoc prædeſtinatos aſſerit, & meridionales quoſdam, velut Neſrach & Kelen, qui ſic illicitos combinant amores, ut turpitudines fiant, commeſſationes, crapulæ, ſaltus, ingluvies & evomitiones: lacus oberrent, piſcinas, & flumina, quique ſint peſſimum dęmonum genus, turbidum, fraudulentum

*Dæmones aquei illicitos amores.*



dulentum & per Alrinach ſpiritum occidentalem procellas faciat, terræ motus, grandines, pluvias, & naves ſubvertat, frequentiuſque, ſi videri velit, in habitu fœmineo videatur. Aëreos, tonitruis ſeſe immiſcere præfati narrant Aſtronomi, dæmones, fulminibus & fulguribus, ſic ut aerem inficiant & peſtilentias calamitateſque inducant. Talium mentiones habet Joannes Apocalypſis 9. cap. Meterim habentes patronum, quod eſt ſpiritum æſtuantem in meridie. Paulus aereæ poteſtatis principem & ſpiritum in filios diffidentiæ operãtem nominat.

*Aerei dæmones aerem inficiunt.*

CAST. Sunt tot Phlegetontidos mõſtra Pollux? POL. Et plura: Nam igneos dæmones, Pardali feritate graſſantes, præfati Hebræorum aſſertores ſub regionibus lunarib. verſari narrant, ut quicquid illis commiſſum eſt, hoc ibidem exequantur. Et terreos, qui in ſilvis habitant aut nemoribus, venatorum peſtis. Et quandoq; in patulis campis quo itinerantes à recta via ſeducant, vel illuſionibus malis irritent. aut homines nociva melancholia furioſos efficiant, lædant, & quandoq; penitus interficiant. Ex horum albo præcipui ſunt Sanyel, & Achimael orientales, maleficis inhabile genus, propter ſuorum affectuum conſtantiam.

*Ad Epheſ. 2.*

*Dæmones ignei.*

*Terrei dæmones.*

Subterraneos in ſpeluncis, ac terræ cavernulis, montiumq; remotis concavitatibus habitare patet, ut puteos invadant & terræ viſcera. Hi metalla fodiunt, Theſauros obſervant, quos ſubinde, ne in hominum uſus cedant, de loco ad locum portant: ventos excitant flammivomos, & fundamenta concutiunt ædificiorum, noctu choreas facientes ſtupendas, quas ſubito evaneſcentes deſerunt ſtrepitu & ſonitu campanarum, & nolarum, timorem impingũt, mortuorum animas ſe quandoq; mentientes, neſcii tamẽ mutuum commercio frui. Cujus ſentinæ Gaziel Necromentici dicunt. Fegor, & Anarazel meridionales.

*Subterranei ſpiritus.*

CAST. Quam cautè homini inter tot ſentes, & tendicula verſandum est Pollux? POLL. Homini nuſquam tutum eſt, niſi bene armatura Dei ſe muniat, quæ eſt ut lumbos in veritate ſuccingat, lorica juſtitiæ ſe induat, pedibus calceatis ad præparationem Evangelii pacis ambulet, & ſcuto fidei, ac ſalutis galęa tectus, omnia adverſantis tela excutiat. Sed audi plura. Superſunt adhuc mẽdacii dæmones, licet omnes mentiantur. ſunt tamen hi ad mẽtiendum expeditiores, qui Pythona, à quo Pythius Apollo dictus eſt, principẽ habent, cujus Regum mentio habetur, quando dixit: Ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum. A quibus nec minimum diſtant dæmones iniquitatis, qui & vaſa iræ dicuntur, Belial, quem ſine jugo interpretãtur. & Paulus apo-

*Homo nuſquam tuto ambulat.*

*Ad Eph. 6.*

*1. Reg. 21.*

*1. Cor. 6.*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

lus apoſtatam ſeu varicatorem nominat, peſſimis invĉtis (ul-
*I. Corinth. 6* piter inſervientes. Plato talem fuiſſe Theut aſſerit, quod ludos
& aleam oſtenderit primus. Cui monachum annectimus, qui
pulverem pyrium, cum ſua belli machina invenit. Horum Ge-
*Gen. 49.* neſis habetur mentio in benedictionibus, ubi Jacob, Simeon
& Levi ait, Vaſa iniquitatis bellantia, in conſilia veſtra non
veniat anima mea. Pſaltes hos dęmones vaſa mortis nominat,
*Pſal. 7.* Eſaias vaſa furoris, Hieremias vaſa iræ, Ezechiel vaſa interfe-
*Eſai. 17.* ctionis & interitus. Necromantici præfatum Belial Chodar o-
*Hierem. 50.* rientalem nominant, ſub ſe dæmones quoq; præſtigiatorum
*Ezech. 9.* habentem, qui miracula imitantur, ut cacomagos ſeducant. &
maleficos Serpentē Heyæ ſeductorem talem fuiſſe facile con-
*Apoc. 12.* ſtat, & ejus principem Sathanam, de quo Apocalypſis, ſeducēs
orbem univerſum, & faciens miracula, & hunc qui Tubingæ
multis videntib. integrum currū cum aliquot equis devoravit.
CAS. Et quis horum Pyratarum & carnificum finis eſt? vix an-
gelum in tota mundi machina repurgatum ab his crediderim.
*Mundus* POL. Vix minutulum. CAS. Ergo mundum Augiæ ſtabulum
*Augiæ ſta-* rectè dixeris. POL. Quod niſi gladio verbi Dei tutiſſimè re-
*bulum.* purgetur, deterius habebitur denuò. CAS. Citra dubiū. POL.
Tametſi multos recenſui, reſtant tamen quos nondū fanatico
*Dæmones* huic inſcripſi catalogo. CAS. Qui? POL. Criminatores & ex-
*criminato-* ploratores, Aſcaroth obediētes, qui Græcis diabolus vocatur,
*res & explo-* & Joanni accuſator fratrū dicitur. Item tentatores, vel inſidia-
*ratores.* tores, qui ſingulis hominib. adſunt, & malos Genios nomina-
mus: Mammona pro ſuo rege, & inſatiabilem avaritiam, vel
*Lucifugi.* ſitibundam cupiditatem pro regina habentes. Lucifugi, nun-
quā in die comparent, tenebris gaudentes, malitioſe homines
inquietantes, & quandoq; permittente Deo, vel contactu, vel
afflatu lædentes, inhabile profecto genus maleficis, quòd ho-
minum voces refugiant. Talē Plinius ſecundus Athenis fuiſſe
indicat, in domo quadam ſpacioſa, quā Philoſophus Atheno-
dorus adventicius conduxerat. Et alium Suetonius in Sexto
Cæſarum, in Lamiano horto diu commoratum aſſerit. CAS.
Rogo ne pigeat, quæ Plin. ſcribit, in medium dare, de hoc A-
*Dæmonis* thenodori dæmone. POL. Hiſtoria medicum prolixa eſt, ſed
*horrenda ap-* enarrare non gravabor, quę ſic habet. Plin. 7. lib. epiſt. Athenis
*paritio in* domum quādam multum capacem fuiſſe ſcribit, quam nemo
*domo Athe-* propter nocturnos dæmonum impetus inhabitare voluerit:
*nodori.* ut quæ omnibus qui inhabitaverant ſic formidini eſſet, quòd
etiam interdiu, & vigilantes, eam & ejus tumultum ſomnia-
rent, ſemperq; illis præſto eſſet imaginis quam in eo viderant,
memo-



memoria. Ubi denuò adventitius quidam philoſophus Athe-
nodorus, eam conduxerit, inhabitandamq; paraverit, & eò ci-
tius, quia omnes de ea malè ſuſpicabantur, juſſeritq; per alle-
das ſibi parari lectum & menſas, ut poſt ſtudii completā peri-
odum cubitum iret. Is ergo, ſcribit Plinius, ubi veſperi ingreſ-
ſus ad ſtudēdum ſeſe accinxerit, quod ſtatim ferrum concuti,
cathenaſq; moveri audiverit, illū tamen nec ſuſtuliſſe oculos,
nec ſtilum amoviſſe, ſed aures digitis obturaſſe, ne ſibi metum
inanem furioſus inſigeret tumultus. Strepitu autem propius
ſeſe accelerante, eum denuò reſpexiſſe, atq; effigiem notaſſe
digito ſimile vocanti, quam nihil duxerit, donec id tertiò con-
tigiſſet, & ſtrepitus fermè menſam attigiſſet. Tunc enim arri-
puerit lumen, & dęmonem viderit, ſenem equidem, arida ma-
cie & ſquallore confectum, promiſſa barba, horrenti capillo &
concathenatis pedibus, qui anetino greſſu velut compedibus
& cathenis onuſtus, verſus oppeſſulata iverit januam, & con-
ſeſtim evaneſcens ſe comitē d. ſerverit. CAS. Quàm horren-
da narras Pollux? ſed hujus tam triſtis ſpectaculi finis extitit?
POL. Poſtero die magiſtratui rem omnem, ut acta fuerit, or-
dine narrârit, monitione addita, ut propè domus limē fodiant
ſollerter, nam reperturos ibidem, quæ domum quietare & ha-
bitabilem reddere poſſint. CAS. Quid invenerunt? POL. Foſſa
terra cadaver reperiſſe ſcribit Plinius, cathenis ac compedib.
illaqueatum, carne vetuſtatis injuria exeſa, quod citra moram
ſepulturæ, pro Chriſtianorum ritu dederint. CAS. Effecta aūt
facta eſt habitabilis illa domus: POL. Maximè. CAST. Videant *Furore di-*
ergo quis furor hos divexet, qui ſacra ubi ſpiritus S. requieſcūt *vexantur,*
organa, cęmiteria prophanant, & ibi ſepultorum oſſa in cibum *qui cæmite-*
parant Zazelo dæmoni, cujus 3. Reg. mentio habetur, & apud *ria deſtru-*
Pauſaniam ex Delphorum hiſtoriis Eurynomum vocatum le- *unt.*
gimus. POL. Civitatum invenias proceres, qui Chriſtianius *Dæmon Za-*
factum opinentur, ſi diruant, lacerent, & prophanent illa ſacra, *zelus & Eu-*
ut in his ad furioſum tympani boatum attellanas juventus ſal- *rynomus.*
tet, & Jopæan clamet. Aut triobolares vetulę, in his vilia ſcru-
ta vendant, ſeu lupinos, quam Deum pro animarū ſalute ſacris
orationib. expiaſſe, vel panem eſurientib. fregiſſe. CAS. Sed ita
in Chriſtos tetigiſſe impium eſt, vel ethnicū. POL. Et pluſ-
quam Ethnicum, nam ethnicis ritè ſepeliri magnum fuiſſe, vel *Ethnicis ritè*
Elpenor teſtis eſt Homericus, qui vitam dederat, & apud Ho- *ſepelire ma-*
merum ad Ulyſſem inquit: Rogo te Ulyſſe, mei ſis memor, necq; *gnum fuit.*
inde diſcedens me inhumatū relinque, ne non ritè ſepultus ira *Horat. 1. lib.*
deorū ſiā. Et Archita philoſophus apud Flac. qui ait ad nautā: *Carm.*
Me

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*Me quoq; divexi rapidus comes rionis*
*Illyricis Notus obruit undis.*
*At tu nauta vagæ ne parce malignus harenæ*
*Oſſibus & capiti inhumato*
*Particulam dare ſic quodcunq; mirabitur Eurus*
*Fluctibus Heſperiis, Venuſinæ*
*Plectantur ſilvæ, te ſoſpite, multaq; merces*
*Vnde poteſt, tibi defluat æquo*
*Ab Iove, Neptunoq;, ſacri cuſtode Tarenti*
*Negligis, immeritis nocituram*
*Poſt modo te natis fraudem committere: Fors &*
*Debita iura viceſq; ſuperbæ*
*Te manent ipſum, precibus non linquar inutilis,*
*Teq; piacula nulla reſolvent.*

Et Palinurus ad Æneam ſexto libro Æneidos.

*Nunc me fluctus habent, verſantq; in littore venti.*
*Quod te per cœli iucundum lumen, & auras,*
*Per genitorem oro, per ſpem ſurgentis Iuli,*
*Eripe me his invicte malis, aut tu mihi terram*
*Inijce, nanq; potes.*

*Vana gentilium religio.*

CAST. Tanti fecerunt ſepulturam ritè factam Gentes? POL. Maximè, nam eorum religio habuit, inhumati animam, intelligibilis eſſentiæ expertem, ac furentis phantaſiæ imperio relictam, corporearumq; qualitatum cruciatui ſubjectam, ſic, ut corpus exiſtens aereum, aliquando umbra circumamicta, relictos amicos alloqueretur, & hoſtes interdum ulciſcendo malè exagitaret: velut apud poetam Dido minatur Æneæ inquiens:

*Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.*

*Æneidos 4.*

*de C. Caligula hiſtoria.*

Suetonius, velut in præcedentibus oſtendimus, ſimile adducit de C. Caligulæ Imperatoris cadavere in horto Lamiano non ritè ſepulto. Hoc enim, quia levi ſaltem ceſpite tectum fuerat, valde multũ poſſeſſores horti, nocturno impetu inquietavit, donec per ſorores ab exilio reverſas iterum erutũ & ritè ſepultum fuerat.

*Domus Caligulæ propter dæmones incenſa.*

CAST. Etiam domũ in qua idem Imperator obiit, nullo ab umbrarum ſeu dæmonum furore, liberari medio potuiſſe, hiſtoriæ habẽt, niſi incendio. POL. Ariſtoteles miraculorũ vice in Norvegia montem quendam mari circunſeptum,

*Mons Hechelberg.*

& Hechelbergium nominatum ſcribit, inferni inſtar ejulantium dæmonum. lachrimabiles voces ſic edentem, ut ad unum fermè miliare horriſoni clamores, & ſtrepitus dilatentur, maximiq; corvi ac vultures præterficiendo, acceſſum prohibeant.

*Tumulus in Lyppara.*

Et in Lyppara juxta Æolias inſulas, tumultum quendam eſſe docet,



*Zazelus mortuorum carnib. vivit.*

docet, unde noctu cymbala, & crotalorum, cum inconditis quibuſdam cachinnis dæmonum, audiantur boatus. Sed brevibus modò Zazeli feciſti mentionem Caſtor, quem Eurynomum ex Pauſania quoque nominatum aſſeris, rogo prolixius de hoc dæmone quædam oſtendas. CAST. Hunc ex mortuorum carnibus ſic vivere narrant, ut quandoque nec oſſa reliqui faciat. POLL. Saxonis Grammatici placita his tuis aſſertis quinto libro Danicæ hiſtoriæ veriſſimè ſubſcribunt. Nam ibi mirabilem ob oculos ponit hiſtoriam de quodam Aſuito & Aſmundo, omnia tua dicta facilè probantem. CAST. Quæſo hanc depromas Pollux.

*Mirabilis hiſtoria de Aſuito & Aſmundo.*

POLL. Attende, ſic habet: Aſuitus & Aſmundus inter ſe communibus votis conjurârunt, quemnam illorum vita prolixior excepiſſet, hunc contumulandum fore vivum, Aſuitum ergo morbus ante Aſmundum conſumpſit. Unde Aſmundus ſe cum cane & equo ſuo, vaſto antro ob amicitiæ jusjurandum; vivum contumulari ſuſtinuit, cibo quo in longum tempus veſceretur, ſibi addito. Et denuò Ericus Sueciæ Rex, in eum locum cum exercitu pervenit, ac tumulum Aſuiti (theſaurum ineſſe ratus) perfregit, ac ſpecu aperta, Aſmundum tetro oris habitu, funebri ſqualore obſitum, & profluo ex cruda cicatrice ſanguine cruentatum, eduxit, lucique reſtituit. CAST. Sed hiſtoria non eſt noſtri thematis. POLL. Imò eſt, ſi verſus diligentius rimeris, quos de ſui vulneris cauſa adducit. CAST. Oſtende hos verſus, ſi habes. POLL. Hi ſunt:

*Quid ſtupetis qui relictum me colore cernitis?*
*Obſoleſcit nempe vivus omnis inter mortuos.*
*Neſcio quo Stygij numinis auſu*
*Miſſus ab inferis ſpiritus affluit,*
*Sævis alipedem dentibus edit.*
*Infandoq; canem præbuit ori;*
*Non contentus equi vel canis eſu,*
*Mox in me rapidos tranſtulit ungues,*
*Diſciſſaq; gena ſuſtulit aurem:*
*Hinc laceri vultus horret imago,*
*Emicat inq; fero vulnere ſanguis,*
*Haud impunè tamen monſtrifer egit,*
*Nam ferro ſecui mox caput eius,*
*Perfodiq; nocens ſtipite corpus.*

CAST. Audio hîc Aſmundum dæmonis Zazeli vel Eurynomi caput diſſecuiſſe ferro, corpuſque ſtipite perfodiſſe: quid? habent dæmones corpora tractibus viſibuſque humanis ob-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*Dæmones habent corpora.*

jecta? POL Haudquaquam eorum naturę Corteſius negatum
aſſerit, quin corporum vegetabilium integumenta arripere, in
variaq; figurarum genera transferri poſſint, quò callidius im-
provida hominũ ingenia laceſſant atq; fallant. Sic Baſil. quoq;
Magnus teſtatur, qui illis ſua propria, ut etiam angelis puris,
corpora eſſe teſtatur. Pſellus Necromancus eandẽ cantilenam
cecinit, quando eos quieſcere quoq;, locum mutare, & homi-
num ſenſib. ſeſe oſtendere docet: Socrates ſuum dęmonẽ ſub-
inde ſecum locutum aſſerit, quem quoque viderit & tetigerit

*Dæmones sexu non diſtingui.*

quandoq;. Sed ea corpora nullo ſexus diſcerniculo diſtinguit.
Marcus Cherroneſus eximius dæmonum cultor, ideo ſcribit,
quòd corpora ſaltem habeant ſimplicia. Et ſexus diſcrimen ad
corpora pertineat compoſita. Sint tamen eorum corpora du-
ctu, flexuq; facilia, & ad omnem configurationem naturaliter
apta. Sicut n. nubes, inquit, nunc hominum, nunc cujuſq; rei
apparitionem faciunt, conſimiliter & dæmonum corpora, ut

*Dæmones non omnes varias figuras recipiũt.*

libuerit varias concipiunt figuras, & ea ratione modò virum
præferant, modo quoq; fœminam. Sit tamen id non liberum
omnibus, ſed igneis tantum, & aereis dæmonibus. Aqueis tar-
da ſint corpora docet & minimè actuoſa, quæ propter elemen-
ti mollitiem, potiſſimum aves ſimuâlt ac mulieres, ex quorum
genere poetis celebres ſunt Naiades & Nereides. Trithem.
nullam figuram magis quàm hominis dæmones ſibi exoptare
teſtatur. Sed quando ad hanc convenientem aeris materiam
non inveniant, apparentiam ſibi inducãt, ait, prout contrarius
vel humor vel vapor effingat, & ſic in forma quandoque cer-
nantur leonis, lupi, ſuis, aſini, hyppocentauri, hominis cornu-

*Mons Thuringiæ horriſonus.*

ti, & captinis pedibus, quales in Thuringiæ monte, quem hor-
riſonum vocant, reperiri compertum eſt. CAST. Porphyrius
apud Euſebium 4 de Præparat. Evangel. alios dæmones bonos
eſſe docet, alios malos. Ego quoſvis malos duxi Pollux. POL.
Non eſt quòd vel Porphyrij, vel Apuleij, aut Procli, ſeu alio-
rum Platonicorum aſſertis, quæ in Auguſtini habentur lib. de
Civ. Dei 1. 2. & 3. cap. ſeducaris, qui etiam bonos dæmones eſſe
dicunt. Nam Euſeb. lib. præfato, cap. 6. & S. Auguſtin. de ea-
dem libr. de civit. 9. cap. 8. maximis argumentis Platonicos

*Nullus dæmonum bonus.*

convincunt, neminem dęmonum eſſe bonum, ſed omnes ma-
los, id quod etiam eorum comprobabimus nominibus, quæ

*Diabolus cur dæmon.*

paſſim in ſacris habentur literis. Dæmon enim diabolus dici-
tur, quod eſt deorſum fluens, ut qui ſuperbiens alta præoccu-

*Sathan.*

pare ſtatuit, ad ima torrentis inſtar fluxit, Caſſiodoro ſcriben-
te. Et Sathan, hoc eſt, adverſarius, qui D. Hieronymo teſte,
propter



propter ſuæ malitiæ corruptelam, Deo, qui ſummum bonum
eſt, continuè adverſatur. Behemoth, Iob. 40. c. quod bovem

*Behemoth.*

ſonat, dum velut bos fœnum appetit, is ſuggeſtionis ſuæ den-
te, ſpiritualium virorum vitam mundam dilacerare cupit. Et

*Leviathan.*

Leviathan ibidem, id eſt, additamentum, quia malum ſemper

*Apollion.*

malo accumulat dæmon, & pœnam pœnæ. Item Apollion ex

*Serpens.*

terminatorem ſonans, Apocal. 15. Nam bona virtutum, quæ

*Leo.*

Deus in anima plantat, exterminat. Serpens, Apoc. 12. propter

*Faber.*

virulentiam. Leo, 1. Petri ult. c. quòd devorandum rugiat. Fa-

*Erynus.*

ber, Eſai. 55. quòd per ejus malitiam, electi, qui vaſa ſunt, com-

*Piloſus.*

probantur. Onocentaurus, Eſaiæ 34. Erynus, Piloſus, Syren,

*Syren.*

Lamia, Ulula, Struthio. Et in David, Pſal. 90. Aſpis, Baſiliſcus,

*Lamia.*

Draco. In Evangelio, Mammona, princeps hujus mundi, & re-

*Struthio.*

ctor tenebrarum. CAST. Quomodo ergo duos Omnipoten-

*Vlula.*

tem homini dæmones Theologi addidiſſe narrant? unum

*Aſpis.*

bonum, ſuæ vitæ cuſtodem: alterum malum, bono renitẽtem,

*Baſiliſcus.*

ſi omnes mali ſint. POL. Per bonum dæmonem bonum an-

*Mammona.*

gelum intelligunt doctores ſacri, qualem Raphael Tobię fuiſ-

*Quid per bonum dæmonem.*

ſe legimus, qui malum dæmonem Aſmodeum in deſertum
relegavit ſuperioris Ægypti, ut tutior foret. CAST. Tutior
fuiſſet quiſque hominum abſque dæmone malo aſſecla, quid

*Cur homini bonus dæmon additus.*

ergo cum malo pater cœleſtis voluit? POLL. Ut boni dæmo-
nis aſſiſtentia, juge bellum adverſus malum dæmonem non
ſegniter geramus, ſed gnavorum militum inſtar juſtitię pano-
plia induti, lumbos per veritatem cingamus, atque contra e-
juſdem omnes ictus, fidei ſcuto oppugnemus. CAST. Siqui-
dem in dæmonum harenam condeſcendimus, quærendum
videtur, an dæmones poteſtatem lædendi habeant à Deo con-
ceſſam, vel ex ſe lædere poſſint quantum volunt. POLL. Si ul-
timum ſit verum, quis lædendi finis compareret? maximè
tanta horum authoritate exiſtente, quam ſic in altum creviſſe

*Dæmon princeps terræ.*

conſtat, ut Evangeliſta Joannes Dæmones terræ principes
nominare non ſit veritus. CAST. Quomodo ergo lædunt?
POLL. Licet potentiſſimi ſint ſpiritus dæmones, non tamen
lædunt, niſi permiſſivè, aut, ut Damaſcenus ait, diſpenſatoriè:
Chryſoſtomus limitata poteſtate ait. Siquidem abſque vo-
luntate Dei, ne pilum quidem de capite hominis movere poſ-

*Dæmones an lædere poſſint quãtum volunt.*

ſint. Dæmon decipere Prophetas Ahab non potuit, niſi acce-
pta poteſtate à Deo. In Job nihil detrimenti vel facultati-
bus, vel corpori inferre potuit, niſi impetrata à Deo volun-

*3. Reg. 22.*

tate. Exodi ſeptimo, Magi ranas & ſerpentes dæmonis me-
tu permiſſivè fecerant, Cyniphes tamen facere ob majo-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

rem prohibentis Dei vim non poterant. Nec in Evangelio dæ-
mon porcis nocere potuit, donec Chriſtus conceſſerat. CAS.
*Dæmon non formidãdus.*
Ergo tantoperè dæmon formidandus non eſt, ſed Dominus
Deus noſter, ut, aut nõ ſinat eum in nos ſævire: aut ſi ſuo quo-
dam conſilio relaxaverit illi habenas, defendat, ac tueatur nos
clementer. POLL. Rectè ſentis. Nam quemadmodum ferus
aper non eſt metuendus, ſi coercitus forti cathena teneatur
ab homine viribus prçſtantiſſimo, & qui poſſit fortitudine ſua
apri feritatem cohibere, ſed is potius metuendus ac conciliã-
dus eſt, ne aprum liberum dimittat. Sic & Sathan formidandus
non eſt, Omnipotentis fune ligatus, ſed Omnipotens potius,
qui ipſum fune trahit, & pro ſuo voto funem in nos relaxare
poteſt. CAST. Dæmones poſt Verbum incarnatum terrarum
dominos, quòd tantam in his poteſtatem habeant, dictos no-
*Verbo nondũ nato dæmones ſeduxerũt homines.*
vimus. Sed miror an Verbo nondum incarnato, quoque in ho-
mines poteſtatem habuerint? POLL. Si diis placet, maxi-
mam: à Chaldæis accipe demonſtrationem Caſtor, in quibus ſic
dæmon ſua vi ac dominio ſævit, ut verum Deum nihili face-
rent, & elementa colerent: de Græcis demonſtratione non eſt
opus, nam qualiter eos nare traxerit dæmonis œſtrum, vel id
argumento eſt, quod Saturnum proprios pueros devorantem
ſibi Deum valdè magnum fecerint, & Jovem adulterum, atq;
omnis turpitudinis patrem, deorum hominumq; patrem no-
minârint Bacchum totius ſervitutis nefandiſſimum exēplar,
Liberum patrem dixerint. Venerem mœcham, almam prædi-
cârint, & Floram meretricem, ceu virginitatis typum venera-
*Ægyptij peſſima religione floruerũt.*
ti ſint. Ægyptios Græcis fuiſſe deteriores nemo eſt qui neſci-
at, quando dæmonum ſuaſu inanimata ſibi deos fecerint. Nã
ovem hic coluit, alter hircum: is vitulum, compiures porcum,
corvum, accipitrem, vulturem, aquilam, crocodilum, cattum,
canem, lupum, ſimiam, draconem, & germinantia quoque: ut
cepas, allia & ſpinas, ſicut quiſque legendi avidus apud Dama-
ſcenum in hiſtoria de Joſaphat & Barlaam inveniet. Et apud
*Hebræi vana religione tacti.*
Euſeb. de Præparatione Evangel lib. 4. cap. 1. Hebræos, qui A-
braham patris ſui glorianturindole, neque præfatis meliores
duxerim, quando etiam dæmonum inſtinctu, poſt eductio-
nem ex Ægypto, cruenta manu in Prophetas & Dei juſtos
graſsârunt, quos denuò interfecerunt quoq;, ut taceam. quam
ſedulò in Gentium deos vel dæmones potius ſuam duxerint
religionem. CASTOR. Ex iſtis tuis aſſertis, dæmonem unum
alterum dæmonem in deum extuliſſe percipio: Græcos enim
dæmonis œſtro Saturnum, Jovem, Bacchum, Venerem, &
Floram



Floram ſibi deos feciſſe modò dixiſti, qui Lactantio quarto li-
bro de Vera ſapientia etiam dæmones habentur. POLL. Ex-
hibe quæſo Lactantii verba. CAST. Attende, ſic habent. I-
*Gentilium dij dæmones.*
dem ſunt dæmones & Gentilium dii. Sed tamen hæc ſi quis
credere nolit mihi, Homero credat, qui ſummum illum Jo-
vem dæmonibus aggregavit ac aliis poetis & philoſophis, qui
eoſdem modò dæmones, modò deos nuncupant, quorum al-
terum verum, alterum falſum: illi enim nequiſſimi ſpiritus ubi
adjurantur, ibi ſe dæmones confitentur: ubi coluntur, ibi ſe
deos mentiuntur, ut errores hominibus immittant, & eoſdem
à veri Dei cultu avocent, per quem ſolum poteſt mors æterna
vitari. POLL. Contigit nunc ſæpius, ut inter confabulandum
interrogatus fuerim, an dæmonibus prædicendi futura per-
miſſa ſit facultas. Ubi ad certum ſcopum jaculari hactenus ne-
quivi, nam quæſtio hæc ſatis anceps mihi viſa eſt. CAST. Di-
*Futura prænunciant dæmones.*
vus Auguſtinus nodum hunc Gordoneum, in ſuo de Natura
dæmonum libro ſolvit, & ait: Spiritus prædamnati, omnique
circumfuſi impietate, interdum futuri perſpicientiam hinc
fortaſſis ſibi vendicant, quòd corporis aerei ſenſu, longè vali-
diorem habeant præſentiendi poteſtatem, quàm homines
corporum terrenorum. Vel quòd ejuſdem aerei corporis in-
comparabili pernicitate, non modò hominum celeritatem &
ferarum, verumetiam & volatus avium, mirè exuperent, qui-
bus duobus, multò antè cognita, nunciare poſſint, quæ nos
pro ſenſus terreni tarditate mirari non deſinamus, ceu quòd
diuturnioris vitæ beneficio, comparata illis eſt inſignis rerum
experientia, cujus nos momentanea vita, ut quæ bulla prope-
modum ſit, compotes eſſe nequeamus. POLL. Hoc ultimum
ex Auguſtino aſſertum, ut mihi videtur, cæteris verius haben-
dum eſt, quòd ſeries multorum annorum magnam experien-
tiam faciat. CAST. Si quis Auguſtini placita ut erronea, ab-
nuat, Damaſcenum rerum teſtem omni exceptione majorem
ob oculos ponat, qui ſecundo libro de Orthodoxa fide, ſic ha-
*Dæmones ex ſe non prædicant futura.*
bet. Dæmones futura præſcire non poſſunt, cùm id ſolius Dei
ſit, ſed id quod poſſunt, ex corporum cœleſtium & inferiorum
diſpoſitione habent. POLL. Cur autem vaticiniis ſic ſpontè
*Cur vates haberi cupiant dæmones.*
immiſcent dæmones? habent hinc quid commodi? CAST.
Nihil, ſed magnam æſtimationem per hæc venantur, & ad-
miratione digni cupiunt haberi, ac pro diis venerari. POLL.
Diabolum novimus patrem mendacii Caſtor: unde piè cre-
*Eſ. 41.*
dendum eſt ipſum ex mendacio ſua depromere, quæ prædi-
cit. CAST. Propterea Eſaias ſic habet: Annunciate nobis quæ



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*2. Petri 1.*

futura ſunt, & dicemus, quia dii eſtis vos. Et Petrus item Apoſtolus. A voluntate humana non allata eſt prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati futura locuti ſunt. POLL. Nemo tamen inficiabitur eos non quandoque futura prædixiſſe. CAS. Nemo certè, ſed ob quam cauſam id contingat, Chryſoſtomus clariſſimè docet in hæc verba. Conceſſum eſt, inquit, diabolo aliquando dicere veritatem, ut mendacium ſuum rara veritate commendet, quia ſi nunquam veritatem diceret, neminem poſſet decipere, idque tentandum non ſufficeret: hæc Chryſoſtomus. Si tamen ex ſe intelligat vera prædicenda ſibi gratiam non conceſſam, nihilominus prædicit, ſed tam obſcura, inquit Auguſtinus, ut prædictorum culpam in interpretem omnem rejiciat. Porphyrius in libro de oraculis, quamvis dæmonum ſit maximus propugnator, dæmonicarumque artium ſolertiſſimus gymnaſiarches, futurorum tamen perſpicientiam cum præfatis doctoribus, non hominibus modò tortuoſam, ſed & dijs incertiſſimam, plurimiſque refertam ambagibus dixit. POLL. Prædictiones dæmonum in hoc fieri modo dixiſti, ut ſibijpſis authoritatem apud credulos faciant, & pro dijs venerentur, in quem finem & miracula quoque facere penè dixerim, malos dæmones? CAST. Quid eſt miraculum Pollux? POLL. Accidens novum, & inſolitum, quod præter conſuetudinem evenit, & homines in admirationem trahit. CAST. Faciunt autem miracula? POLL. Faciunt, per quid enim Æſculapium apotheoſi honeſtatum credis, niſi miraculi medio? quando ex Epidauro ſerpentem advexit Romam? Quid Junoni tantam authoritatem dedit, niſi miraculum? quando à Furio Camillo ejuſdem ſimulachrum ligneum interrogatum, an Romam portari vellet, & humana voce reſpondit, ſe velle. Nec non fortuna vel inde facta eſt dea, quòd in via Latina multis audientibus, ſua ſtatua vocem non ſemel, ſed multoties ediderit. Actuum Apoſtolorum octavo capite miracula legimus de Simone filio Rachel. Et Exodi octavo, de Magis Pharaonis, qui in multorum conſpectu ranas fecerunt & ſerpentes, aquaſque mutaverunt in ſanguinem. Apulejus tantam incantationibus dæmonum vim eſſe teſtatur, ut non ſolùm miracula facere poſſint dæmoniaci hominum medio, ſed ſubvertere naturam quoque valeant, & dæmoniaco ſuſurramine torrentes ſiſtere, impetuoſos ventos aliò divertere, ſolem impedire, lunam corrumpere, ſtellis caſum imponere, diem extendere, & noctem curtare, quæ Lucanus pulchrè indicat.;

*Cur vera quandoque dicat diab.*

*Vates dæmon incertus.*

*Miraculum quid.*

*Dæmones miracula faciunt.*

*Dæmonum incantatione natura ſubvertitur.*

Ceſ-



*Ceſſavere vices rerum, dilataq; longa*
*Hæſit nocte dies, legi non paruit æther,*
*Torruit & præceps, audito carmine mundus.*

Et Tibullus de quadam dæmoniaca.

*Hanc ego de cœlo ducentem ſidera vidi,*
*Fluminis ac rapidi carmine vertit iter.*
*Hæc cantu finditq; ſolum, Maneſq; ſepulchris*
*Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.*
*Cùm libet, hæc triſti depellit lumina cœlo:*
*Cùm libet, æſtivo convocat orbe nives.*

CAST. Moſen Deum mirabilem nominaſſe amplius non miror, ut qui huic malorum ſentinæ, & peſſimis iſtis ſeductoribus ſic conniveat, quòd tam admodum liberè patranda concedat. POL. Cur id faciat pulchre Firmian. penultimo de opificio Dei oſtendit libro. Dicit enim virtutem non poſſe virtutem eſſe, niſi comparem habeat aliquem, in quo ſuperádo vim ſuam vel exerceat, vel oſtendat. Nam ut victoria inquit, ſine certamine ſtare nequeat: ſic nec virtus ſine hoſte. Quàm mox enim homini virtutem Omnipotens indiderit, confeſtim & hoſtem adjecerit, ne virtus ocio torpens, naturam ſuam amittat. Nonq; aliter dicit hominem poſſe ad ſummum faſtigium venire, niſi manu ſemper agitata, ſe ad ſalutem ſuam dimicandi tenore fundaverit. Noluiſſe item Deum hominem mortalem ad immortalem beatitudinem delicato itinere pervenire. Sed autori errorum, malorumq; machinatori omnium, & qui exectabilia operatur, & miracula facit velis remiſq; reluctādum. CAS. Sed fit interdū ut propter ſtratagemata ſua vel technas, quas doloſè nobis parat, & maximè ſimplicibus, aut vana religione illaqueatis, reſiſtere non queamus, aut ſi multum reſtitiſſe nos arbitremur, ab eo nihilominus plurimū decipiamur, velut bono & inſipido fermè paſtori, cujus Trithemius recordatur, factitatum legimus. POL. Quid autem contigit huic bono, & quem tu ſimplicem paſtorem dicis? CAST. Ait Trithemius, hunc in fide non uſque adeò roboratum fuiſſe, & inde pluris nomen feciſſe Sancti Blaſij, quam Dei Optim. Maximum, & cuſtodiam. POL. Quomodo? CAS. Habuit hic in ſcipione, vel baculo ſuo paſtorali, ſchedulam nomine D. Blaſij inſcriptam, cujus baculi vi & potētia, porcos ſuos ab omni luporum raptu tutos credebat, ac tantum ſchedulæ tribuens numinis, ut ēt porcos in agris ſolos paſcendum abigeret. Tamen contingente quodam tempore, quum gregi paſtor abeſſet, & quidam præteriens, dæmonē cuſtodire vidiſſet, illiq; dixiſſet,

*Cur Deus permittat à dæmonibus miracula fieri.*

*Fit interdū ut dæmonib. reſiſtere non queamus.*

*Mirabilis hiſtoria de quodam ſubulco.*



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

quid ipſe hîc cuſtodiret, qui hominum ſalutis perſecutor foret peſſimus? reſpondit, porcos cuſtodio: retulit alter, cujus juſſu? dæmon inquit. Stultæ paſtoris confidentiæ. Nam ſchedulam quandam ſuo bacillo incluſit, cui divinam adſcribit virtutem, vel inde quòd ſancti Blaſii nomine eſt inſcripta, & jam porcos ſuos à luporum injuria defendere, contra ſuam legem credit, mihi falſa ſuperſtitione inhęrens: ubi cùm per me fuiſſet vocatus, & denuò vocatus, ac non comparuiſſet, me S. Blaſii vice huc cuſtodiendum contuli: ut enim ſemper libens Dei & ſanctorum vices gero: ita & nunc libentiſſimè pro Blaſio ſuo illi porcos cuſtodio, ut ſtultum hominem in ſua vana confidentia extollem, ac roborem, & eò perducam, ut talem ſchedulam pluris quàm Deum facit. POL. Lepida hęc eſt hiſtoria, ſed tam ſimplici dæmonem impoſuiſſe paſtori, non valdè miror, cum multa ſapientioribus ea ſubinde contingant. ſi negotiis ſeſe adaptent, quib. eccleſia contradicit. POL. Fiunt autem omnia dæmonum medio, quæ homines miracula dicunt? CAS. Non. dandum etenim naturæ quid videtur, quæ ſumma miraculorum dicitur opifex, id quod in asbeſto lapide reperimus, qui à natura elementali ſemel accenſus, Solino teſte, nunquam extinguitur: & radice Baara, à Ioſepho in hiſtoria Hieroſolymitana deſcripta, quam colore eſſe flammeo teſtatur, noctu ſplēdentem, ſed captu admodum difficilem, ut captantis manus ſubinde ſubterfugiat, oculoſq; tamdiu fallat, donec menſtruatæ mulieris lotio fuerit conſperſa, ubi neq; hoc modo retenta, ſine periculo evellatur, quum evellentem mors conſequatur pręſentanea, niſi ejuſdem radicis amuleto fuerit communitus: propter quod ea radice carentes, circum circa ſacrificent, & radicem laqueo vinctam, cani alligent, & repentè diſcedant. Unde nimio conatu ſequuturus canis radicem extrahat, qui veluti domini perſolvens vices, ilicò commoriatur, nulloque poſtmodum periculo radix illa à quovis tractari poſſit. Cujus radicis vim adeò præſentem idem Joſeph. docet, ad expiationes, ut etiam eos, qui à ſpiritibus vexantur immundis, protinus liberentur, ſi hanc ſecum geſtent. Nihil tamē obſtat, quòd ars non ipſam quoq; naturam imitari queat, ut miracula fiant, ſicut apud Ariſt. legimus, de igne Græco aquam comburente, cujus autor præfatus in ſingulari tractatu de hoc plures compoſitiones deſcripſit. Et de igne, qui oleo extinguitur, & aqua accenditur frigida, quando roratur deſuper. POLL. Evenit interdum, ut dæmones ſeſe modò tenuioribus, modò craſſioribus veſtiant aeris exuviis, ut homines multum horribilibus phan-

*Dæmon porcorū cuſtos.*

*Aliquando miracula naturaliter fiunt.*

*Ars in miraculis faciendis quandoq; naturā imitatur.*



phantaſmatibus & terriculamentis, ſub diverſorum aſpectu cum larvis exaniment & nimium moleſtent: quid? poſſumus nihil ad manus habere, per quod eos de nobis propellamus? CAST. Orig. in lib. contra Celſum, nihil certius ait eſſe, quàm Jeſu Dei veri nuncupationem: ſpectatum enim perſæpè dicit tum ex hominum animis, tum corporibus innumeros dæmones ſic profligatos. D. Athanaſ. lib. de variis quæſtion. præſentiſſimum adverſus malorum dæmonum inſultus remedium tertium Pſal. 67. teſtatur. Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus. Cyprian. in lib. Quod idola dii non ſint, dæmones per Deum verum in fugam adjurandos jubet. Quidam ignem, quod omnium elementorum ſacratiſſimum ſit, & ſymbolum, atque vehiculum ignis ſuperioris, in hoc multum prodeſſe putant. Unde in ſacrificiis propê mortuorum ſarcophagos, lumina quoque diligenter obſervata cenſent. vel inde quod Pythagoras Deum nequaquam, niſi accenſo lumine adorandum ſtatuerit. Alii gladios in hoc intentum ſtringunt ex 1. Odyſſ. Hom. id ſumentes, ubi ſcripſit Ulyſſem matri ſuæ ſacrificium feciſſe, evaginati gladii præſentia, quo umbras à ſacrificio arceret ſanguine: & ex 6. Maronis, quando Sibylla Æneam ad inferos ducens ſic affatur:

*----procul ô procul eſte profani,*
*Tuq; invade viam, vaginaq; eripe ferrum.*

Philoſtratus contumeliis & diris imprecationibus Apollonium ſibi ſuiſque ſociis obviam factum dæmonem, ſic in fugam convertiſſe ſcribit, ut phantaſma ſtridens, & cum horrore maximo ab ipſis evanuerit. Cōplures ſuffitum ex calamento, peoniæ, menta, palma Chriſti, & appio in hoc caſu laudant. Multi coralli rubei præſentiā, vel arthemiſiæ, hypericonis: rutæ, ſeu verbenæ. Nonnulli clavium tinnitum, nolarum ſtrepitum, vel armorum horrēdum ſonitum in hoc parant negotium. POL. A majoribus quandoq; facta audivi ſignacula pentagono inſcripta, quorum virtute dæmones fugati ſint, quid ad hæc? CAST. Averrois adverſus Algazelem ſcribēs, talia prorſus nihil poſſe affirmat, niſi in quantum ſunt cum dæmonibus confœderationes. Si ergo verum dicit Averrois, quomodo ſtabit dæmonum regnum inter ſe diviſum? POL. Sed Salomonem virum Deo ſingularem, talia feciſſe legimus. CAST. Legimus quidem, ſed tempore quo idola çoluit, non quando erat in ſtatu ſalutis. Tertullian. præfatis omnibus certius antidotum affert, & nos velut Job, fortiſſimum Dei athletam, pugnare adverſus tentationum inſultus hortatur, ſerico veſtiri monet

*Quomodo dæmones fugandi.*

*Dæmones gladios timent.*

*Contumelias.*

*Suffitum.*

*Characteres dæmones fugant.*

*Characteres nil valent.*

*Salomon cōtra dæmones ſignacula fecit.*

*Tertullian.*

probitatis, purpura pudicitiæ, chlamyde patientiæ, & cogitandum ſuadet omnia, quæ dæmon ad evertendam noſtram integritatem machinatur, in cōſtantis caſura gloriam, & ejus machinamenta in hunc finem à Deo permiſſa, ut quàm conſtanter adverſa perferre velimus experiatur, id quod Hieremias Propheta quoque docet his verbis: Dominus exercituum juſti probator eſt.

*D. Maxim.*

D. Maxim in lib. de charitate, dęmones infringendos, & interficiendos præcipit, dicitque nos eos tunc infringere, quando cum præceptorum Dei obſervatione, affectus qui in nobis ebulliunt, imminuimus: & interficere, quum prorſus per affectuum carentiam illis totam calumniandi occaſionē proſcindimus, cum Propheta dicente: Vade homicida Dominus mecū eſt, bellator fortis, tu cades, & deleberis apud me in æternum.

*Olimpiado.*

Olimpiadorus 10. cap. quando Eccleſiaſticam interpretatur hiſtoriam, omnes ſenſuum aditus occludendos cenſet, ſic ut neq; per oculorum illecebras, neque per aurium pruriginem, neq; per nocentis linguę petulantiam dęmon admittatur. hoc enim ſignaculum contra dæmones abſolutiſſimum habeatur.

*Contra dæmon. duob. armis pugnandum.*

Quidam duobus armis in pugnam progrediédos monent, precatione quidem pura, quæ in cœlum ſubvicit affectus. & ſcientia vera quę ſalutaribus opinionibus communiat intellectum, & ſuggerat quid ſit orandum, ut ardenter oremus, juxta Jacobum, non hæſitanter. In Eſaiæ Prophetæ & D. Pauli reperiuntur ſimilia. Eſ. 59 ad Eph. 6. & Theſ. 5. quæ & ſpectris remedio eſſe poſſunt ut propellantur. POL. Spectris remedio? arbitraris ſpectrū à dæmone diverſum eſſe? CAST. Neſcio profectò quid hic ſentiam: in tam ſpacioſo etenim multarum opinionum Oceano, fluctuans, ſic ducor, ut certum portum ſentiendi non facilè poſſim attingere.

*Spectra quibuſdam dæmones ſunt.*

Nam ſunt quidam qui ſpectra dæmones eſſe teſtentur, hominum maximè formido ſeu terror, quos noctu nimium in domibus, pro innata natura rabioſè moleſtent, & lædant quandoque.

*Spectra aliquib. vana phantaſ.*

Sunt & alii qui ſpectra ſaltem malè credentium deceptoria phantaſmata eſſe credant, quæ ex falſa imaginatione domum habitatores fallant, atque in re ſpiritus eſſe nequeant, quod ſpiritus in corpore ei ſint, abſque manibus & pedibus, unde neminem lædere queant, neque tumultum facere poſſint:

*Daniel. 14.*

*Angeli incorporei etiam tumultuantur.*

ignorantes Angelum etiam incorporeum ſine manibus & pedibus Abacucum integro prandio, per capillos in locum Babylonis portaſſe. & denuo eundem in locum ſuum reſtituiſſe: neque conſiderantes ſpiritum domini quoq; in corporeum rapuiſſe Philippum, atq; rediſſe Azoto, ut taceam ſpectri etiam in corporei quod domum



*Spectrũ inquietum in quadam domo Villingæ.*

domum mei avi paterni ſic inquietavit, ut per annos plus minus triginta, noctu inhabitabilē fecerit, quando lampade non illuſtrata fuerat, ubi etiā neq; tum ſatis pacata erat. Nam domum prætereuntes deſuper lapidib. in plateis ſic moleſtabat, ut ſtis tædas pineas, quibus ibidem pro facibus utuntur, e manibus ejiceret. De ſpectro Athenodori Philoſophi, & C. Caligulæ tumultuario ſpiritu plura, ſed ab his diverſa in præcedentibus recenſuiſti. Ex quibus omnibus illorum facilè convincenda duximus placita, qui ſpiritus ambulare aut tumultum facere poſſe negant, ſed quanti illorum ducamus aſſerta qui tumultuarios hos ſpiritus, neque dęmones neque phantaſmata cenſent, ſed mortuorum animas, nunc attende.

*Spectra quadam animæ mortuorum.*

POL. Sunt qui opinantur? CAST. Sunt utique. Nam horum animas eſſe judicant, qui peccatorum fermento à corporibus migrarint, & eo plus aut minus in domibus turbulentiores audiantur, quo intellectuale peccati ſcintillam plus aut minus dum viverent, ardentem habuiſſent, unde ſic, niſi interim, vel per eleemoſynas, vel interceſſiones, ſeu per ablatarum refutationem ſpatæ, certam liberationis metam, aut diem extremum obſervando expectare cogantur.

*Mortuorum animæ certam ſedem occupant.*

POL. Quamobrem? CAST. Quod eorum animas qui in Chriſto obdormiſcunt, cum Chriſto vivere credam, & in terris non vagari. & eorum qui peccatorum mole gravati exceſſerunt, dum membra ſathanæ ſunt, a ſathana cathenis vinctas noctis, in Tartaro expectantes judicium.

*Lactant. de animabus mortuorum.*

POL. Sed diverſum ſentit Firmianus non imi ſubſellii ſcriptor, in libro quē de divino premio inſcripſit. CAST. Quomodo? POL. Hæc verba habet: Nec quiſquam putet animas poſt mortem protinus judicari. Nam omnes in una, communiq; cuſtodia detinentur, donec tempus adveniat, quo maximus judex meritorum faciet examen tunc quorum fuerit probata juſtitia, hi premium immortalitatis accipient: quorum autem peccata & ſcelera detecta, non reſurgent, ſed cum impiis recondientur in tenebras ad æterna ſupplicia deſtinata.

*Auguſtinus Lactantio hallucinatus.*

CAST. Lactantio ſubſcribit S. Auguſt. in Enchiridio ſuo, dicens: Tempus quod inter hominis mortem & ultimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptaculis continet, ubi ſicut quæque digna eſt requie vel ærumna. Pro eo quod ſortita eſt in carne, dum viveret, recipit.

*De anima Traiani.*

POL. Nec diſſentit D. Ambroſius ſecundo libro de Cain & Abel. Solvitur a corpore anima, & poſt finem vitæ hujus futuri judicii ambigua ſuſpenditur.

*Spectra meræ ſathanæ ſpectra.*

CAST. Sic quoque animam Trajani precibus quidem oberraſſe dicunt. Sed Divi Georgii ſuffragiis libe-

liberatam. POL. Variarum opinionum de his ſpiritibus mo-
do dixiſti ſpacioſum eſſe mare. Et rectè quidem, nam ſic eſt,
ſed quem tu portum attingas, rogo dicere non graveris, nam
certi adhuc nihil habeo ex noſtro Colloquio. CAST. Quod
*Cap. 13. Animæ mortuorum vivent non appa.* petis ſic habet, hos tumultuantes ſpiritus mera Sathanæ ſpe-
ctra duco, quæ metuenda non ſint, quibuſque fides nulla in
reſponſis danda, & nequaquam mortuorum animas, quæ vel
cum Chriſto ſi benè exceſſerint vivant, vel cum Sathana, ſi
malè concathenati morentur. POL. Supereſt Caſtor, ut id
ventilemus: Contigit nunc aliquoties ut pater meus in ſomno
ſe mihi obviam obtulerit, quod fortaſſis item tibi phantaſma
*Hiſtoria de doloſo creditore.* videbitur. CAST. Videbitur, ſed ne tibi præter rationem ob-
loqui dicat, de meo nihil addam; ſaltem D. Auguſtini aſſertis
tuam opinionem adnihilabo. POLL. Quæ ſunt illa aſſerta?
CAST. Ea undecimo libro quem de mortuorum cura inſcri-
pſit, in medium offert, dicens: infirmitas humana ſe habet, ut
cum mortuum in ſomnis aliquem viderit, ipſius animam ſe
videre arbitretur, cum autem vivum ſomniaverit non ejus a-
nimam neque corpus ſed ſimilitudinem hominis ſibi non du-
bitet apparuiſſe, quaſi non poſſent mortuorum hominum eo-
dem modo neſcientium, non animæ, ſed ſimilitudines appa-
rere dormientibus. Utrumque fieri poſſe idem per exempla
quæ Mediolani facta ſint veriſſimè probat, quorum primum
oſtendit imaginem quippe mortui cujuſdam patris filium vi-
ventem admonuiſſe, ne debitum perſolutum iniquo credito-
iterum perſolveret, ſic enim ſe res habuiſſe dicit. Pater perſol-
verat cuidam creditori debitum, quod eo mortuo ui repete-
bat à filio, ſolutionis neſcio, cui patris imago dormienti ap-
paruit, indicans ubi chyrographum lateret: unde filius à ſom-
no excitatus chyrographum loco ſignato quæſivit, ac reperto
& calumniam doloſi creditoris propulſavit. Secundum, ex
*S. Auguſt. vivo vivus comparuit Eulogio.* quo viventes viventibus in ſomno poſſe comparare idem S.
Auguſt. oſtendit. Ait enim Eulogio Rhetori, Ciceronis rhe-
toricen Carthagini profitenti, locum obſcuriorem: ac illi mi-
nimè declarandum obveniſſe: unde vigilans dormienſque, ſe
propter ignorantiam cruciarit, ſed nocte quadam Aurelii Au-
guſtini, qui Mediolani fuerat, comparuiſſe imaginem, docen-
tem, qualiter locus tenebricoſus foret intelligendus. POLL.
Sic ergò indubitanter non animas eſſe Auguſtinus concludit?
CAST. Concludit, ut & placita ſua magis roboret, addit, ſi
*De matre S. Auguſtini.* mortuorum animæ viventium intereſſent rebus, indubitantè
ſciret piam matrem ſuam, nec in unam noctem ſe deſerturam
quæ



...m ipſum vivens terra marique ſequuta fuerit, nec perpeſſa
...nquam ſe corde angi, quin triſtem conſolaretur. Ne ta-
...n nimium durus Chriſti præſul ſermone videatur, illos non
...aſſe docet qui pios Angelos nutu Dei, & diſpenſatione di- *Boni Angeli quinque homines viſitant.*
...a aliquando ad vivos, & dormientes homines, loco anima-
...m in pœnis adhuc exiſtentium venire aſtruunt, non tamen
...um, ſed eorum qui ita vixerunt ut eos hac miſericordia
...nos judicet Deus: aut eorum quos ſine omni meritorum
...ſpectu, Deus imperſcrutabili ſua miſericordia reſpicere di-
...tur. ut viventium ſupplicationibus, peccatorum ſuorum
...m, & à tormentorum carcere liberationem adipiſcantur.
POL. Legi quandoque eundem ſcripſiſſe Auguſt. melius eſſe *An miracula realiter fiant per Dæmones.*
...itaſſe de occultis, quàm litigaſſe de incertis. CAST. Rectè
...dem, Neque ſibi eos docet infenſos, qui ea omnia imper-
...ſtigabilibus Dei judiciis relinquunt, & non ad amuſſim diſ-
...ere laborant. POL. Quia facilem te hactenus reſponden-
...intellexi, non deſiſtam donec quidquid hujus farinę eſt, to-
...m abſolveris. Quæro igitur an omnia miracula quæ dæ-
...mones edunt realiter fiant, an phantaſticè? CAST. Multa rea-
...s fieri, & multa tantum apparenter etiam Auguſtini ſcri-
...s fieri aſſerimus. Scribit enim hic magnus Eccleſiæ Chri-
...anæ antiſtes, in lib. de Trin. cap. 11. facillimum eſſe nequiſſi-
...s ſpiritibus per aërea ſua corpora facere multa quæ miren-
...r animæ terrenis aggravatæ corporibus. Sic etiam inquit
...orpora ipſa terrea nonnullis fiunt artibus & exercitationibus
...modificata, quod in ſpectaculis theatricis, tanta mirabilia ex-
...hibeat, ut hi qui ea nunquam viderunt non credant: quid
...magnum fuerit diabolo & angelis ſuis de corporeis elemētis,
...ca corpora facere, quæ caro miretur? Aut etiam quid mul-
...m fuerit dicit, occultis inſpirationibus ad illudendos huma-
...s ſenſus phantaſmata imaginum machinari, quibus vigi-
...tes, dormientéſve decipiat? Hæc Auguſt. Si vis & alium
...tem etiam exceptione majorem adducam pollux. POLL.
...lo dic quis hic eſt? CAST. Abbas Trithemius tertia quæ-
...ne ad D. Maximum Emilianum, qui præfato loco ſic ha-
...: Mortuos apud infideles reſuſcitare videntur dæmones ad *Dæmones non verè reſuſcitant mortuos.*
...m. Et ſic curioſis hominibus miranda oſtendunt, ut eos
...rrore, quaſi miraculis conſumatos reddant, & omninò
...aces, mortuos tamen non verò ſuſcitant, ſed hominum
...ſus variè decipiunt, mortuorum ſimulachra fictitia oſten-
...es. Manifeſtum enim eſt dæmones omnia poſſe, ſed in
...tantum ſimilitudine, quæ ſancti poſſunt miracula in veri-
tate.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

tate. POL. Ajunt dæmones malis tantum hominibus propter ſimilitudinem ſuæ malitiæ obedire, quid tibi videtur? Caſtor. CAST. Videtur? quod malis obediant, ſed non omnibus. POL. Quibus autem CAST. iſtis certè, cum quibus, intervenientepacto, fœdera contraxerunt, velut mulieres quas Pytoniſſas vocant, habentur, quæ ſtipulata manudicis ſe voverunt. POL. Etſi eos in ſuum compulſerunt ſervitium, verum eſt hoc ſervitium an ſimulatum? CAST. Eſt profectò ſimulatum. Nam ſua ſponte & genuina opera, hominibus inſerviunt, ut eos decipiant & ad ſe alliciant, tametſi non inficiamur illorum ſervitium quandoque eſſe verum, aſt ſaltem circa homines quos fides in Dominum JESUM Chriſtum per ſanctitatis meritum fecit acceptabiles & amicos. Id quod Lactantius his verbis quoque teſtatur ſecundo libro de Origine erroris, capite decimo ſexto: Juſtos, id eſt Dei cultores metuunt dæmones. Cujus nomine adjurati de corporibus excedunt, quorumque verbis tanquam flagris verberati, non modo dæmones eſſe confitentur, ſed etiam nomina ſua edunt, nec juſtis mentiri queunt. Et idem Lactantius libro quarto de Vera ſapientia, capite vigeſimo ſeptimo. Neceſſe eſt verum eſſe Religionem Chriſtianam, quæ & rationem dæmonum novit, & aſtutiam intelligit & vim retundit & eos ſpiritalibus armis domitos, & ſubactos, credere ſibi cogit. POL. Sum hactenus omnium per te ad unguem informatus quæ ſcire ſtudui, quapropter non eſt quod diutius te meis quæſitis ſeu gryphis potius aggravem, demitto ergò te ut ad alia te conferas. CAST. Neque reſpondendo comperi deſidem. Unde nos hoſtimento uſos ducito, quòd uterque utrique æquum reddiderit. Vale ergò. POL.

Et tu vale.

*Dæmones malis obediunt. Pytoniſſarum ſervitium falſum.*

GE-



# GERARDI CREMONENSIS

## GEOMANTIÆ ASTRONOMICÆ libellus.

QUia Aſtronomia ita tranſcendens & ſubtilis eſt de ſe, quòd in ea oportet tot & tanta reſpicere, prius quam homo poſſit per eam veraciter indicare: quia mentis oculus medietatem eorum abhorret intueri: paucique tempore moderno Doctores ſcientifici ejus inveniun-
...r, qui per ipſam ſufficienter ſciant indicare: idcircò hoc o-
...s compilavi, quod Geomantiam Aſtronomicam volo no-
...are: in qua cum minori ſtudio & labore ſatis ſufficientes
...cebo indicare. In præſenti enim ſcientia non eſt neceſſe a-
...ndens nec horam aſpicere per aſtrolabium, ſicut in Aſtro-
...gia: imò oportet facere quatuor lineas inæquales per pun-
...caſualiter ſeminata, & puncta illa combinare, & ex pun-
...on combinatis, quæ remanent in capitibus linearum, ſic-
...in Geomantia, unam figuram extrahere, & ſignum Zo-
...ci, cui correſpondet illa figura, ponere pro aſcendente. Ver-
...gratia, ſi conſurgit acquiſitio ex capitibus illarum linearum
...tuor, ponatur aries: ſi lætitia, vel fortuna minor, ponatur
...rus: ſi puer, vel rubeus, ponantur gemini: ſi albus, cancer:
...a, leo: ſi conjunctio, vel caput draconis, virgo: ſi puella, li-
...: ſi amiſſio, vel triſtia, ſcorpio: ſi cauda draconis, ſagitta-
...s: ſi populus, capricornus: ſi fortuna major, aquarius: ſi
...cer, ponantur piſces. Poſtea in ſecunda domo ponatur ſi-
...um quòd immediatè alteri ſuccedit: in tertia ſignum ter-
...m, & ſic de aliis per ordinem, uſque in finem duodecim ſi-
...orum. Et fac unam figuram quadratam in duodecim par-
...æquales diviſam, in qua illa ſigna per ordinem compones,
...ut fit in Aſtrologia, & ſicut ſatis ſcitè invenies hic figura-
...Nec eſt hic curandum de * feſtis, * vel indice, nec de quo-
...que alio quod ad Geomantiam pertineat, præterquam de
...guris ſexdecim, ut per eas habeamus ſigna duodecim,
quibus correſpondent: & ecce modus figuræ:
qui ſupra poſitus eſt.

Poſtea

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА




Poſtea oportet pro quolibet planeta ſigillatim facere quatuor lineas per puncta caſualiter ſeminata, & pro capite draconis ſimiliter, ſicut feciſti pro aſcendente: & puncta illa dividere per duodecim, & quod remanet ultra duodecim, vel ipſum duodecim, ſi minor numerus non remanſerit, retine, & planetam pro quo facta fuerit illa projectio, in ordine illo ſituare quotus fuerit ille numerus ſuperabundans, hoc eſt, ſi remanſerint duodecim, ponatur planeta in duodecima domo: & ſi decem, in decima: ſi unum, in prima: ſi duo in ſecunda: & ſic de aliis. Et debes ſemper incipere à ſole, & poſtea à luna, deinde a Venere & Mercurio, & de Saturno, Jove & Marte, capite draconis & cauda. Cave tamen, ne in tempore pluvioſo, nebuloſo, vel nimis ventoſo, nec quando es iratus, aut pluribus intentionibus occupatus: nec pro tentatoribus, vel deriſoribus facias quæſtionem nec eandem pluries ſub eadem figura vel forma iteres quæſtionem,
quia error eſſet.

Qu



*Quæſtiones primæ domus.*

SI vis ſcire de vita alicujus, utrum erit longa vel brevis, aſpice dominum aſcendentis, qui ſi fuerit in fortibus angulis, ſignat vitam longam, in ſuccedentibus mediocrem, in cadentibus verò brevem: & ſi fuerit in fortibus angulis, ſignat annos majores: ſi in ſuccedentibus, annos mediocres: in cadentibus verò minores. Minores anni Saturni ſunt triginta: mediocres quadraginta quatuor: majores verò quinquaginta octo. Anni minores Jovis ſunt duodecim, mediocres quadraginta: ſic ſecundum majores verò, quadraginta ſeptem. Anni minores Martis ſunt quindecim, mediocres quadraginta, & ſecundum majores verò quadraginta ſeptem. Anni minores Solis ſunt novendecim, medii quadraginta quinque, majores verò octoginta duo. Anni minores Veneris ſunt octo, mediocres quadraginta quinque, majores verò octoginta duo. Anni minores Mercurii ſunt viginti, medii quadraginta novem: majores verò octoginta. Anni minores Lunę ſunt quindecim, medii triginta novem, & ſecundum majores verò centum & ſeptem. Vel aliter: Aſpice, ſi Mars vel Saturnus fuerit in primo, & dominus octavi cum eis, ſolque fuerit in octavo, quærens non vivet. Similiter ſi dominus aſcendentis ceciderit in vacuum, & Mars in octavo fuerit, non vivet. Et ſi Sol & Luna conjunguntur in ſeptimo, & Iupiter fuerit in duodecimo, Venuſque in ſecundo, benè vivet. Nati quoque accidentia ſunt conſideranda: quia ſi Saturnum vel Mercurium inveneris in primo, * veſtiens * eſt ſtultus & verboſus: ſi Mars & Mercurius, non erit ſervitialis ſed rixoſus & deriſor: ſi Sol & Mercurius, verax erit: & ſi Sol fuerit in ariete, omnia quæcunque audiet, citò addiſcet: ſi Venus fuerit in ſeptima, luxurioſus erit: ſi Saturnus, Mercurius & Venus fuerint in imo, erit Sodomita: ſi Sol & Venus fuerint in decima, & Luna in prima, erit magnæ largitatis: ſi Venus, Mercurius & caput draconis fuerint in primo, erit avarus: ſi Luna & Mars fuerint in primo, erit magni ſervitii: & ſi Mars fuerit dominus * partus, erit di-s, maliloquax & litigioſus: & ſi So in prima fuerit, lividus erit, pulchrum corpus habens, nec multum macer, nec multum pinguis: & ſi Venus fuerit in primo, erit albus & laccinius. Si Mercurius fuerit in primo, non erit ſtabilis, ſed ſemper volet eſſe in motu. Luna verò ibidem reperta, graciliter facie, pectore & brachiis deſignat. Si Saturnus fuerit ibidem, erit homo turpis & niger. Si Iupiter, erit facie rotunda, pulchræ

* primi fermè.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

frontis, coloris rubei, paucoque mixtus albo. Officium vel artificium ejus ſcies, ſi Luna fuerit in ſeptimo, cum Saturno, vel in quarto, vel in decimo, vel in primo: non eſt & bonum ædificare domum in civitate, nec navem, nec terras colere, vineas, aut arbores plantare, ſed eſſe circa officium aquæ, vel minutorum matrimoniorum, aut eſſe curſor, vel nuncius: nec applicet ſe domino, quia nullum honorem haberet ab eo. * Si in quinto, aut tertio, etiam erit ei bonum: in ſecundo, octavo, ſexto, & duodecimo, nec bonum, nec malum. ❡ Iupiter ſignificat epiſcopos, prælatos, nobiles, poteſtates, judices, ſapientes, mercatores, & campſores. Mars ſignificat bellatores, incendiatores, homicidas, medicos, barbitonſores, carnifices, aurifabros, cocos, furnarios, & omnia opera quæ fiunt per ignem: & ſi Mars fuerit in fortibus ſignis, pauper erit, & in captivitate morietur, niſi ſe jungat in exercitu cum milite vel vaſallo. Sol ſignificat imperatores, reges, principes, nobiles, dominos, & judices. Venus ſignificat reginas, & dominas, uxorationem, colloquia, amicitias, apothecarios, ſciſſores veſtium, & factores jocalium & ornamentorum, venditores pannorum, joculatores, tabernarios, luſores taxillorum, lenones & prædones. Mercurius ſignificat clericos, philoſophos, aſtrologos, geometricos, arithmeticos, latinos ſcriptores, & pictores, & omnes artifices ſubtiles: tam homines quam mulieres, & artes eorum. De intentione quærentis aſpice ſignum aſcendens, & dominum ejus: & ubi dominum aſcendentis inveneris, pro aliqua re ad domum illam pertinente venit quæſiturus. & ſi Sol fuerit dominus aſcendentis, quærit de aliqua quæſtione vel applicatione, vel timet ſibi de aliquo homine: ſi Venus, quærit pro artibus* aliqua propria ut ſciat, * aut pro rebus fœmineis: ſi Mercurius, quærit pro amiſſione aut infirmitate: ſi Luna, quærit pro amiſſione, aut infirmitate, aut pro dolore oculi: ſi Saturnus, quærit pro infirmo, vel principe qui* tacet & habet anguſtiam magnam in corde ſuo: ſi Iupiter, quærit pro infirmitate aut reſtitutione, aut pro aliquo officio, quod vult habere: ſi Mars, quærit pro timore, vel inimico, pro morte, vel infirmo, vel pro cenſu.

* vel aliàs iacet.

*Quæſtiones ſecundæ domus.*

SI vis ſcire de aliquo, ſi erit dives, vel non, aſpice dominum ſecundi, qui ſi fuerit cum bono planeta, & bonus planeta ſimiliter in ſecundo, dives erit: ſi verò cum malis junctus fuerit dominus ſecundi, maluſque planeta fuerit in ſecundo, erit pauper.



pauper. ❡ Si vis ſcire, ſi rehabebis depoſitum, vel non, aſpice, ſi in ſecundo fuerit malus planeta & diſcordans cum domino ejus, quia ſic qui tenet depoſitum, non reddet id ſpontè, ſed ſi in ſecundo fuerit bonus planeta, & concordans cum domino ejus, benè recuperabitur: & ſi dominus ſecundi exaltetur, maluſque fuerit, vel cum eo fuerit malus in ſecundo, vel ſi dominus ſecundi exaltetur, qui tenet depoſitum, non vult reddere illud: reddet tamen id velit nolit: & ſi malus fuerit in ſecundo, non credo quòd recuperetur. Si autem Mercurius fuerit in ſecundo, ita quòd ſit domus ipſius, & contrarietatem haberet, recuperabitur tunc: & ſi in ſecundo fuerit bonus planeta, recuperationem ſignificat, * quamvis dominus ejus.* Nota igitur concordiam & diſcordiam planetarum. Luna & Iupiter ſunt amici: Luna & Mars ſunt inimici: Mercurius & Sol ſunt amici: Mercurius & Venus ſunt inimici: Venus & Iupiter ſunt amici: Jupiter & Luna ſunt amici. Illi planetæ dicuntur concordare, qui conveniunt in una natura & qualitate, ſicut Mars & Sol, quia uterque eorum eſt calidus & ſiccus: Venus & Luna conveniunt in frigido & humido: vel quando planetæ in ſubſtantia & natura conveniunt, ſicut Iupiter & Venus ſunt amici: vel quando domus unius eſt * exaltationis * alterius: vel econverſo.

*Quæſtiones tertiæ domus.*

SI vis ſcire de aliquo, quot fratres habeat, aſpice dominum tertii, & tenendum, quòd quot planetis junctus fuerit, tot fratres habet quærens. Planetæ verò maſculini fratres ſignificant, fœminini autem ſorores. Et nota, quòd Saturnus & Mars, Sol, Jupiter & caput draconis ſunt maſculini: Luna verò, Venus & cauda draconis ſunt fœminini. Mercurius autem promiſcuus, & ipſe eſt aliquando maſculinus, aliquando fœmininus: maſculinus eſt, quando jungitur cum planetis maſculinis, aut cum fuerit quadratura Zodiaci maſculina: fœmininus verò eſt, quando jungitur cum planeta fœminino, aut quando eſt in quadratura Zodiaci fœminina.

*Quæſtiones quartæ domus.*

SI vis ſcire, ſi bonum tibi ſit morari in aliqua terra, civitate, villa, territorio, vel domo, vel non, aſpice dominum aſcendentis quarti & ſeptimi, & ſi dominus quarti fuerit in ſeptimo, & fuerit bonus, & * primæ & decimæ domus boni fuerint domini, * & cum bonis planetis, bonum erit morari in loco



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

illo: & ſi ſeptimę dominus cum bono fuerit, & dominus quartæ cum malo, tunc non eſt bonum ibi morari: quia ſi ibi moratus fueris, rumores malos & damna plurima patieris in illa patria. ¶ Si vis ſcire, quando aliquis * abſconditus revertetur, aſpice dominum aſcendentis: quod ſi inveneris ipſum in aliquo angulorum quatuor, anno illo revertetur. Et ſi in angulo non fuerit, vide, quantum diſtet ab angulo primo: quia tantum tardabit, & per tot annos, quot ſunt ibi domus. ¶ Si vis de cariſtia vel vilitate rerum ſcire, aſpice domos fortes ſuccedentes & cadentes: fortes etenim domus cariſtiam deſignãt, ſuccedentes tempus mediocre, nec nimis carum, nec nimis vile: cadentes plenitudinem ſignificant, & rerum vilitatem. Conſidera ſimiliter planetas & loca eorum: quia ſi in fortibus domibus fuerint, res ſignificatæ per planetas illos erunt raræ. Et nota, quòd Saturnus ſignificat campos, vineas, & inſtrumenta, cum quibus exercentur opera camporũ & * corium:* & de fructibus cornua, glandes, gallas & malogranata. Iupiter habet oleum, mel, bombacem, pannos, argentum, & vinum & bladum, ſpecieſque odoriferas. Mars habet vinum & carnem & maximè porcos: arma & bella, & quæ eis conveniunt, & veſtes rubeas. Sol habet triticum, & vinum, & omnia quæ aſſimilantur auro, in colore purpureas & pannos: equos & aves, ſicut accipitres & falcones. Venus habet pinguedinem, & * uvas, figas & dactylos, * pagros * & jocalia. Mercurius habet hordeum, milium, granum *: monetam & argentum vivum. Luna habet avenam, lac, caſeum, incenſum & ſal, vaccas, arietes, & gallinas, & argentum: & ſecundum multitudinem vel paucitatem in eis.

*Quæſtiones quintæ domus.*

SI vis ſcire, utrum mulier ſit prægnans, vel poſſit imprægnari, aut non, vide ſi dominus aſcendentis fuerit in ſeptima, aut dominus quintæ in prima, aut dominus primæ in quinta, vel ſi dominus quintæ fuerit in ſeptima, aut ſi dominus ſeptimæ in quinta fuerit, aut Luna cum eo, vel ſi boni planetæ fuerint in prima vel in quinta, vel cum domino quintæ, vel * R * in angulis, prægnans eſt, vel poterit imprægnari: & ſi nullum iſtorum inveneris, & mali planetæ fuerint in prædictis locis, non erit prægnans, nec poterit imprægnari: & ſi boni & mali fuerint ibidem fortè habebit filios, ſed non vivent. Si verò cancer, ſcorpius, vel piſcis fuerint in prima vel quinta domo, poteſt adhuc filios habere: ſed ſi leo & virgo fuerint ibidem, nec



eſt prægnans, nec in perpetuum poterit imprægnari: vel ſi dominus quintæ fuerit in eis. ¶ Et ſi volueris ſcire, intra quot annos, vide ubi dominum quintæ inveneris: quia in illo anno prolem habebit: ſi in prima, in primo anno: ſi in ſecunda, in ſecundo anno, & ita uſque ad duodecimam poteris numerare. Et ſi ſigna mediocria fuerint in aſcendente, prægnans habet in utero gemellos, qui vivent, ſi in primo fuerit planeta bonus: & ſi malus, morientur: & ſi unus fuerit bonus, & alter malus unus vivet, & alter morietur: & ſi ſignum mediocre fuerit aſcendens, & Mars in eo, mater moritur, & non fœtus: ſi Saturnus, fœtus & mater: & ſi cauda draconis fuerit ibidem, poterit eſſe, quod uterq; moriatur, infans tamen non evadet: & ſi ſic cauda fuerit in prima, & domus decima ceciderit, mater morietur: ſimiliter, ſi Mars & Luna, aut Mars & Saturnus fuerint in prima, ſeptima, vel decima, mater morietur. ¶ Utrũ prægnans aborietur, vel non, conſidera, ſi ſignum mobile ſit aſcendens: quia ſic aborietur. ¶ Si vis ſcire, ſi pariet maſculum, vel fœmellam, aſpice aſcendens & dominum ejus: qui ſi maſculinus fuerit, & in ſigno maſculino, vel in quadratura circuli maſculina, maſculus erit: ſi fœmininus, & in ſigno fœminino, vel in quadratura circuli fœminina, eſt fœmella: & ita de Luna conſiderabis. Conſidera ſimiliter, ſi plures planetarum fuerint in ſignis maſculinis, quia tunc maſculus erit: & ſi plures * planetarum fuerint * in ſignis fœmininis, erit filia. ¶ Et ſi vis ſcire, utrum infans fuerit legitimus, vel adulterinus, vide, ſi Saturnus, Mars vel cauda fuerit in quinta, aut cum domino quintæ, quia ſi ſic, adulterinus eſt: & ſi bonus planeta fuerit idem, idem legitimus eſt: & ſi dominus primæ fuerit in quinta, aut cum domino ejus, legitimus eſt: ſimiliter ſi dominus quintæ in prima inveniatur, aut cum domino primæ. ¶ Si vis ſcire, utrum rumores ſint veri, vel falſi, vide, ſi Saturnum, Martem, vel caudam inveneris in aſcendente, quia ſi ſic, rumores ſunt falſi: ſed ſi Solem, Jovem, vel caput draconis inveneris, iidem veri ſunt: & ſi planetæ maſculini fuerint in ſignis maſculinis, & fœminini in fœmininis, adhuc ſunt veri: & ſi boni & mali ibi fuerint, partim ſunt veri & partim falſi: & ſi fuerit ſignum cum bono planeta, veritatem teſtatur, & ſi cum malo planeta occiderit, falſitatẽ. Similiter, ſi Mercurius fuerit in prima, falſi ſunt, Et ſi Luna fuerit in prima, in ſigno fœminino, vel juncta cum domino aſcendentis in ſigno fœminino, ſunt veri. Similiter ſi boni planetæ fuerint in tertia quinta, vel nona, & ſigna fœminina fuerint, veri ſunt, ſin au-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

ſem, non. ¶ Si vis ſcire, utrum quis abſens veniet, & quando, aſpice dominum quintæ, in primo, quos ſi ſimul inveneris, pro certo veniet, & jam eſt iter aggreſſus. Similiter ſi dominus quintæ fuerit in primo, vel cum domino primæ: quæ ſi ceciderit, nuncius eſt infirmus in via: quia ſi dominus quintæ exaltetur, tunc venit lætanter: & ſi fuerit in ſigno cadente: graviter infirmabitur, vel morietur. ¶ Si vis ſcire, ſi afferat illud, pro quo iuit, vel non, aſpice dominum ſeptimæ, qui ſi bonus fuerit, affertur quod quæſivit: & ſi ceciderit, vel malus ibi fuerit, nihil affert de eo.

*Quæſtiones ſextæ domus.*

VTrum infirmus convaleſcet, vel morietur, ſi quæritur, de infirmitate, aſpice, ſi Saturnus, vel Mars, aut cauda fuerit in primo, ejuſq; dominus cum malo planeta junctus, nam tunc morietur citò: & ſi dominus primæ fuerit bonus, maliq; planetæ fuerint in prima cum domino ejus, ſimiliter vel in primo,* octavo,* pro certo morietur. Et ſi dominus primi in octavo fuerit, aut cum domino octavi, vel dominus octavi in primo, aut cum domino primi, dubitatur de morte. Et ſi mali planetæ angulos occupaverint, malum & deſtructionem minatur infirmus. Et ſi in primo, ſexto & octavo boni planetæ fuerint, & in angulis * ſimiliter, & dominuſque primi ab octavo, & domino ejus, vivet & convaleſcet. ¶ Utrum curabitur per medicinam, vel non ſi ſcire cupis, primum da medico, decimum infirmo, ſeptimum infirmitatibus, & quartum medicinis: mali planetæ in primo exiſtentes medicum nihil prodeſſe, ſed * peius * hoc eſſe teſtantur infirmo: fortunæ verò ipſum ſibi utilem deſignant. Et ſi mali decimum occupaverint: ægrum eſſe cauſam. Cauſam ſui morbi teſtantur ipſius velle facere, quod conſulit magiſter: fortunæ quoq; ibidem exiſtentes contrarium deſignant: mali verò in ſeptimo exiſtentes ægrum de morbo in morbum tranſmutant, fortunæ verò ipſum liberant abſque medicis ſeu medicinis. * Mali * quoque in quarto exiſtentes, medicinas teſtantur augere dolorem: fortunæ verò mitigant & ſanant eundem. ¶ Si vis ſcire ad infirmum ſi ſanes eum, conſidera locum tunc: qui ſi fuerit cum Saturno, Marte vel cauda vel * R * cum ſole, non vadet. Et ſi Jupiter, Venus vel caput draconis fuerit in primo, vel in ſeptimo, vade: quia bonum erit. Et ſi eſt luna cum bono, vade & da ei medicinam. Et ſi fuerit cum malo, & maximè in ſeptimo, vel ſi mali fuerint in angulis, non vadas: quia nihil

proficies



proficies ei. Et ſi boni ibi fuerint, vade & aſpice diligenter, in quo vel in quibus membris patitur, quia aries habet caput, taurus collum, cancer pectus & pulmonem, leo cor & ſtomachum, virgo ventrem & inteſtina, libra umbilicum & renes, ſcorpius anum & verenda, ſagittarius nates & coxas, capricornus genua, aquarius libras *, piſces pedes.

* *ſuras melius.*

*Quæſtiones ſeptimæ Domus.*

PRo furto aſpice dominum ſeptimi: qui ſi fuerit in primo, furtum erit reſtaurandum. Et ſi dominus primi fuerit in ſeptimo, perquiret illud diu, & tandem inveniet. Et ſi luna fuerit in primo, aut cum domino ejus, invenietur. Si luna fuerit in quinto, cum domino primi, vel * R * in primo poterit inveniri. Sed ſi Sol & Luna fuerint in quinto], & ſi dominus octavi fuerit cum domino primi in primo, invenietur. Et ſi dominus ſecundi fuerit in octavo, non poterit inveniri. Et ſi Saturnus & Mars vel cauda fuerint in ſecundo, non invenietur, nec omnino perdetur. Et ſi ſecundi dominus fuerit in primo, inveniet illud, & neſcit unde veniat. Si dominus primi fuerit in ſecundo, poſt magnum laborem poterit inveniri. Et ſi dominus ſecundi ceciderit, nūquam invenietur: ſed ſi exaltetur, bene invenietur: ſeptimum autem latronum oſtendit. ¶ Si vis ſcire, quid ſit & quod furtum ſit, aſpice dominum ſecundi: qui ſi fuerit Saturnus eſt plumbum, ferrum, caldarium, * tripes, * veſtis, aut aliqua res nigra aut corium. Si Jupiter, aliquid album, ſicut ſtannum, argentum, vel venis mixta croceo & albo. Sol enim ſignificat aurum & res pretioſas. Mars verò res, quæ ſunt in igne, vel quæ pertinēt ad eum: Venus vero res mulierum, ſicut manualia, annulos, jocalia & ornamēta pulchra: luna beſtias, ſicut equum, vel mulum, &c. cyphos aut * merces *: Mercurius monetā, libros, chartas, vel res depictas, aut veſtes varii coloris, vel griſſas. ¶ Si vis ſcire, quot fuerint latrones, aſpice dominū ſexti, qui ſi fuerit in ſecundo aut cum domino ſecundi, plures fuerint. Et ſi fuerint in tertio, fratres vel cognati quærentis fecerunt id furtum. ¶ Si vis ſcire, ſi latro ſit adhuc in villa, ſi in ſuccedentibus, non ivit adhuc multum longè: ſi in cadentibus, multum elongatus eſt. ¶ Verſus quam partem iverit latro, ſi vis ſcire, aſpice dominū ſeptimi, in quo ſigno eſt: qui ſi in ariete fuerit, in medio orientis eſt: ſi in tauro, in meridie contra orientē: ſi in gemmis, in occidente contra meridiem: ſi in cancro, in medio ſeptentrionis: ſi in leone, in oriente contra ſeptentrionem: ſi in virgine, in meridie



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

contra occidentem: ſi in libra, in medio occidentis: ſi in ſcorpione, in ſeptentrionem propinquum occidenti: ſi in ſagittario, in oriente juxta ſeptentrionem: ſi in capricorno, in medio meridiei: ſi in aquario, in occidente contra ſeptentrionem: ſi in piſcibus, in ſeptentrione contra occidentem. ¶ Si vis ſcire, ſi fur totum furtum defert ſecum, aſpice dominum ſeptimi, octavique: & ſi dominus ſeptimi fuerit in angulo, habuit voluntatem totum deferendi ſecum, ſed non potuit. Si dominus octavi fuerit in mediocri, vel in * cadenti, & dominus ſecundi in forti, totum ſecum defert. Et ſi dominus ſeptimi & octavi fuerint ambo in cadentibus, nec portavit, nec habuit: vide per * ſeptimam, * quæ eſt ſocius, & octavum, quod eſt lucrum ejus. ¶ Si vis ſcire genus & nobilitatem hominis vel mulieris, aſpice dominum ſeptimi. quod ſi in angulis inveneris, & dominum primi in ſuccedentibus, vel cadentibus, mulier nobilior eſt viro. Et ſi dominus aſcendentis fuerit in angulo, & dominus ſeptimi in ſuccedenti, vel cadenti, vir nobilior eſt muliere. Et ita potes judicare de duobus ſociis, vel quibuſcunque aliis perſonis. Et ſi dominus ſeptimi in * nona * domo fuerit, de partibus extraneis accipiet uxorem. ¶ Si ſcire vis, utrum conjugium fiet, aſcendens & dominum ejus & Lunam de quærenti, & ſeptimum & dominum ejus mulieri: et ſi junctus fuerit dominus aſcendentis, aut Luna, domino ſeptimi, aut fuerit in ſeptimo: conjugium fiet: vel ſi dominus fuerit in primo, aut cum domino primi, fiet de facili, & plus erit voluntas mulieris, quam viri. ¶ Si ſcire cupis, utrum uxor, vel amica tua alium habet amatorem, vel non, aſpice, ſi Mars fuerit in ſeptima, ita quod non ſit in domo ſua, nam ita nullum habet amatorem. Et ſi Saturnus ibi fuerit, alium diligit, ſed non jacet cum ea. Et ſi cauda fuerit in ſeptima, jacet cum ea. Et ſi ibi fuerit Jupiter, malè tenet caſtitatem, Si Venus, hilaris eſt & libenter ludit & ridet; quare putatur eſſe meretrix, cum non eſt. Si Mercurius, amicum habuit, ſed nunc non habet. Sed ſi Luna fuerit in ſeptima, nondam habet amicum, ſed habebit, & erit quaſi tota communis. Si autem Sol, aut caput draconis fuerit * illud idem, * caſta eſt. Et ita potes invenire in * nono * de amicis. ¶ Si vis ſcire, quis illorum plus vivet, vide dominum primi & ſeptimi: & quis illorum in fortiori & meliori loco fuerit, vel cum melioribus junctus, & a domino octavi & ejus participatione remotior & liberior perſona, cui correſpondet dominus domus illius, plus vivet. ¶ Si vis facere ſocietatem, & ſi vis ſcire ſi fiet, vel quid inde accidet,

* ibidem
* fortè.



det, vide, ſi bonus Planeta fuerit in ſeptimo, & in primo: quia ſi fuerit, ſocietas fiet, bonumque inde eveniet, & teneas † durare † per annos menſes & dies, quos Dominus ſeptimi ſignificaverit. ¶ Si vis ſcire qualis eſt ſocietas, aſpice, quis Planetarum ſit in ſeptimo: quia ſi bonus fuerit, anno illo fiet ſocietas: vel † R †, conjugium, ſi de eo quæratur. ¶ Et ſi vis ſcire ſi benè eſſe debeat aſpice primum, & dominum ejus, qui eſt quærentis: & ſeptimum, & dominum ejus, qui eſt ſociorum, ſociorum & concubinæ: qui ſi fuerint inter ſe concordantes, pax & concordia erit inter eos, & proficies: ſi diſcordes fuerint rixa erit inter eos, & ſocietas proficere non poterit. ¶ Et ſi vis ſcire, quis eorum plus lucrabitur, aſpice primum & dominum ejus, & ſeptimum & dominum ejus, & quis eorum ſtat melius: vel ſi mali fuerint, quis eorum cadit: & qui cadit, perdet: qui verò exaltatur, lucrabitur. ¶ Vel aliter, & melius. Aſpice ſecundum & dominum ejus, & octavum & dominum ejus, & in quo melior planeta, vel dominus ejus in meliori loco inventus fuerit, vel cum melioribus junctus, ipſe plus lucrabitur. † Secunda domus † & dominus ejus lucrum quærentis ſignificat, & octava ſocii, vel partem ſuam: & ſi ambo fuerint boni, ambo lucrabuntur: & ſi ambo mali, ambo perdent: & ſi unus bonus, & alius malus, ille cujus eſt bonus, lucrabitur, & ille cujus eſt malus, perdet. ¶ Et ſi vis ſcire, ſi duo ſocii ſe diligant, aſpice, ſi dominus primi & ſeptimi fuerint amici & concordes, diligunt ſe, ſi inimici fuerint & diſcordantur, non. ¶ Si vis ſcire, quis vincet in cauſa & controverſia, aſpice dominum primi & ſeptimi: quos ſi in angulis inveneris, uterque vincetur: & vide, quis eorum cum malo junctus fuerit, nullus in caſu ſuo proprio, quia ille vincetur. Et ſi ab utroque planeta fuerit malus, victor occidet victum. Si unus eorum fuerit fortis, & alter debilis, & planeta qui eſt in forti, non cadat, nec ſecum malum habuerit, & ille qui fuerit in debili, non fuerit in domo, vel exaltatione ſua, nec cum bono planeta, ille qui eſt in forti, vincet. Similiter ille qui eſt in mediocribus, magnum timorem habet in corde ſuo: quia modò ſperat vincere; modò vero vinci. Et nota, quod in quæſtione de bello & regno major dicitur eſſe poteſtas vel fortitudo in exaltatione, quàm in domo: in omnibus autem aliis quæſtionibus è converſo. ¶ Si vis ſcire de aliquo exiſtente ad inſulam, ſi ſanus revertetur, vel non, aſpice dominum aſcendentis, ſi bonus fuerit, id eſt, cum bono vel bonis, bonuſque planeta in primo, ſanus revertetur. Et ſi Sol fuerit cum domino



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

primi in aliqua parte quæſtionis, non vadat: quia Sol comburit eum. Et ſi dominus ſeptimi eſt cum bono planeta, & dominus primi cum bono ſimiliter, habebit impedimentum in via, tamen non morietur. Et ſi malus planeta fuerit cum domino primi, & bonus in primo, ſi vadat, magnum damnum patietur, ſed non mortem: poteſt tamen benè vulnerari. Et ſi Saturnus fuerit in primo, vel cum domino primi, nō vadat: quia aliquod impedimentum veniet ei ex aliquo homine cui occurret. Et ſi malus fuerit cum domino primi, Saturnuſque fuerit in primo, vel cum domino primi, vulnerabitur cum ligno, vel petra. Si Mars, vel Cauda fuerint in primo, vel cum domino primi, vel mali planetæ ſint in primo, vel cum domino primi, vulnus vel mortem patietur. Aſpice ſimiliter, ſi malus fuerit in octavo: quia ſic timendum eſt de morte. Et ſi Sol fuerit cum domino ſeptimi, aut in octavo, ſignificat malum ire. Idem de * ſeptimo & decimo. ¶ Et ſi vis ſcire, quid eveniet de bello, ſeptimum & primum aſpice, & dominos eorum: quia primus & dominus ejus quærentem ſignificat, & ſeptimus & dominus ejus adverſarium: qui ſi boni fuerint in primo, & mali in ſeptimo, fuerintque dominus primi & ſeptimi malus, quærens vincet. Si verò cum domino primi malus fuerit, maluſque in primo, & domino ſeptimi bonus, vel * R * in ſeptimo, quærens vincetur, vel capietur, vel occidetur. Et ſi domini utrorumque fuerint in primo, & ex parte primi fuerint boni uſque ad finem * domus quæ eſt medietas quæſtionis: mali enim aliam medietatem occupârunt, ſcilicet à ſeptima uſque ad finem duodecimi, adverſarius vincetur. Si autem ambo domini fuerint in aſcendente, fuerintque boni ex parte primi, & mali ex parte ſeptimi, ambo grave damnum patientur: quærens tamen melius habebit in fine. Si autem domus aſcendentis fuerit in ſeptima, vel in ejus quæſtione, ſignificat fortitudinem adverſarii. Et ſi dominus ſeptimi fuerit in aſcendente, vel in ejus quæſtione, ſignificat fortitudinem actoris. Et ſi dominus aſcendentis fuerit in octavo, vel cum domino octavi, vel dominus octavi in primo, vel cum domino primi, ſignificat mortem quærentis. Et ſi dominus ſeptimi fuerit in ſecundo, aut cum domino ejus, aut dominus ſecundi in ſeptimo, vel cum domino ſeptimi, ſignificat mortem inimici. ¶ Si vis ſcire, ſi bellum diu durabit, ſi mediocre, mediocriter: & ſi dominus primi & ſeptimi concordaverint, partes pacificabuntur poſt bellum. ¶ Si vis egredi de loco in quo es, & transferre te ad alium, & vis ſcire, utrum melius erit ſtare vel ire, vel de duobus ne-

bus ne-



bus negotiis, quod illorum expediat tibi plus facere, primum & ſecundum, & dominos eorum locorum, ad quem vis ire, in quo es, & lucrum quod ibi facis, tribue: & ſeptimum & octavum, & dominos eorum, locum ad quem vis ire, & lucrum quod ibi facies, & quorum domini meliores fuerint, & cum melioribus juncti, † illos elige. † Vel aliter: Aſpice dominum aſcendentis & Lunam: qui ſi ſeparati fuerint à malis, & juncti fortunatis, plus valet ire quàm ſtare & facere aliquod negotium, quod in mente habuiſti. Et ſi dominus aſcendentis & Luna ſeparati fuerint à fortunis, & juncti malis, non moveas te, nec facias ad negotium. Vel ſic: Aſpice Lunam: & ſi planeta à quo ſeparatur, melior eſt, quàm ille cui jungitur, non moveas: & ſi ille cui jungitur, melior eſt illo à quo ſeparatur, vade.

*Quæſtiones octavæ domus.*

DE homine, vel muliere qua morte morietur, ſi ſcire vis, aſpice, ſi in octavo fuerit leo vel ſcorpio, † R † Mars, per beſtiam morietur. Et ſi Saturnus fuerit in octavo, aut cum domino octavi in ſcorpione, cancro vel piſce, morietur in aqua. Et ſi in octavo fuerit malus, aut cum domino octavi, vel ſibi Mars vel cauda, igne, ferro vel febre morietur. Et ſi in octavo fuerit bonus planeta, vel cum domino octavi, bona morte morietur.

*Quæſtiones nonæ domus.*

PRo itinere longo aſpice, ſi dominus octavi ſecum habuerit bonos planetas: & ſi Saturnus fuerit in nono, & exaltaverit ſe in decimo, ita quod non ſit in domo ſua, non vadas: quia bellum & obſtaculum invenies. Et ſi malus planeta fuerit cum domino noni, & dominus noni cadat, damnum magnum patietur in via: quia ſi per aquam iverit, navis frangetur: ſi per terram, infortunabitur, capietur, vel morietur. Si Saturnus fuerit in nono, vel cum domino ejus vade ſecurè. Et ſi bonus planeta fuerit in nono, vel cum domino noni, via bona erit & ſecura. Et ſi Mars eſt in nono, non vadas: quia mortales inimicos invenies in via. Et ſi dominus noni fuerit cum malo, † vel †. Si Sol fuerit in †, ſignificat, ſed non capietur. Et ſi dominus noni habuerit bonum planetam propè ſe, evadet: ſi malum, capietur. Et ſi Venus fuerit in nono, vel cum domino noni, bona erit via: quia mulieres inveniet de quibus habebit ſolatium. Et ſi Mercurius fuerit in nono, & dominus noni cum bonis fuerit, via erit ſatis bona, & ſi cum malo fuerit, mala. Et ita

dico

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

dico de Luna, ſicut de Mercurio. Si cauda fuerit in nono, la-
trones aut aliam malam gentem inveniet. Et ſi caput fuerit in
nono, bona erit via: quia invenit magnates, cum quibus ſo-
ciabitur. Et ſic fac de tertia domo, pro via brevi. ¶ Si vis ſci-
re, quando fiat id, aſpice dominum nonæ, & ſecundum forti-
tudinem vel debilitatem ejus judica: quoniam ſecundum lo-
cum in quo fuerit, annos, menſes, vel dies indicabit. Et, ita
facies de mora ejus, extrà vel infrà quod tempus veniet, † an-
nis domini noni. Verſ. † in diebus: quia tot diebus morabi-
tur, quod ſignificat planeta in loco in quo eſt. Vel aliter: De-
biles anguli velocem itinerationem ſignificant: mediocres
mediocrem: & dominus noni ſimiliter ſecundum locum in
quo invenitur. Et ita dico de reditu. ¶ Si vis ſcire, utrum re-
cedant de via viagio imperfecto, vel non, vide ſi Luna junga-
tur cum domino primi, tertii, vel noni, inde cadenti plane-
ta: quia ſi ſic, † retrocedat viagio imperfecto. Et ſi fuerit in
exaltatione ſua, citò fiet via. Et ſi duo fortes fuerint, & unus
cadens, fiet via. Si unus fuerit fortis, & † alius † ceciderit, re-
trocedent.

*Quæſtiones decimæ domus.*

SI vis ſcire, utrum habebis honorem, vel beneficium à Rege,
Epiſcopo vel Domino, vel non, aſpice primam, & nonam,
& dominos earum, & ſi dominus primæ fuerit in nona, vel
cum domino nonæ, vel alio bono planeta, vel dominus nonæ,
in prima cum domino primæ, aut alio bono planeta, ſicut Ve-
nus, Jupiter, vel caput draconis, aut aliquod eorum fuerit do-
minus nonæ, vel * R * primæ, honorem beneficiumve ab eis
habebit. ¶ Si vis ſcire, ſi hoc erit in ſua terra, vel extranea,
aſpice, ſi dominus nonæ fuerit in angulis, & erit in terra tua: ſi
in ſuccedentibus, fiet propè: ſi in cadentibus, longè, longè.

*Quæſtiones undecimæ domus.*

SI vis ſcire, quando navem mittere oporteat in aquam, aſpi-
ce aſcendens: * quod ſi * ſtabile fuerit, ponderoſa erit. Sed
ſi dominus ejus fuerit cum bono planeta, magnum pondus
ſuſtinet. Et ſi aſcendens inſtabile fuerit, & cum bono plane-
ta, navis erit velox, & ſuſtinet bonum pondus: & ſi medio-
cre, mediocriter. Et ita dic de equo, ſi quæratur. Et ſi aliquod
ſignum inſtabile fuerit aſcendens, & dominus ejus in exal-
tatione ſua, aut aliter fuerit fortunatus, & luna quoque i-
pſum torvo aſpectu vel ſextili aſpexerit, aut fuerit in tertia,
quin-



quinta, nona vel undecima, navem ad aquam faciat applica-
ri, quia velociſſima erit. ¶ Sed ſi malum in * ipſam pone-
re* voluerit, aut * ipſam * conducere, fac hoc ſigno ſtabili a-
ſcendente, aut cùm luna fuerit in tertia, quinta, octava, nona
vel decima domo, vel manſione. Si vis ſcire, qualiter ventum
habebit, aſpice aſcendens & dominum ejus: ſi fuerit cum bo-
no vel malo * ejus * & in quo loco fuerit: & ſecundùm hoc
judica. ¶ Et ſi vis habere ventum fortem, ſub ortum aqua-
rii velum tendatur in altum: ſi parvum, ſub ortum libræ det
cautus carbaſa vento: ſi mediocrem, ſub geminis velum diri-
gat ipſe ſuum.

*Quæſtiones duodecimæ domus.*

PRo incarcerato conſidera duodecimam & primam: & ſi
dominus duodecimæ fuerit in prima, vel cum domino pri-
mæ, &c.

AR-

# ארבעתאל

# DE MAGIA VETERVM.

## SVMMVM SAPIENTIÆ STVDIVM.

**In omnibus conſule Dominum, & nihil cogites, dicas, facias, quod tibi Deus non conſuluerit.**

Proverb. 11.

*Qui ambulat fraudulenter revelat ſecretum: Fidelis autem ſpiritu celat rem.*

## ARBATEL DE MAGIA, SEV PNEVMATICA VETERUM, TUM MAGORUM populi Dei, tum Magorum Gentium, pro illuſtratione gloriæ, & Philantropias Dei.

*Nunc primùm ex tenebris in lucem producta, contra Cacomagos & contemptores donorum Dei, ad utilitatem & delectationem omnium, qui verè & piè delectantur Dei Creaturis: & illis cum gratiarum actione utuntur ad honorem Dei, & utilitatem ſui & proximi.*

**Et habet Tomos novem Aphoriſmorum ſepties ſeptenorum.**

PRIMUS dicitur ISAGOGE, ſeu Inſtitutionum liber Magiæ, ſeu τὸ πνευματικῆς, quod quadraginta novem Aphoriſmos generaliſſima totius artis præcepta complectatur.

SECUNDUS eſt MICROCOSMICA MAGIA: quid Microcoſmus per ſuum ſpiritum & ſibi à nativitate addictos genios Magicè, hoc eſt, ſapientia ſpirituali effecerit, & quomodo.

TERTIUS eſt OLYMPICA MAGIA, quomodo per Spiritus Olympi agat & patiatur homo.

QUARTUS eſt MAGIA HESIODICA & HOMERI-

MERI-



MERICA, quæ docet operationes per Spiritus dictos Cacodæmones tanquam non hoſtiles humano generi.

QUINTUS eſt ROMANA ſeu SIBYLLINA MAGIA, quæ cum tutelaribus ſpiritibus & dominis, quibus diſtributus eſt terrarum orbis, agit & operatur. Hæc eſt VALDE INSIGNIS MAGIA. Hæc & DRUIDUM doctrina refertur.

SEXTA eſt PYTHAGORICA MAGIA, quæ tantùm agit cum ſpiritibus, quibus data eſt artium doctrina, Phyſica, Medicina, Mathematica, Alchimia, & vicinæ artes.

SEPTIMA eſt APOLLONII & ſimilium MAGIA, complicata cum Romana & Microcoſmica. Habet tamen hoc peculiare, quòd poteſtatem habet ſuper Spiritus hoſtiles humani generis.

OCTAVA eſt HERMETICA, hæc eſt ÆGYPTIACA, & non multum abeſt à Divina Magia. Hæc producit Deos, qui in templis habitant omnis generis.

NONA SAPIENTIA eſt illa, quæ ex ſolo verbo DEI dependet, & dicitur PROPHETICA.

LIBRI

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

# LIBRI
# ARBATEL DE MAGIA
## TOMUS PRIMUS,
*dictus*
## *ISAGOGE.*

IN nomine Creatoris viſibilium & inviſibilium, qui invocantibus de theſauris ſuis revelat myſteria, & ſecreta ſua, & paterne ac clementer ea largitur nobis ſine menſura. Is det nobis per unigenitum Filium ſuum Dominum noſtrum JESUM Chriſtum miniſtros ſuos ſpiritus ſecretorum revelatores, ut librum ARBATEL conſcribamus, de maximis ſecretis, quæ fas eſt hominem ſcire, illiſque ſine Dei offenſa uti, Amen.

### *APHORISMORUM SEPTENA prima.*

### APHORISMUS I.

Qui vult ſecreta ſcire, ſecreta ſecretè ſciat cuſtodire, & revelanda revelet: ſigillanda ſigillet: & ſanctum non det canibus, nec margaritas projiciat ante porcos. Hanc legem obſerva, & aperientur tibi oculi mentis ad intelligenda ſecreta, & audies tibi divinitus revelari quicquid animus tuus deſideraverit. Habebis etiam prompta Angelorum Dei, & ſpirituum in natura miniſteria obſequentiora, quàm ullus animus humanus deſiderare queat.

### APHORISMUS II.

In omnibus invoca nomen Domini, & ſine invocatione Dei per unigenitum filium nihil ſuſcipias ad cogitandum vel faciendum. Utere autem ſpiritibus tibi datis ac attributis tanquam miniſtris, ſine temeritate & præſumptione, cum debita reverentia erga ſpirituum dominum, tanquam legatis Dei: & quod reliquum eſt vitæ, pacificè perages ad Dei honorem & tuam ac proximi utilitatem.

APHO-



### APHORISMUS III.

Vive tibi & Muſis, multitudinis amicitias vita: Temporis ſis avarus: omnibus beneficus: utere donis tuis: vocationi invigila: Verbum Dei nunquam recedat ab ore tuo.

### APHORISMUS IV.

Obtempera benè monentibus: Fuge procraſtinationem omnem: ad conſtantiam & gravitatem in dictis & factis tuis te aſſuefac: Tentationibus tentatoris reſiſte per verbum Dei: Fuge mundana, cœleſtia quære: Non innitaris prudētiæ tuæ, ſed in omnibus ad Deum reſpice, ſecundum ſcripturæ ſentētiam: Cum neſcimus quid faciamus, ad te Deus elevamus oculos noſtros, & á te expectamus auxilium. Ubi enim humana nos deſtituunt præſidia, ibi Dei affulget auxilium, ſecundùm Philonis dictum.

### APHORISMUS V.

Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex omnibus viribus tuis, & proximum ſicut te ipſum, & Dominus te cuſtodiet tanquam pupillam oculi ſui, & ab omni malo liberabit, ac te replebit omni ſuo bono, nihilq; deſiderabit anima tua, cuius non compos ſis futurus, modo tibi ad ſalutē corporis & animi contulerit.

### APHORISMUS VI.

Quicquid didiceris, frequenter repete & menti tuæ infige, & multum diſcas, non multa. quia animus humanus non poteſt omnib. par eſſe, niſi divinitus quis regeneraturus ſit. Huic nihil eſt tam arduum, aut tam multiplex, cui par eſſe non poſſit:

### APHORISMUS VII.

Invoca me in die tribulationis, & exaudiam te, & honorificabis me, dicit Dominus. Omnis autem ignorantia eſt tribulatio animi. Invoca ergo in ignorantia tua Dominum, & exaudiet te: & memento, ut honorem tribuas Deo, ac dicas cum Pſalmiſta: Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.

## *SEPTENA SECUNDA.*

### APHORISMUS VIII.

Sicut Scriptura teſtatur, quod Deus imponit nomina reb9 ut perſonis, & ſimul cum illis etiam ibidem vires & officia quædam diſtribuit de theſauris ſuis: ita characteres & nomi-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

na conſtellata non habent vires ratione figuræ vel pronunciationis, ſed ratione virtutis ſeu officii, quæ Deus vel natura ad tale nomen, vel characterem ordinauit. Nulla enim eſt virtus vel in cœlo, vel in terra, vel in inferno, quæ non deſcendat à Deo, quo favente nihil quod habet, dare, & in actum traducere poteſt.

## APHORISMVS IX.

Sapiëtia ſumma ea eſt, quæ in Deo: deinde in creaturis ſpiritualibus: poſtea corporalibus: quartò in natura & rebus naturalibus. Hęc longo intervallo ſequũtur ſpiritus Apoſtatæ & reſervati extremo iudicio. Sexto miniſtri pœnarum in inferno, & obedientes Deo. Septimo non infimum locum Pygmæi tenent, & qui in elementis & elementatis habitant. Omnes differentias ſapientiæ creatoris & creaturæ cognoſcere ac diſcernere convenit, vt quid in noſtrum uſum de unaquaq; deſumere debeamus, certo nobis conſtet, & quomodo id fiat re vera ſciamus: ſiquidem omnis creatura ad utilem finem naturæ humanæ condita eſt, & in eius miniſterium ſicut ſacræ teſtantur literæ, ratio & experientia

## APHORISMVS X

Deus Pater omnipotens, Creator cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium, in ſacris literis ſe ipſum conſpiciendum proponit: & tanquam pater qui tenerè ſuos filios amat, docet nos quid ſit utile, quid non, quid fugiendum, quid amplectendum: deinde etiam nos ſummis propoſitis beneficiis corporalibus & æternis ad obedientiam allicit, ac propoſitis pœnis ab iis, quæ nobis utilia non ſunt deterret. Tu igitur ſacras literas nocturna verſato manu verſato diurna, ut ſis in præſentiarũ & ad omnem æternitatem fœlix & beatus. Hoc fac & vives, quod te ſacræ docuerunt paginæ.

## APHORISMVS XI.

Numerus quaternarius eſt Pythagoricus, & primus quadratus. ergo hic ponemus fundamentum omnis ſapientiæ poſt DEI revelatam ſapientiam in ſacris literis, & ad conſiderandũm in natura propoſitum.

Conſtitue ei, qui totus ex Deo pendet, omnis creaturæ ſapientiam inſervire & obedire, ſeu volenti, ſive nolenti, vel volẽtes, vel nolẽtes. Ac in hoc Dei eluceſcit omnipotentia In hoc igitur CARDO REI conſiſtit, VT VELIMVS nobis creaturam inſervire, à nolentibus diſcernere: ac ut cuiuſque ſapientiam & officia nobis accommodare diſcamns. Hæc ars





non niſi divinitùs traditur, cui vult Deus ſua ſecreta revelat, cui non vult aliquid de ſuis theſauris largiri, is invito Deo vi nihil abſtulerit.

Ergò rectè τὴν πνευματικὴν ἐπιστήμην à ſolo petamus Deo, qui nobis ea clementer impartiet. Qui enim nobis Filium dedit, & pro Spiritu ſancto ſuo orare nos iuſſit, quantò magis totam creaturam, viſibilia & inviſibilia ſubijciet? *Quicquid petieritis, accipietis.* Videte, ne donis Dei abutamini, & omnia vobis cooperabuntur ad ſalutem. Et ante omnia in hoc invigilate, ut nomina veſtra ſcripta ſint in cœlo, hoc levius eſt quòd vobis Spiritus obediens. ſicut Chriſtus monet.

## APHORISMVS XII.

In Actis Apoſtolorum inquit Spiritus Petro poſt viſionem: Deſcende & noli dubitare, quia ego miſi eos: cùm accerſeretur à Cornelio Centurione. Hoc modo vocali verbo omnes tradebantur diſciplinæ per ſanctos Dei angelos, ſicut ex Aegyptiorum patet monumentis. Et hæ poſtea humanis ſunt depravatæ opinionibus, & impulſu malorum ſpirituum, qui zizanias ſeminant in filios diffidentiæ, ſicut manifeſtum eſt ex D. Paulo, & Hermete Triſmegiſto. Et non eſt alia INSTAVRANDI ARTES RATIO, quàm ex doctrina Sãctorum Dei ſpirituum: quia vera fides eſt EX AVDITV. Quod autem de veritate ſis certus, neque dubites, an ſpiritus qui tecum loquitur, vera an falſa pronunciet, dependet ex fide tua in Deum, ut cum Paulo dicas, Scio cui confido. Si nullus paſſerculus poteſt cadere in terram ſine voluntate patris qui in cœlis eſt, quantò magis ò modicæ fidei, te non patietur Deus decipi, ſi à Deo dependes, & illi ſoli adhæres.

## APHORISMVS XIII.

Vivit Dominus, & omnia quæ vivunt, in ipſo vivunt. Et eſt vere יהוה, qui datur univerſis ut ſint quod ſunt, & ſolo verbo vocali per filium de nihilo produxit omnia quæ ſunt, ut ſint. Is vocat omnes ſtellas, omnem militiam cœli nominibus ſuis. Cui ergo Deus revelaverit NOMINA CREATVRARVM ſuarum, is ſciet veras vires, & rerum naturas: ordinem & politiam totius creaturæ viſibilis & inviſibilis. Reliquum etiã eſt, ut à Deo poteſtatem accipiat producendi vires, in natura & univerſa creatura recondita de potentia in actum: de tenebris in lucem. SCOPVS igitur tuus eſſe debet, ut ſpirituum no-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

mina teneas, hoc eſt, officia & poteſtates eorum: & ut à Deo illi tibi in miniſterium ſubijciantur, ſeu addicantur. Sicut RAPHAEL attributus fuit Tobiæ ut parentem ſanaret, ex periculis liberaret filium, & ei uxorculam ſuam adduceret. Ita MICHAEL Dei fortitudo, populum Dei gubernabat. GABRIEL Dei nuncius miſſus fuit Danieli, Mariæ, Zachariæ Iohannis Baptiſtæ patri. Et tibi petenti datus eſt, qui te doceat, quæ animus tuus deſideraverit in rerum natura. Huius utaris miniſterio cum metu & tremore, creatoris tui, redemptoris tui, & ſanctificatoris tui, Patris videlicet, Filii & Spiritus S. & noli ullam occaſionem prætermittere diſcendi, & vocationi tuæ invigilandi: & nihil rerum neceſſariarum deſiderabis.

### APHORISMVS XIV.

Vivit anima tua in æternum per eum qui te creavit. Invoca igitur Dominum Deum tuum, & illi ſoli ſervias. Hoc feceris, ſi perpendas ad quem finem à Deo conditus ſis, & quid Deo, quid proximo tuo debeas. DEVS à te requirit animam, ut honores filium, & filii verbum cuſtodias in corde tuo. Hunc ſi honoraveris, iam feciſti voluntatem Patris tui qui in cœlis eſt: PROXIMO officia humanitatis debes: & ut omnes ad te confugientes ad honorandum filium adducas: Hic ſunt lex & prophetæ. IN TEMPORANIS debes Deum tãquam Patrem invocare, ut tibi det omnia huius vitæ neceſſaria: Proximum verò de donis Dei juvare debes, ſive illa ſint ſpiritualia, ſeu corporalia bona.

### *Sic igitur orabis.*

Domine Cœli & Terræ, omnium viſibilium & inviſibiliũ conditor & creator: ego indignus, te iubente, te invoco per filium tuum unigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, ut des mihi ſpiritum Sanctum tuum, qui me in veritate tua dirigat ad omne bonum tuum. AMEN.

Quia vero deſiderio deſidero artes huius vitæ, & neceſſarias nobis perfectè cognoſcere, quæ immerſæ ſunt tãtis tenebris, & conſpurcatæ infinitis humanis opinionib., ut ego videam, me meis viribus nihil in iis aſſecuturum te non docente: da mihi unum de ſpiritibus tuis, qui nos doceat, quæ vis nos diſcere & cognoſcere ad laudem & honorem tuum, & utilitatem proximi. Da mihi cor docile, ut quæ me docueris, facilè percipiam, & in mentẽ meam recondam inde proferenda, tanquam de tuis inexhauſtis theſauris ad omnes uſus neceſſarios: & da mihi gratiam, ut tantis donis tuis humilimè cum



cum metu & tremore utar, per Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM cum ſancto Spiritu tuo. AMEN.

## *SEPTENA TERTIA*

### APHORISMVS XV.

Spiritus Olympici dicuntur illi, qui in Firmamento, & in aſtris Firmamenti habitant, & horum officium eſt FATA decernere, & Fatales caſus adminiſtrare, quatenus id Deo placuerit & permiſerit: ſic nulli neque malus Dæmon, neq; malum fatum, qui ſedet in adiutorio altiſſimi, nocuerit. Quilibet verò Olympicorum ſpirituum hoc docuerit aut effecerit, quod eius Aſtrum, cui addictus eſt, portenderit, tametſi ſine permiſſione divina nihil potentia ad actum deduxerit. Solus enim Deus eſt, qui & poſſe & efficere illis dat: Deo conditori omnium parent ſupercœleſtia, cœleſtia ſublunaria & infernalia. Ideo in hoc incumbe, DEO DVCE, quæ ſuſcipis, ſuſcipias, ET OMNIA OPTATVM ET FELICEM SORTIENTVR FINEM, quemadmodum totius mundi teſtatur hiſtoria, & quotidiana oſtendit experientia. Piis pax: impiis non eſt pax, dicit Dominus.

### APHORISMVS XVI.

Septem ſunt gubernatores ſeu officiorum differentiæ Olympi, quibus Deus voluit univerſam hanc mundi machinam adminiſtrari. Viſibilia autem eorum Aſtra ſunt: ARATRON, BETHOR, PHALEG, OCH, HAGITH, OPHIEL, PHVL, Olympico ſermone. Quilibet præterea ſub ſe habet militiam Firmamenti multiplicem.

ARATRON præeſt provinciis viſibilibus XXXXIX.
BETHOR XXVII.
PHALEG XXXV.
OCH XXVIII.
HAGITH XXI.
OPHIEL XIV.
PHVL VII.

Vt ſint Olympi provinciæ CLXXXVI. in univerſum, in quibus ſuam politiam ſeptem gubernatores adminiſtrant quę omnia in ASTRONOMIA GRATIÆ explicantur diſertè. Hoc autem loco quomodo AD COLLOQVIA deducuntur horum principes & poteſtates, explicandum eſt. ARATRON in Sabbato & hora prima diei apparet, ac reſponſa dat de ſuis provinciis & provincialib. veriſſimé. Similiter & alii ordine



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

in ſuis diebus & horis. Præeſt etiam quilibet 490 Annis. Principium Anomoliæ ſimplicis, anno 60. ante Chriſtum natum eſt principium adminiſtrationis BETHOR, & duravit ad annum Chriſti Domini 430. cui ſucceſſit PHALEG, uſque ad 920 annum. Deinde OCH, ad 1410. annũ, abhinc HAGITH regnat ad 1900. uſque.

## APHORISMVS XVII.

Magicé evocantur ſeptem gubernatorum principes, ſimpliciter eo tempore, quo diei & horis præſunt, viſibiliter aut inuiſibiliter, per ſua nomina & officia, quæ illis Deus dedit, & propoſito eius charactere, quem vel confirmauerint, vel ipſi dederint.

Gubernator Aratron habet in ſua poteſtate, quæ naturaliter facit, hoc eſt eodem modo in prædiſpoſito ſubiecto, ea quæ Astronomia gratiæ Saturninis viribus aſcribuntur.

*Quæ vero libera ſua voluntate facit, ſunt:*

1 Quod quævis poteſt in lapidem convertere etiam in momento, veluti animal aut plantam retinentem eadem obiecta viſus.

2 Convertit theſauros in carbones, ac contra carbones in theſauros.

3 Dat familiares cum definita poteſtate.

4 Docet Alchimiam, Magiam, Phyſicam.

5 Conciliat homini Pygmæos, homines piloſos.

6 Facit inviſibilem.

7 Infœcundum facit fæcundum, & donat longævitatem.

### CHARACTER EIVS.



Habet ſub ſe 49. Reges, 42. Principes, 35. Satrapas, 28. Duces, 21. Miniſtros coram ſe ſtantes, 14. Familiares, 7. nuncios: imperat legionibus 36000. Legio eſt numerus 490.

Bethor,



Bethor, Quæ Iovi adſcribuntur, gubernat: vocatis citò advenit. Quem ſuo charactere dignatut, ad maximas dignitates evehit, objicit theſauros, Aereos conciliat Spiritus, qui vera dant reſponſa. De loco ad locum transportant quasvis res & lapides precioſos, ac medicinas miraculoſas in ſuis effectibus. Dat etiam familiares firmamenti, & poteſt ad 700. annos vitam prolongare, ſi Deus voluerit.

### CHARACTER.



Habet ſub ſe 42. Reges, 35. Principes, 28. Duces, 21. Conſiliarios, 14. Miniſtros, 7. Nuncios, 29000. Legiones Spirituum.

Phaleg præeſt Marti attributis: pacis Princeps: eius characterem cui tribuit, evehit ad ſummas dignitates in re bellica.

### CHARACTER.



OCH Solaribus præeſt, dat 600. annos cum firma valetudine. Largitur ſapientiam ſummam; dat ſpiritus præſtantiſſimos, docet perfectam medicinam, convertit omnia in aurum puriſſimum & lapides pretioſos. Dat aurum, & crumenam pullulantem auro. Quem ſuo charactere dignum duxerit, facit tanquam Numen coli á Regibus totius mundi.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

CHARACTER



Habet ſub ſe legiones 36536. Solus adminiſtrat omnia & ſibi inſerviunt ſui ſpiritus per centurias.

HAGITH gubernat Uenerea, quem ſuo dignatur charactere, formoſiſſimum facit: & ornatum omni decore. Cuprum convertit in momento in aurum, & contra aurum in cuprum. Dat ſpiritus qui fideliter inſerviunt iis quibus addicuntur.

CHARACTER.



Habet legiones 4000. Spirituum, & ſingulis millenis præficit Reges ſtatis temporibus.

OPHIEL eſt gubernator Mercurialium, eius Character eſt talis.



Eius Spiritus accedunt ad legiones centum mille, dat Spiritꝰ familiares facilimè. Docet omnes artes: & quem ſuo charactere



factere dignatur, facit poſſe in momento argentum vivum convertere in lapidem philoſophorum.

PHUL. hoc gaudet Charactere.



Omnia metalla in argentum commutat dicto & facto: Gubernat lunaria: ſanat Hydropem: dat aqueos ſpiritus, & qui inſerviunt homini corporali & viſibili forma: facit 300. annos vivere.

## GENERALISSIMA HUIUS *Secreti præcepta.*

1. Gubernator quilibet cum omnibus ſuis Spiritibus agit: Alias naturaliter, ſemper ſcilicet eodem modo: Alias ex libera voluntate ſua, ſi à Deo non impeditur.

2. Poteſt etiam omnia, quæ naturaliter longo tẽpore facit, in materia prædiſpoſita, etiam repentè in materia non prædiſpoſita facere. Sicut OCH princeps Solarium longo tempore parat aurum in montibus, Minori tempore per Chimicam artem: in momento Magicè.

3. Verus & divinus Magus poteſt omnibus creaturis Dei & gubernatorum mundi officio uti ad nutum ſuum. Ideò illis obediunt mundi gubernatores, & VOCATI VENIUNT, ac iuſſa exequuntur, DEO tamen authore, Sicut Ioſuæ ſtetit ſol in cœlo.

Mediocribus Magis, mittunt de ſuis Spiritibus, qui in determinatis tantum quibuſdam negotiis illis obtemperent. At Pſeudomagos non audiunt, ſed eos Dæmonibus illudendos obiiciunt, & in varia pericula coniiciuntur Deo mandante, ſicut de Iudæis Ieremias capite 8. teſtatur.

4. In omnibus elementis ſunt ſeptem gubernatores cum ſuis exercitibus, qui æquali motu cum firmamenti moventur, ac ſemper inferiores à ſuperioribus dependent, ſicut in PHILOSOPHIA GRATIÆ docetur.

5. Ex utero matris ad Magiam producitur homo, qui verus



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

magus eſſe debet: alii qui ſeipſos ad hoc officium ingerunt,
ſunt infelices. Hic locum habet quod Iohannes Baptiſta in-
quit, Nemo poteſt ſibi accipere quicquam, niſi ei datum fu-
erit deſuper.

6 Omnis Character à Spiritu datus quacunq; ratione,
habet ſuam efficaciam in hoc negotio, in quo datus eſt intē-
pore præfinito. Eſt autem eo utendum hora & die Planetaria
qua datus eſt.

7 Vivit Deus, & vivit anima tua, pactum tuum ſervaveris
quod cum ſpiritu revelatione in Deo habes: quod omnia fiēt,
quæ Spiritus tibi promittit,

## APHORISMVS XVIII

Olympicorum ſpirituum nomina ab aliis alia traduntur,
ſed tantū illa ſunt efficacia, quæ unicuiq; traduntur per reve-
latorem Spiritum viſibilem vel inviſibilem: & unicuique tra-
duntur, prout ipſi ſūt prędeſt nati. Ideo dicuntur eſſe conſtel-
lata, & raro efficaciam habent ultra 40 annos. Tutiſſimū igi-
tur eſt tyronibus artis, ut ſine nominibus per ſola Spirituum
officia operentur, & ſi ad Magiā præordinati fuerint, reliqua
artis requiſita ſe ultrò offerent. ORATE TANTVM PROFI-
DE CONSTANTE, & DEUS ordinabit omnia in tempore
oportuno.

## APHORISMVS XIX

Olympus & eius incolæ in forma Spirituū ſe ultrò homi-
nibus offerunt, & ſua officia illis etiam invitis præſtant, quātò
magis ſi eos expetas aderunt. Quod autē etiam mali acc edūt-
& everſores, fit ex invida diaboli, & quod peccatis ſuis homi-
nes eos ad ſe alliciunt tanquam peccatores debitam pœnam.
Qui igitur expetit familariter converſari cum ſpiritibus, ſe
cuſtodiat, ab enormibus peccatis, & diligenter oret pro cuſto-
dia altiſſimi, & perrumpet per diaboli inſidias ac eius impe-
dimenta. Imo ipſemet ad utiliter inſerviendum Mago à Deo
illi mandabitur & adigetur.

## APHORISMVS XX

Omnia poſſibilia ſunt credenti & volēti: Omnia impoſſi-
bilia ſunt incredulo & nolenti: Nihil magis impedit quam a-
nimi volubilitas, levitas, inconſtātia, futilitas, ebrietas, libi-
dines, inobedientia erga verbum Dei. Magum ergo oportet
eſſe virum pium, probum, conſtantē in dictis & factis, firma
fide in Deum, prudentem, & nullius rei avarum præterquam
ſapientiæ, quæ eſt cicra res divinas.

APHO-



## APHORISMVS XXI.

Olympicos Spiritus cùm evocare volueris, obſerva ortum Solis diei, de cuius natura ſpiritum deſideras, & dicta ſequenti oratione fies voti compos.

*Omnipotens æterne Deus*, qui totam Creaturam condidiſti in laudem tuam, & honorem tuum, ac miniſterium hominis oro, *ut ſpiritum* N. N. de Solari ordine mittas, qui me informet & doceat, quæ illum interrogavero: aut mihi medicinā adferat contra hydropem, &c. Verum non mea fiat voluntas, ſed tua per *Ieſum Chriſtum* filium tuum unigenitum Dominū noſtrum. Amen.

Sed ultra horam integram non defatiges Spiritum, niſi ſit tibi familiariter addictus. QVIA PLACIDE ET QVIETE VENISTI, ac petitioni meæ reſpondiſti, ago Deo gratias, in cuius veniſti nomine, ac eas nunc in pace ad ordines tuos, rediturus ad me cum te vocavero nomine tuo, aut per ordinem, aut per officium tuum, quod à creatore conceſſum eſt. Amen.

Eccleſiaſt. cap. 5. Ne quid præcipitanter loquaris, neq; feſtinet cor tuum proferre verbum coram Deo. Deus enim in cœlo eſt & tu in terra: quo circa pauca ſint verba tua. Nam in multa occupatione, occurrit ſomnium.

# *SEPTENA TERTIA.*

## APHORISMVS XXII.

Secretum id dicimus, quod induſtria humana ſine revelatione nemo exquiſiverit, cuius ſciētia latet in creatura à Deo occulta, quod tamen permittit ſpiritibus revelari ad debitum eius rei uſum: & ſunt ſecreta, vel de rebus divinis, vel naturalibus, vel hùmanis. Exquiras autem pauca & ſelectiſſima, quibus pluribus commendaveris.

## APHORISMVS XXIII.

Initio conſtitue de natura illius ſecreti, an per ſpiritus in forma perſonæ, an per virtutes ſeparatas, an organis humanis aut quomodocunq; perfici queat, nec ne. Hoc deprehenſo, require à ſpiritu, qui eam ſcit artem, vel quicquid eſt ſecreti, ut breviter tibi illud dictet. Et ora Deum, ut tibi ſuā gratiam adſpiret, quò ad optatum finem ſecretum deducas in laudem & honorem DEI, ac proximi utilitatem.

APHO-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

## APHORISMUS XXIV.

*Maxima ſecreta ſunt numero ſeptem.*

1. Primum. Eſt omnium morborum curatio, ſpatio ſeptem dierum, vel per characteres, vel per naturalia, vel per ſuperiores Spiritus cum divino auxilio.

2. Secundum eſt, vitam poſſe ad placitum producere ad quamcunque ætatem, vitam inquam corpoream & naturalem, Hanc primi habuêre parentes.

3. Tertium, Habere obedientiam creaturarum in Elementis, quæ ſunt in forma Spirituum perſonalium: item Pigmæorum, Saganarum, Nympharum, Driadum, Sylvaticorum hominum.

4. Quartum, Poſſe colloqui cum intelligentiis omnium rerum viſibilium, & inviſibilium, ac de quavis re audire, ad quid cui præeſt, conferat.

5. Quintum. Seipſum poſſe gubernare ad finem à Deo ſibi præfixum.

6. Sextum. Noſſe Deum & Chriſtum; ejuſve ſpiritum Sanctum. Hæc eſt perfectio Microcoſmi.

7. Septimum, Regenerari, ut ſit Henochii rex inferioris mundi.

*Septem hæc ſecreta ſine DEI offenſione homo didicerit à Spiritibus qui fuerit honeſti & conſtantis animi.*

### *SECRETA MEDIOCRIA SIMILITER*
*Septem ſunt numero.*

1. Metallorum tranſmutatio, quæ vulgò Alchimia dicitur certa quidem, ſi pauciſſimis datur, & non niſi ex peculiari gratia. Non eſt currentis neque volentis, ſed miſerentis Dei.

2. Metallica morborum cura, aut per magnalia lapidum pretioſorum, aut lapidis philoſophici & ſimilium uſu.

3. Poſſe aſtronomica & mathematica præſtare miracula, ſicut ſunt machinæ hydraulicæ, adminiſtrare negotia pro cœli influxu, & ſi quæ ſunt ſimilia.

4. Naturalis Magiæ opera, qualiacunq; illa ſunt exhibere.

5. Omnes phyſicas præviſiones ſcire.

6. Omnes artes ex fundamento cognoſcere, quæ manibus exercentur, & corporis muniis.

7. Omnes artes ex fundamento cognoſcere, quæ per Angelicam hominis naturam exercentur.

*Secreta*



*Secreta minora ſunt ſeptem.*

1. Rem gnaviter facere, & multum pecuniæ corradere.

2. De humili ſtatu ad dignitates & honores aſcendere, ac novam familiam fundare, quæ ſit illuſtris & magnas res gerat.

3. In re militari excellere, & res magnas feliciter gerere, & eſſe capitis caput: Regum ac principum.

4. Eſſe bonum patrem familias ruri & in urbe.

5. Eſſe mercatorem induſtrium & fortunatum.

6. Eſſe Philoſophum, Mathematicum, Medicum, Ariſtotelicum, Platonicum, Ptolomaicum, Euclideum, Hippocraticum, Galenicum.

7. Eſſe Theologicum, Biblicum, Scholaſticum, qui omnes ſcriptores Theologiæ, veteres & novos didicerit.

## APHORISMUS XXV.

1. Dictum eſt quid ſit ſecretum, quæ generà, quæ ſpecies. Nunc reſtat dicere, quomodo ea quæ deſideramus ſcire, aſſequamur. Vnica & vera via ad omnia ſecreta eſt, ut recurras ad Deum omnis boni autorem, & ſicut Chriſtus docet: Primò quæras regnum Dei & juſtitiam ejus, & cætera adjicientur vobis.

2. Item, Cavete ne corda veſtra graventur crapula, & ebrietate & curis hujus vitæ.

3. Item, Commendans curas Domino, & ipſe faciet.

4. Item, Ego Dominus Deus tuus docens te utilia: gubernans te in via qua ambulas.

5. Et intellectum tibi dabo, & docebo: in via quam gradieris, oculo meo te regam.

6. Item, Vos qui mali eſtis, ſcitis dare bona filiis veſtris: Quantò magis pater veſter, qui eſt in cœlis, dabit Spiritum ſanctum petentibus.

7. Item, Si volueritis facere voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, verè diſcipuli mei eſtis, & veniemus ad vos & manſionem apud vos faciemus.

Septem hæc ſcripturæ loca, ſi de litera ad ſpiritum ſeu in actum deduxeris, errare non poteris, quin deſideratam metam attingas, à ſcopo non aberrabis, & ipſe Deus per Spiritum Sanctum ſuum te docebit utilia & vera: dabit etiam tibi miniſtros angelos ſuos tuos comites, doctores & adjutores, ad omne ſecretum mundi. Mandabit & omni creaturæ, ut tibi obediat,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

bediat, ut lætus & gaudens dicas cum Apoſtolis, tibi obedire Spiritus. Tandem quod maximum eſt, certus eris, nomen tuum ſcriptum eſſe in cœlis.

## APHORISMVS XXVI.

Alia via eſt & communior, ut tibi revelentur, etiam te inſcio, ſecreta à Deo vel Spiritibus, qui ſecretum in ſua poteſtate habent, vel per Somnia, vel per fortes imaginationes ſeu impreſſiones. Aut ex nativitatis conſtellatione, per cœleſtes intelligentias. Hoc modo fiunt viri heroici, ſicut ſunt pleriq; omnes docti viri in hoc mundo PLATO, ARISTOTELES, HIPPOCRATES, Galenꝰ, Euclides, Archimedes, HERMES TRISMEGISTUS Est SECRETORUM PATER CUM THEOPHRASTO PARACELSO & in ſe omnes vires habēt ſecretorū. Ad hoc ſecretū. Homerus, Heſiodus, Orpheus Pytagoras referendi ſunt, tametſi hi nonnihil præcedentis ſecreti dona habuere. Huc referuntur Nymphidici, ſicut Meluſinæ filii, & diis geniti Achilles, Æneas, Hercules. item, Cyrus Alexander Magnus, Iulius Cæſar, Lucullus, Sylla, Marius

CANON eſt, ut unuſquiſque noſcat ſuum geniū. & ut illi obtemperet iuxta verbum Dei ac caveat inſidias mali genii, ne Bruti & M Antonii calamitatibus involvatur. Huc refer IOVIANI Pontani librum de Fortuna & ſuo Euticho.

TERTIA VIA eſt improbus labor, quo ſine aliquo divino numine nihil magni aut admiratione dignum aliquis aſſequitur, ſicut dicitur:

*Tu nihil invita dices facieſve Minerva*

Deteſtamur omnes Cacomagos, qui illicitis ſuperſtitionibus ſocios dæmoniorum faciunt, & quædam quæ DEUS fieri permittit, loco pœnæ à Diabolis impetrant. Sicut etiam alia fiunt mala Diabolo authore, veluti de IUDA, teſtatur ſcriptura. Huc referuntur omnes Idolomaniæ veterum & noſtræ ætatis, ac ſortium abuſus, qualia multa habuit gentilitas. Huc etiam pertinet CHARONTICA evocatio manium, veluti SAVLIS cum MULIERE OPUS, & LUCANI defuncti militis VATICINIUM de eventu pugnæ pharſalicæ, & ſi quæ ſunt ſimilia

## APHORISMVS XXVII

FAC CIRCULUM CENTRO A, qui ſit B. C. D. E. Ad Ortum ſit B. C. quadrum ad Septentrionem C. D, ad Occa-

ſum



ſum D.E. & ad Meridiem E.B. ſingulos quadrantes divide in ſeptem partes: ut ſint in univerſum 28. partes. Et partes rurſum in quatuor dividantur, ut ſint 112. circuli partes, ac tot ſunt Secreta vera revelāda. Eſtq; hic CIRCULUS hoc modo diviſus SIGILLVM SECRETORVM totius mundi, quæ ab unico: A, centro promanāt, hoc eſt ab indiviſibili Deo in univerſā creaturam. PRINCEPS ORIENTALIVM SECRETORVM reſidet in medio, & habet utrinq; ternos ſatrapas, quorū ſub ſe quilibet habet 4, & ipſe Princeps ſibi quatuor retinuit. Hoc modo & reliqui quadrantes ſuos ſecretorū Principes & Satrapas cum quaternis ſuis ſecretis habent, Sed ORIENTIS eſt omnis Sapiētiæ ſtudiū. OCCASUS roboris, MERIDIEI culturæ, SEPTENTRIONIS rigidioris vitæ. Orienti igitur MAXIMA commendata ſunt SECRETA, Meridiei MEDIOCRIA. Occaſui & Septentrioni MINORA. VSUS huius ſecretorū ſigilli eſt, ut ſcias unde producantur Spiritus ſeu angeli, qui ſecreta ſibi à Deo tradita doceant. Nomina a. habēt deſūpta ab officiis & virtutib., prout Deus unicuiq; ſuum munus diſtribuit. Alius habet poteſtatem gladii, alius peſtis alius famis infligendæ populis, prout à Deo ordinatum fuerit. Alii ſunt everſores urbium, ſicut illi duo, qui miſſi erant ad evertendum Sodomam & Gomorrham, ac vicina loco: quemadmodum horum exempla teſtatur Scriptura ſacra. Alii ſunt vigiles regnorum, alii cuſtodes privatorum proinde unuſquiſque ſibi facile eorum FORMAVERIT NOMINA in ſua lingua. Ita qui voluerit petat Angelū Medicum aut philoſophicum, aut Mathematicum, aut Angelum prudentiæ civilis, Sapientiæ ſupernaturalis, vel naturalis, aut qualemcumque & PETAT SERIO, maximo animi motu, FIDE & CONSTANTIA, ac ſine dubio quod petet, accipiet à patre omnium Spirituum Deo. Hæc FIDES ſuperat omnia ſigilla, & ſubiicit illos voluntati hominis. Huic FIDEI ſuccedit CHARACTERISSICA evocādi Angelos ratio, quę ſola ex revelatione divina dependet: ſed ſine fide tamen prædicta, eaque præcedente iacet in obſcuro. Si quis tamen iis non aliter atque memoriali uti voluerit, & veluti ſimplici aliquo à Deo ad hoc creato, cui talis virtus ſeu Spiritualis eſſentia alligata ſit: poterit ſine Dei offenſa iis uti. Sed caveat, ne in Idololatriam cadat ac Diaboli laqueos, qui ſuæ venationi intentus facile INCAUTOS decipit. Et ipſe non niſi ſolo digito Dei capitur, ac ſervituti hominis addicitur, ut pio etiam inviti ſerviant. Uerum nō ſine TENTATIONIBUS & tribulationibus

nibus

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

nibus, ſiquidem mandatum habet, ut inſidietur calcaneô
CHRISTI ſeu ſemini mulieris. CUM METU igitur & tre-
more verſandum in Pneumatica; ac ſumma erga Deum reve-
rentia, & cum GRAVITATE & JUSTITIA cum ſpiritua-
libus eſſentiis CONVERSANDUM. Ac ab omni levitate,
ſuperbia, avaricia, vanitate, invidia, impietate ſibi caveat, qui
talia tractat niſi miſerabiliter perire velit.

## XXVIII.

Quia omne bonum à Deo, ſolo bono, à quo quæ volumus
impetrare, oportet in Spiritu & veritate ac ſimplici corde o-
rando. CONCLUSIO ſecreti ſecretorum eſt, ut ſe quiſq; ex-
citet ad orandum pro eo, quod quis deſiderat, & non patietur
repulſam. Non deſpiciat aliquis orationem ſuam: nam à quo
petitur DEUS, & largiri poteſt, & largiri vult, modò agno-
ſcamus authorem, à quo ſuppliciter petamus deſideria noſtra:
Clemens & bonus Pater amat filios deſideriorum, ſicut Dani-
elem, & citius exaudit, quàm nos evincere poſſimus duriciem
cordis noſtri ad orandum. Sed non vult, ut demus Sanctum
canibus, non vult eſſe deſpectum & contemptum cleinodio-
rum theſauri ſui. Ergo diligenter & ſæpe legas ac relegas pri-
mam ſeptenam ſecretorum: Ac vitam omneſque cogitatio-
nes tuas inſtituas ac dirigas ad eas præceptationes, & omnia
tibi ex animi tui ſententia cedent in domino, cui confidis.

*Septena Quinta.*

## APHORISMUS XXIX.

Ut Magiæ noſtrum ſtudium procedat ordine generalibus
præceptis præmiſſis ad particularem accedamus explicatio-
nem. SPIRITUS aut ſunt Divini miniſtri verbi & eccleſiæ ac
membrorum ejus: AUT ſunt inſervientes creaturæ in rebus
corporalibus, partim ad ſalutem corporis & animi, partim ad
interitum: nihilque ſive boni ſive mali fit ſine certo & deter-
minato ordine ac gubernatione. Qui bonum finem deſiderat
eum conſequetur. Qui malum, etiam illum aſſequetur, idq;
citiſſimè ex pœna divina & everſione à divina voluntate. Pro-
inde unuſquiſque ſuos ſcopos cum verbo Dei conferat, ac ve-
luti ad lydium lapidem, dijudicet inter bonum & malum: &
apud ſe conſtituat, quid fugiendum, quidve expetendum ſit,
quodq; apud ſe cōſtituerit ſeu definiverit, ſequatur gnaviter,
NON PROCRASTINANDO, ut deſtinatā pertingat metā

Qui



## XXX.

Qui divitias, ſplendorem hujus vitæ, Magiſtratus, honores, dignitates, Tyrannides appetunt (idque magicè) SI ANNOTANTUR ſedulò, aſſequentur eos. Unuſquiſque pro ſuo fato & induſtria, ac ſcientia Magica. Sicut Meleſinæ hiſtoria teſtatur, & illius Magi, qui conſtituit, ut nullus natione Italus in æternum Neapoli Tyrannidem ſeu regnum obtineret: ac effecit, ut ille qui ipſius ætate regnabat, de ſede deturbaretur. Uſque adeò eſt magna poteſtas vigilum ſeu tutelarium angelorum regnorum mundi.

## XXXI.

PRINCIPEM REGNI evocato, & jus in eum impetrato. & commenda quod volueris, & erit, quouſque ille princeps rurſus non fuerit abſolutus ab obedientia per Magum ſuccedentem. Proinde rurſus Neapoli regnum poſſet reſtitui Italis, ſi quis Magus evocaret illum, qui hunc ordinem inſtituit, & eum adigeret ad recantandum ſuum factum. Cogeretur etiam reſtituere cleinodia ex Magico theſauro ablata, LIBRUM, GEMMAM, & CORNU MAGICUM, quibus habitis, facile, ſi quis vellet, ſe mundi Monarcham inſtituerit. Sed ille JUDÆUS eligit vivere inter Deos uſque ad judicium præ hujus mundi tranſitoriis bonis: eſtque cor ejus excæcatum, quòd de Deo cœli & terræ nihil intelligit, aut cogitat amplius, ſed immortalium deliciis fruitur in æternam ſuam perniciem. Et faciliùs evocaretur, quàm PLOTINI GENIUS in Iſidis Templo.

## XXXII.

Similiter & Romani ex Sibyllinis libris edocti, ſimili ratione ſe mundi Dominos inſtituerunt, ſicut teſtantur hiſtoriæ. Sed Minores Magiſtratus largiuntur Principis regni Satrapæ. Qui igitur Minori officio ſeu dignitati inhiat, Magicè Satrapam Principis evocet, & erit voti compos.

## XXXIII.

At qui ſpretis dignitatibus, ſolis inhiat divitiis, evocet Divitiarum Principem, vel unum de ſuis Satrapis, & voti fiet compos, in eo genere, quo voluerit diteſcere, vel bonis terreſtribus, vel mercatura, vel donis principum, vel ſtudio Metallico, vel Chimicè, prout aliquem his diteſcendi modis præſidem produxerit, & jus in illum obtinuerit.

## XXXIV.

Omnis evocatio eſt unius generis & formæ, fuitque olim

Sibyllis & ſummis Sacerdotibus familiaris hæc ratio. Hoc noſtro tempore per inſcitiam & impietatem eſt in univerſum amiſſa: quod etiam reſtat, eſt depravatum ſuperſtitionibus & mendaciis infinitis.

XXXV.

MENS HUMANA eſt ſola mirificorum operum effectrix, adeò ut ſe junxerit cui ſpiritui voluerit. Conjuncta producit quæ vult: ideò cautè in magicis procedendum, ne decipiant Syrenes & Monſtra alia, quæ ſimiliter mentis humanæ ſocietatem appetunt. Semper igitur lateat ſub alis Altiſſimi, ne ſe leoni rugienti devorandum offerat. Qui namque mundana appetunt, difficulter Sathanæ laqueos effugiunt.

## *SEPTENA SEXTA.*

## APHORISMUS XXXVI.

CAVENDUM eſt, ne experimenta experimentis commiſceantur, ſed ut unumquodque ſit ſimplex duntaxat & unum. Nam Deus & Natura ſingula ad certum & deſtinatum finem ordinârunt. Ita. Exempli gratia, qui ſimpliciſſimis herbis & radicibus curant, omnium feliciſſimè curant. Hoc modo & in conſtellatis vocabulis & characteribus, lapidibus & ſimilibus maximæ latent influentiæ ſeu virtutes in actu, quæ ſunt miraculi loco.

Ita ſunt & dictiones, quæ pronunciatæ ſtatim exhibent obedientes creaturas viſibiles & inviſibiles, tam de noſtro hoc mundo, quàm de Aqueo, Aëreo, Subterraneo & Olympico, Supercœleſti, Infernali, & tandem etiam divino.

Studendum igitur maximè ſimplicitati, & à Deo impetranda notitia talium ſimplicium: aliàs nulla alia ratione vel experientia deprehendi poſſunt.

XXXVII.

Habent & ſingula ſuum locum ſortita decenter, ORDO, RATIO, MODUS, ſunt, quæ facilia reddunt omnes doctrinas tàm viſibilium quàm inviſibilium creaturarum. ORDINIS hæc eſt ratio, quòd aliæ ſunt creaturæ Lucis, aliæ Tenebrarum. Hæ ſunt vanitati ſubjectæ, quia ſe in tenebras præcipitârunt & mancipârunt æternis pœnis, rebellionis gratia. Horum regnum eſt partim pulcherrimum in rebus tranſitoriis & caducis: una ex parte: quia non poſſet conſiſtere ſine aliqua virtute & maximis quibuſdam Dei donis: partim verò fœdiſſimum & horrendum dictu, quod inundat omnibus flagitiis

gitiis



gitiis & peccatis, Idololatria, contemptu Dei, blaſphemiis veri Dei & operum ejus: cultu dæmoniorum, inobedientia erga magiſtratum, ſeditionibus, homicidiis, latrociniis, tyrannide, adulteriis, nefandis libidinibus, rapinis, furtis, mendaciis, perjuriis, cupiditate dominandi. In hac mixtura conſiſtit tenebrarum regnum. At lucis creaturæ, veritate æterna ac gratia Dei, & ſunt Domini totius mundi, etiam tenebrarum dominis imperant tanquam Chriſti membra. Inter has & illas eſt æternum bellum, quoad Deus litem hanc dirimat ſuo ultimo judicio.

XXXVIII.

DUPLEX igitur eſt MAGIA ſua prima diviſione. Alia eſt Dei, quam donat Creaturis Lucis. Alia eſt ſimiliter Dei, ſed donum creaturarum tenebrarum: eaque duplex ad finem BONUM alia, ut cum Tenebrarum Principes coguntur Creaturæ benefacere, Deo eos cogente. Alia ad finem MALUM, cum Deus ad puniendum malos permittit tales Magicè decipi ad perniciem, vel etiam mandat tales in perniciem detrudi.

*Secunda* Diviſio Magiæ eſt, quòd alia opera perficit inſtrumentis viſibilibus per viſibilia. Alia inſtrumentis inviſibilibus per inviſibilia. Alia commixtis tam modis quam inſtrumentis & effectibus.

*Tertia* diviſio eſt. Alia eſt quæ ſolius Dei invocatione perficitur. Hæc eſt partim Prophetica & Philoſophica, partim ſicut THEOPHRASTICA. Alia quæ per ignorantiam veri Dei cum Principibus ſpirituum agit, ut voti compos fiat, ſicut eſt opus MERCURIORUM.

*Quarta* diviſio eſt, quòd alia à ſummo Deo deſcendendo cum bonis Angelis loco Dei ſuam Magiam exercet: talis erat Baalim Magia. Alia quæ ſatrapis malorum ſpirituum ſuas exercet actiones: tales fuêre qui per minores gentium Deos operabantur.

*Quinta* diviſio eſt. Alii cum ſpiritibus apertè & coram facie ad faciem agunt, quod paucis datur. Alii per ſomnia aut alia ſigna agunt: qualia veteres ex auguriis & hoſtiis captabant.

*Sexta* diviſio eſt. Quod alii operantur per immortales creaturas. Alii per mortales Nymphas, Satyros, & ſimiles aliorum elementorum incolas Pygmæos, &c.

*Septima* diviſio eſt. Quòd aliis ultrò ſpiritus inſerviunt ſine arte, aliis vix per artem evocati inſerviunt.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Inter has Magiæ ſpecies omnium præſtantiſſima eſt, quæ à ſolo Deo dependet. Secunda, Cui ultrò ſpiritus fideliter ſerviunt. Tertia, quæ propria eſt Chriſtianorum, quæ à Chriſti poteſtate, quam habet in cœlo & in terra, dependet.

## XXXIX.

*Apparatus ad artem Magicam diſcendam eſt ſeptuplex.*

*Primum* eſt, ut diu noctuque cogitet, quomodo in veram Dei notitiam aſcendat, tum per verbum revelatum inde uſque à mundo condito: tum per ſcalam creationis, & creaturarum, tum per mirabiles effectiones, quas exhibent viſibiles & inviſibiles Dei creaturæ.

*Secundò* requiritur, ut homo in ſeipſum deſcendat, ſeſequemet optimè noviſſe ſtudeat: quid mortale in ſe habeat, quid immortale, quidque cujuſque partis ſui proprium ſit, quid diverſum.

*Tertiò*, ut diſcat per immortalem ſui partem, æternum Deum colere, amare, & timere: atque in ſpiritu & veritate adorare: cum mortali verò ſua parte ea facere, quæ ſciverit Deo grata eſſe, & proximo utilia.

Hæc ſunt tria ſumma & prima Magiæ præcepta, quibus quiſque ſe paraverit ad veram Magiam, ſeu divinam ſapientiam concupiſcendam & aſſequendam, ut dignus habeatur, cui Angelicæ creaturæ inſerviant, non tantùm occultè, ſed etiam manifeſtè, & de facie ad faciem.

*Quartò*, Cùm ab utero matris quilibet ad certum genus vitæ vocetur in vigilandum, ut quilibet pernoſcat, an ad Magiam natus ſit, & ad quam ejus ſpeciem. Quod quivis percipiet, qui hæc noſtra legens facilè perceperit, & experiundo ſe ſucceſſus habere ſenſerit. Nam nonniſi parvulis & humilibus talia & tanta dantur dona.

*Quintò* advertendum, num circa ſe manifeſtè aſſiſtentes ſentiat Spiritus in maximis negotiis ſuſcipiendis: Quòd ſi tales ſenſerit, manifeſtum quòd ex Dei ordinatione fiet MAGUS, hoc eſt, talis perſona, quæ miniſterio ſpirituum utatur ad præclaras res efficiendas. Hic ut plurimùm peccatur, vel negligentia, vel inſcitia, vel contemptu, vel etiam nimia ſuperſtitione: peccatur etiam ingratitudine erga Deum, qua clariſſimi plerique viri ſibi poſtea exitium attraxerunt: peccatur & temeritate ac pervicacia. Ac tandem etiam quando dona Dei non EO in HONORE habentur, quo requiritur, & πάρεργα ἔργοις præferuntur.

Sextò,



*Sextò*, Fide & Taciturnitate opus eſt futuro mago, maximè ut nihil proferat ſecretorum, quæ à ſpiritu ſibi interdicuntur, ſicut DANIELI mandatur. Sigillanda quædam, hoc eſt, non proferenda in publicum. Sic neque PAULO liberum erat, quæ viderat in revelatione, ut propalaret. Nemo crediderit, quantum in hoc unico præcepto ſitum ſit.

*Septimò* requiritur ſumma juſtitia in futuro mago, hoc eſt, ut nihil impium, iniquum, injuſtum ſuſcipiat, imò ne in animum quidem admittat, & ſic defendetur divinitùs ab omni malo.

## XL.

Cùm circa ſe ſenſerit aliquid incorporeum agens, vel exteriori aliquo ſenſu, vel interiori: ſe deinde ſecundum ſeptẽ ſubſequentes leges gubernet ad magicum conſequendum finem.

*Prima* hæc lex eſto: ut ſciat à Deo ordinatum ſibi talem ſpiritum, ac cogitet ſe habere inſpectorem ſuarum actionum & cogitationum omnium. Ideò omnem vitam ſuam ad ordinem præſcriptum in verbo Dei dirigat.

*Secundò* ſemper cum Davide oret: Spiritum S. tuum ne auferas à me, & Spiritu principali confirma me. Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Ne des quæſo Pater cœleſtis poteſtatem ſpiritui mendaci, quemadmodum dediſti ſuper Achab, ut periret, ſed cuſtodi me in veritate tua, Amen.

*Tertiò* aſſuefaciat ſe ad probandos ſpiritus, ſicut Scriptura monet: nam de ſpinis non leguntur uvæ. Omnia probemus, quod bonum & laudabile eſt apprehendamus, quod repugnat voluntati divinæ fugiamus.

*Quartum* eſt, ut ſimus remotiſſimi ab omni ſuperſtitione. Eſt autem SUPERSTITIO hoc in loco tribuere divinitatem rebus, in quibus nihil eſt divini: aut etiam electitio à nobis cultu ſine mandato Dei velle Deum colere: Quales ſunt omnes ceremoniæ Magicæ Sathanicæ, qui imprudenter ſe tanquam Deum coli vult.

*Quintò* fugienda eſt latria idolorum, quæ ſuo proprio motu potentiam divinam alligat Idolis aut aliis rebus, ubi non ſunt à Creatore vel naturæ ordine poſitæ, qualia multa Cacomagi effingunt.

*Sextò* fugienda etiam inſidioſa Diaboli Cacozylia, quę imitatur creationis & Creatoris potentiam, ut verbo res producat, quæ non ſunt ut ſint, quod eſt ſolummodò Omnipotentis Dei & creaturæ incommunicabile.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Septimò* inhærendum donis Dei & S. Spiritus, ut ea diligenter cognoſcamus & excolamus toto pectore, & omnibus viribus noſtris.

## XLI.

Accedimus ad novem hujus Tomi ultimos Aphoriſmos, quibus totam Iſagogicam Magiam concludemus Divina adjuvante Clementia.

EST igitur ante omnia obſervandum, quid per Magum in hoc opere intelligimus.

Volumus autem eum eſſe Magum, cui Dei ex gratia manifeſtæ ſpirituales eſſentiæ ſerviunt ad cognitionem totius univerſi, & naturarum in his contentis, ſive viſibiles illæ ſint, ſive inviſibiles. Hæc deſcriptio Magi latè patet, eſtque univerſalis.

CACOMAGUS eſt, cui ex divina permiſſione mali ſpiritus ſerviunt ad temporalem & æternam perniciem: ad dementandos homines, & avertendos à Deo. Talis fuit Simon Magus: cujus mentio fit in Actis Apoſtolorum, & in Clemente, quem D. PETRUS juſſit deturbari in terram, cùm ſe tanquam Deum ab immundis ſpiritibus juberet in aërem elevari.

In hunc ordinem referendi etiam omnes, qui in legibus XII. Tabularum notantur, & ſuis malefactis ſeu maleficiis innoteſcunt.

Utriuſque Magię autem ſubdiviſiones & ſpecies in ſequentibus Tomis notabimus. Hoc loco ſuffecerit, quod ſcientiam BONI & MALI diſtinximus, cum utriuſq; primus HOMO poſſeſſionem in ſui perniciem appetiverit. Veluti MOYSES & HERMES demonſtrant.

## XLII.

Sciendum ſecundò, quod Magus eſt perſona ex utero matris ad hoc genus operis prædeſtinata, neque ſibi quicquam aliquis de tantis rebus ſumpſerit, niſi ad hoc vocatus fuerit divinitus ad bonum finem ex Gratia, ad malum finem, ut compleatur Scriptura: Oportet ſcandala fieri, ſed væ illi homini, per quem. Proinde ſicut & ſuprà aliquoties monuimus, cum metu & tremore in hoc vivendum mundo.

NON negaverim tamen, aliquas utriuſque Magiæ ſpecies, ſtudio & diligentia aliquem aſſequi poſſe, ſi admittatur. Sed ad illa ſumma genera ne aſpiraverit unquam. Imò ſi illa appetet, violabitur corpore & anima ſine dubio. Tales ſunt, qui ex operationibus Cacomagicis ad montem OREB, aut ſolitudines quaſcunque transferuntur, aut mutilantur aliquo mem-



membro, aut diſcerpuntur ſimpliciter: aut tandem privantur mente, quemadmodum multis talia uſu veniunt, ubi à Deo deſerti traduntur Sathanæ.

## SEPTENA SEPTIMA.

## APHORISMUS XLIII.

Vivit Deus, & Dei opera vivunt in eo ſtatu, quo eſſe voluerunt: nam voluit illos libertate ſua ad obedientiam mandatorum aut inobedientiam eorum uti. Obedientibus propoſuit ſua præmia. Inobedientibus propoſuit pœnas meritas. Libera ergo voluntate Spiritus per ſuperbiam & contemptum Filii Dei à Deo Creatore deſciverunt, & reſervantur ad diem iræ. Eſtque illis relicta maxima poteſtas in creatione, ſed tamen limitata, & ſemper freno Dei coërcentur ſuis limitibus. Magus igitur Dei, quod ſapientem Dei ſonat, ſeu à Deo informatum manu Dei ad omne æternum bonum deducitur & mediocria vel etiam ſumma corporalia.

Magna eſt potentia Sathanę propter hominum magna peccata. Ideò etiam magna Sathanici Magi præſtiterint, & majora, quàm quis unquam crediderit. Quamvis in ſuis limitibus ſubſiſtant, tamen illi ſupra omnem captum humanum ſunt, quatenus ad corporalia & tranſitoria hujus vitæ: quemadmodum id multæ veterum teſtantur hiſtorię, & quotidiana rerum exempla. In fine utraque Magia à ſe invicem differunt, illa ad æterna bona tranſit, & temporalibus utitur cum gratiarum actione. Hæc de æternis parum eſt ſolicita, ſed tota ſe corporalibus tradit, ut liberrimè omnibus ſuis fruatur cupiditatibus & deliciis in Dei & iræ ejus contemptum.

## XLIV.

Tranſitus de communi hominum vita ad vitam magicam, non eſt alius niſi de eadem vita dormientem ad eandem vitam vigilantem. Quæ enim in communi vita hominibus accidunt ignorantibus & neſcientibus, ea Magis accidunt ſcientibus & volentibus.

Magus intelligit quando animus ejus à ſeipſo cogitat, deliberat, ratiocinatur, conſtituit, definit aliquid faciendum, obſervat quando ſuæ cogitationes ab aſſiſtente ſeparata eſſentia proficiſcuntur, & probat de quo ordine illa aſſiſtens ſeparata eſſentia ſit.

At homo Magiæ imperitus tanquam bellua affectibus ſurſum & deorſum fertur, cum à ſuo animo emanantibus, tum

impreſſis ab eſſentiis aſſiſtentibus : ac neſcit per verbum Dei
inimicorum conſilia evertere, ſeque ab inſidiis tentatoris præ-
cuſtodire.

XLV.

Summum Magiæ præceptum eſt ſcire, quid quiſque ad u-
ſum accipere debeat ab aſſiſtente ſpiritu, quid reſpuere: quod
à Pſalmiſta diſcet dicente: In quo corrigit adoleſcens viam
ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos Domine. Cuſtodire ver-
bum Dei, ne illud malus rapiat de corde, ſummum eſt ſapien-
tiæ præceptum, reliquas ſuggeſtiones, quæ non ſunt contra
gloriam Dei, & charitatem erga proximum, admittere & exci-
pere licet, non interrogando à quali ſpiritu talis ſuggeſtio pro-
ficiſcatur. Cavendum tamen ne nimium circa non neceſſaria
occupemur juxta Chriſti admonitionem: Martha, Martha, tu
es ſollicita circa plurima. Maria optimam partem ſibi elegit,
quæ non auferetur ab ea. Ita ſemper intuendum Chriſti dictũ.
Principiò quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, & cætera ad-
jicientur vobis. Cætera, hoc eſt, omnia quæ mortali Micro-
coſmi parti debentur, victus, amictus, artes vitæ neceſſariæ.

XLVI.

Nihil adeò decet hominem, ac conſtantia in dictis & factis.
Et cum ſimile gaudeat ſimili, nulli ſunt feliciores talibus: quia
ſancti angeli circa tales verſantur, eorumq; cuſtodiam tenent.
Cõtrà averſantur homines nihili & foliis leviores caducis. Ex
his elicimus 46. Aphoriſmum. Prout ſe quiſque geſſerit, ita ad
ſe allicuerit ejus naturæ & conditionis ſpiritus. At veriſſimè
quidam admonet, ne quis velit ultra ſuam vocationem ſe ef-
ferre, ne ad ſe vel ab extremis terrarum orbis aliquem mali-
gnum ſpiritum alliciat, à quo infatuetur, ac ad finalem perni-
ciem pertrahatur. Hoc præceptum latiſſimè patet. Nam Midas
cum omnia cõvertere vellet in aurum, ad ſe talem attraxit ſpi-
ritum, qui hoc præſtare poſſet, & per eum deceptus, ad mortem
ex fame perductus fuiſſet, niſi ex miſericordia Dei ejus ſtulti-
tia correcta fuiſſet. Idem accidit noſtris temporibus mulier cu-
læ circa Franckfurtum ad Oderam, ut de omni re pecuniam
raperet & devoraret. O ſi hoc præceptum homines perpende-
rent, & non Midæ ſimilium hiſtorias pro fabulis haberent, di-
ligentiores eſſent in moderandis ſuis affectibus & cogitatio-
nibus, neque ita perpetuò à ſpiritibus aureorum montium U-
topiæ vexarentur. Proinde accuratè obſervandum, ut per ver-
bum tales præſumptiones ex animo rejiciantur, dum recentes
ſunt, neque habitum fecerint in ocioſo & divino verbo vacuo
animo.

In vo-



XLVII.

In vocatione ſua, qui fideliter verſabitur, habebit etiam
conſtantes ejus ſtudii ſocios ſpiritus, qui ei omnes ſuppedi-
tabunt ſucceſſus. Quòd ſi etiam Magiæ aliquam notitiam ha-
buerit, non gravabuntur ſe illi oſtendere, ac familiariter cum
ipſo colloqui, & in diverſis miniſterijs ijſdem, quibus addicti
ſunt, inſervire: in bonis, boni ad ſalutem, in malis, mali ad om-
ne malum & perniciem. Non deſunt exempla in hiſtorijs to-
tius mundi, & quæ indies in mundo accidunt. In bonis exem-
plo eſt Theodoſius ante victoriam de Arbogaſto. In malis
Brutus antequam occumberet, cùm à Cæſaris genio perſe-
queretur, ac depoſceretur ad pœnam, ut ſeipſum jugularet, qui
Patrem patriæ, & ſuum patrem jugulaverat.

XLVIII.

Omnis Magia eſt revelatio ejus generis ſpirituum, cujus
ſpeciei eſt Magia. Ita novem Muſæ Heſiodum ad novenam
Magiam vocarunt, ſicut de ſeipſo manifeſtè teſtatur in Theo-
gonia. Homerum Ulyſſis genius in Pſigiogagia. Hermetem
de ſublimioribus animi ſpiritus. Moſen ipſe Deus in rubo.
Tres Magos, qui Chriſtum quæſitum venerant Ieroſolymam,
Angelus Domini eorum ductor. Danielem Angeli Domini:
Sic non eſt, ut quis glorietur, non eſt volentis nec currentis,
ſed vel miſerẽtis Dei, vel alicujus alterius ſpiritualis fati. Hinc
omnis oritur Magia, & eò rurſus devolvitur, ſeu bona illa ſit,
ſeu mala. Hoc modo Tages primus præceptor Magiæ Roma-
norum de terra proſilijt, Dianæ Epheſiorum ſuum cultum
quaſi cœlitus demiſſum oſtendit. Sic & Apollo, ac univerſa
Gentium Religio accepta eſt ab ijſdem Spiritibus, neque ſunt
ut Saducæorum opiniones, humana inventa.

XLIX.

Concluſio hujus JSAGOGES eſto idem quod ſuperius
nunc à nobis dictum eſt. Quemadmodum unus eſt Deus, à
quo omne bonum: & unum Peccatum, videlicet inobedien-
tia erga Dei mandantis voluntatem, à quo omne malum. Ita
Timor Domini initium ſapientiæ, & omnis utilitas Magiæ.
Nam timorem Dei ſequitur obedientia erga voluntatem Dei.
Hanc conſequuntur Præſentia Dei & Spiritus ſancti, ac mi-
niſteria ſanctorum Angelorum, & omnia bona de inexhau-
ſtis theſauris Dei.

At inutilis & damnoſa Magia oritur ex eo, ubi ex corde ti-
morem Dei amittimus, & nobis peccatum dominari patimur.
Ibi ſtatim Princeps hujus mundi, Deus hujus ſeculi, talem in-

Pp 5

ſtituit & initiat ſacris regni ſui, prout talem invenerit utilem ſuo regno. Ibi ſicut Araneus muſcam, quæ in ſuam telam incidit, irretit: ita & Sathan ſuam venationem laqueis cupiditatum illaqueat, donec eum exugat & exiccet ad materiam æterni ignis: hos fovet & tollit in altum, ut lapſu graviore ruant. Circumfer candide lector, oculos & mentem tuam ad hiſtorias ſacras & profanas, ad ea quæ indies fieri in mundo vides, & deprehendes omnia Magorum plena, juxta duplicem ſcientiam. BONI & MALI. Quæ ut melius poſſint diſcerni, pro Iſagoges concluſione horum, diviſionẽ & ſubdiviſionem hîc ſubjecimus, in quo quiſq; contẽplari poterit, quid ſequendum ſibi ſit, quid contra fugiendum: & quatenus unicuiq; inſudandum ſit ad competentem vitæ & vivendi terminum.

- Scientiæ
  - BONI
    - Theoſophia
      - Notitia verbi Dei, & vitæ juxta verbum Dei inſtitutio. Notitia gubernationis Dei per angelos, quos Scriptura Vigiles vocat, & intelligere Angelorum miniſteria.
    - Anthropoſophia homini data.
      - Scientia rerum naturalium.
      - Prudentia rerum humanarum.
  - MALI
    - Kakoſophia
      - Contemptus verbi Dei, & vivere ex diaboli voluntate.
      - Ignorantia gubernationis Dei per Angelos.
      - Contemnere cuſtodiam angelorum aut ſocios eſſe diabolorum.
      - Idololatria.
      - Atheiſmus.
    - Cacodęmonia
      - Scientia veneficiorum in natura, & illis uti.
      - Prudentia in omnibus malis artibus ad perniciem humani generis, & illis uti in contumeliam Dei, ac ad damnum & perniciem hominum.





# ARS NOTORIA, QVAM CREATOR ALTISSIMVS Salomoni revelavit.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis incipit ſanctiſſima Ars Notoria, quam Creator Altiſſimus Salomoni per Angelum ſuum ſuper altare Templi miniſtravit, ut per eam omnes ſcientias liberales, mechanicas, exceptivas & earum facultates per breve ſpacium temporis poſſet ſubitò acquirere & habere, & in proferendo myſtica verba ſanctarum orationum in omni ſapientia penitus fundaretur.

Alpha & Omega, Deus Omnipotens, principium omnium rerum, ſine principio, finis ſine fine, exaudi hodie preces meas piiſſime, & neque ſecundum iniquitates meas, neque ſecundum peccata mea retribuas mihi, Domine Deus meus, ſed ſecundum miſericordiam tuam, quæ major eſt rebus omnibus viſibilibus & inviſibilibus. Miſerere mei Sapiẽtia Patris, Chriſte lux Angelorũ, gloria Sanctorum, ſpes & portus & refugium peccatorum, cunctarum rerum conditor, & humanæ fragilitatis redemptor. Qui cœlum & terram, mareq; totum ac mũdum pondera palmæ concludis, te piiſſimè deprecor & exoro, ut unà cum Patre illuſtres animã meam radio ſanctiſſimi Spiritus tui, quatenus in hac ſacroſancta arte taliter poſſim proficere, ut valeam ad notitiam omnis ſcientiæ, artis & ſapientiæ, memoriæ, facundiæ, intelligentiæ, & intellectus: virtute tui ſanctiſſimi Spiritus, & tui nominis pervenire. Et tu DEUS meus, qui in principio creaſti cœlum & terram, & omnia ex nihilo: qui in Spiritu tuo omnia reformas, comple, inſtaura, ſana intellectum meum, ut glorificem te per omnia opera cogitationum mearum & verborum meorum. Deus Pater, orationem meam confirma, & intellectum meum auge & memoriam, ad ſuſcipiendum, ad cognoſcendum omnium Scripturarum ſcientiam, memoriam, eloquentiam & perſeverantiam, qui vivis & regnas in ſecula ſeculorum, Amen.

*Incipit primus Tractatus iſtius artis, & expoſitiones eius, quas Magiſter Apollonius Flores aureos appellavit, ad eruditionem omnium ſcientiarum naturalium generaliter. Et hoc cõfirmavit authoritate Salomonis, Manichæi & Enduchij compoſitũ & probatũ.*

EGO Apollonius artium Magiſter meritò nuncupatus, cui natura liberalium quaſi ceſſiſſe videtur, tractaturus ſum de cognitione artium liberalium, & de cognitione Aſtronomiæ

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

miæ. Quibus experimentis & quib. documentis artium com-
pendioſa competenſque cognitio poſſit haberi, quibuſq; na-
turis temporum idonea poſſit natura ſumma infimaque com-
petenter dividi, & quibus diebus & horis facta hominum in-
choanda atque determinanda ſunt. Qualiter homo & quali
efficacia in iſta arte diſpoſitionem vitæ ſuæ agere debeat, &
curſum lunæ inſpicere debeat & ſtudeat. Primò arbitratus
ſum, quædam præcepta de ſpiritualibus ſcientiis declaranda,
ut ad ſingula, quæ præfati ſumus, ordine continuo pertinga-
tur. Ne mireris ergo, quod audieris & quod viſurus es in hoc
opuſculo ſubſequenti, & quod invenies exemplar tantæ & in-
æſtimabilis eruditionis.

*Exemplar eſt ex quo imago derivetur ipſa.*

Quædam ſunt poſtea quæ ſequuntur, quæ tibi mirabili of-
ficio ex antiquiſſimis Hebræorum libris extracta legendo
prælibavimus: quæ ubi videris, licet ignota fuerunt linguæ
humanæ, tamen pro miraculo reputa, quod a Domino Deo
tuo tibi noveris eſſe conceſſum. Ego ſiquidem de propoſitis
naturis prius in me miratus ſum verba quælibet tantum poſſe
habere efficaciam.

*Quanta ſit efficacia verborum.*

Eſt enim tanta quorundam DEI efficacia verborum, ut
cum ipſa verba legeris, tibi facunditatem ex improviſo ita au-
gebunt, quod quaſi de illis eloquens factus fueris & demum
Dei ſingulis æqualis fueris effectus: veruntamen unde hæc
fiant, ſic in ſequentibus capitulis orationum plenè tibi de-
monſtrabitur: Nunc verò quæ manu ſunt præſentia, diſſe-
ramus.

*Iſta oſtenſio ſubſequens eſt de arte notoria.*

☞ Iſta ars dividitur in duas partes: In prima ponit notas ge-
nerales, in ſecunda ſpecies. Ad ſpeciales prius accedamus, ſci-
licet: ad Trivium, poſtea ad quadrivium. Tertiò verò ad Theo-
logiam, quas ſcientias cum operatione iſtarum orationum aſ-
ſequeris, ſi eas ſicut ſcriptum eſt, pronunciaveris. De Noto-
ria igitur arte quædam notulæ cum ſcriptis earum nobis ma-
nifeſtę ſunt, quarum virtutem humana ratio non poteſt com-
prehendere. Eſt igitur prima nota cujus ſignificatio eſt ex
Hebræo diſtorta, quæ licet cum pauciſſimis verbis compre-
hendatur tamen in expreſſione ſua, & in expreſſione myſterii
ſuam non amittit virtutem: tamen ejus virtus eſt, quod ex ea
contingit & procedit mirabiliter admirandum quilibet arbi-
tretur.

Incip



*Incipit prima oratio primi capituli de tribus capitulis.*

Hely ſcemath Amazaz, hemel, Sathuſteon, hheli Tama-
zam, &c. Quam Salomon primam orationem ſtatuit & vo-
luit eam omni interprete carere, ſciens tantam ſubtilitatem,
de Chaldæi, Hebræi, Græci profunditate ſermonis extortam,
ut nullo modo poſſit plenario ſchemate ſermonis exponi.
Quæ autem ſit ejus efficacia, ipſe idem Salomon in lib. II. He-
liſoe conditoris de fulgore, ſapientiæ oſtendit: ſed amicus &
ſucceſſor Salomonis, id eſt Apollonius, cum paucis aliis, qui-
bus data fuit iſtius ſcientiæ manifeſtatio, expoſuére, dicentes,
Iſta divina myſteria profunda & ſanctiſſima, & quam pluri-
mûm reverenda ſunt & non abſque fidei magnitudine profe-
renda.

*Hic datur ſpirituale mandatum de præcedenti oratione.*

QUod antequam aliquis incipiat, legere, ſive proferre ali-
quas orationes iſtius artis pro efficacia, iſtam orationem
ſemper primò proferat in initio reverenter & devotè.

Si quis evigilet ſcripturæ, ſive quamlibet ſcripturam facun-
dè indagare ſive proferre voluerit, verba figuræ præcedentis,
quæ præfati ſumus, ſcilicet, Helyſcemath. In illa die, quando
aliquis vult incipere opus ſummo manè, in nomine Domini
Dei noſtri, in ipſa propoſita prolatione ſcripturæ diligenter
proferat: Cum illa tamen oratione, quæ ſequitur, quæ eſt
Theos megale, quæ eſt ex Hebræo, Græco & Chaldæo ſer-
mone ſubtiliter diſtorta & elimata mirabiliter & propriè, ſci-
licet per expoſitionem ſummatim protenditur in omni ſer-
mone in quolibet initio proferenda ſunt.

Incipit ſecunda pars orationis ſecundi capituli, quæ ex He-
bræo, Græco & Chaldæo eſt excerpta. Cum iſta prima ſua ex-
poſitio ſequens proferri debet: quæ oratio Latina eſt. Tertia
oratio de tribus capitulis, quæ ſemper in initio cujuslibet fa-
cultatis. S. primò ferenda.

Incipit ipſa oratio, Theos megale in tu ymas Eurel &c.

Hic oſtendit qualiter præfata oratio exponatur. Hujuſmo-
di verò orationis hoc eſt particula & ſummatim prælibata ex-
poſitio. Non tamen putes, quod ſingula verba exponantur ſic.

*Incipit expoſitio dictæ orationis.*

Lux mundi Deus immenſæ pater æternitatis, largitor ſa-
pientię & ſcientiæ & totius gratiæ ſpiritualis, pie & inæſtima-

bilis

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

bilis diſpenſator, noſcens omnia prius antequam fiant, faciens tenebras & lucem, mitte manum tuam & tange os meum, & pone id ut gladium acutum ad enarrandum eloquenter hæc verba. Fac linguam meam ut ſagittam electam ad enarrandum mirabilia tua, & ad pronunciandum ea memoriter. Emitte Spiritum ſanctum tuum Domine, in cor meum ad percipiendum & in animam meam ad retinendum ea memoriter. Emitte Spiritum ſanctum tuum Domine in cor meum ad percipiendum & in animam meam ad retinendum, & in conſcientiam meam ad meditandum per juramentum tui cordis, id eſt, per dextram piæ ſcientiæ tuæ. Et miſericorditer & clementer in me gratiam tuam inſpira & doce, & inſtrue, & inſtaura introitum & exitum ſenſuum meorum, & doceat me & corrigat me diſciplina tua uſque in finem. Et adjuvet me conſilium altiſſimi, per infinitam ſapientiam & miſericordiam tuam, Amen.

*Non ex toto verba orationum poſſunt exponi.*

Ne tamen putes, quod præfatæ orationis verba ſingula in latinum tranſlata ſint ſermonem, cum aliquod ipſius orationis verbum plus in ſe ſenſus & myſticæ profunditatis contineat ex authoritate & etiam Salomonis, & ipſius ſcriptis referentibus agnoſcimus orationem nullatenus humani ſenſus conditione poſſe exponi. Neceſſarium eſt etenim, etiam ipſas Aſtronomiæ ſive Aſtrologiæ, ſive artis notoriæ particulas diſtinctas, vel orationes ſuo modo & tempore dici & proferri, & ex eis ſecundum diſpoſitionem temporum debere operari.

*Hic loquitur de triumphalibus figuris quomodo parce dicantur, & honeſte proferantur, & devotè.*

Sunt etiam quædam figuræ ſive orationes, quas Salomon Hely Chaldaicè, id eſt, triumphales orationes liberalium artium & ſubitas ac præcellentes virtutum efficacias appellavit: & ſunt ad artis notoriæ introductorium. Unde Salomon ſpeciale principium conſtituit de ipſis, ut ſecundum lunas tempora determinata, & non abſq; termino conſiderata proferantur. Quod & Magiſter noſter Apollonius plenè & competenter inſtruit, dicens: Quicunq; hæc verba, ſicut paulò inferius determinato & conſtituto tempore protulerit, ſciat ſe omni occaſione remota IN UNO MENSE TOTAM FACUNDIAM IN omnibus ſcientiis proferendis, multò magis more ſolito mirabiliter adipiſci.

Iſta



*Iſta ſunt expoſitiones lunationis artis notoriæ.*

Hæ ſunt expoſitiones lunationis & introductionis artis notoriæ ſcilicet in quarta luna & octava, & in duodecima, & in decima ſexta, & in vigeſima quarta, & in vigeſima octava, & in trigeſima debent proferri. Unde Salomon ait iſtis temporibus expoſitiva tempora lunæ. quartæ dedimus, quæ ab quatuor angelis ſuis conſcripta ſunt: & quarta luna nobis manifeſtata eſt: Nec non angelo latore ipſarum orationum, quater explicata & repetita, nec non & quatuor anni tempora ſunt conſcripta & revelata nobis poſtulantibus ab angelo, ad oſtendendam facundiam plenariam in quatuor linguis, Græca, Hebræa, Chaldæa & Latina: & quatuor orbis terrarum partes data eſt à Deo poteſtas definiēdi humanæ mentis facundiam, nec non humanitatis quatuor virtutes, Intelligentiam, Memoriam, Facundiam & iſtorum trium ſtabilitatem dominari. Iſta enim ſunt, de quibus præfatum eſt, quæ ſicut diximus, ita proferenda ſunt.

*Oſtendit qualiter iſta oratio prædicta ſit principium & fundamentum totius artis.*

Ipſa verò artis notoriæ prima figura, quæ ſuprà notam quadrangulam manifeſtandam ſita eſt. Ipſa verò in Aſtronomiæ præceptionibus à paucis habitis angelica ſapientia. In Aſtrologiæ autem ſpeculo philoſophiæ annulus nuncupatur. In notoria verò arte fundamentum totius ſcientiæ eſſe ſcribitur. Veruntamen in matutino diei quarta proferenda, ſimul & continuè, ſcilicet in mane ſemel, circa tertiam ſemel, circa nonam ſemel, circa veſperas ſemel proferatur.

Oratio præcedens debet proferri ſecretè, & ſolus ſit, qui proferat eam, & ipſe vix audiat ſe: & hæc eſt conditio ejus: quod ſi neceſſitas eum arguerit alicujus magni operis, poterit dici mane bis & circa nonam bis & confeſſus ſit & jejunet in prima die, in quo profert eam, & vivat caſtè & devotè. Et hoc eſt, quod dicit hic.

Iſta eſt oratio quatuor linguarum, Chaldeæ, Græcæ, Hebrææ & Latinæ evidenter expoſita, quæ ſplendor vel ſpeculum ſapientiæ appellatur. In ſingulis lunationibus ſanctis prædicta oratio debet legi, in mane ſemel, circa tertiam ſemel, circa nonam ſemel, & circa veſperas ſemel. Incipit oratio.

Aſſaylemath, Aſſay. lemeth. azzabue.

Incipit

Incipit ſecunda pars præcedentis orationis, & tantum ſemel debet dici.

Azzaylemath, Lemath, Azacgeſſenio.

*Sequitur tertia pars orationis præcedentis & ſimul proferatur.*

Lemath. Sebanche. Ellithy aygezo.

*Hic exponitur qualiter non habet expoſitionem in latino.*

Hic eſt oratio ſancta ſine totius peccati periculo, quã Salomon ait humanis ſenſibus eſſe inexplicabilem: & ſubjunxit: Prolixior eſt, inquit, ejus expoſitio, quàm ab homine conſiderari poteſt, exceptis illis ſecretis, quæ non licet, nec dantur homini loqui. Quam orationem idcirco totam inexpoſitam reliquit. quia de ipſius orationis nullus ad perfectionem ſummatim de ea poterit prælibare. Cujus rei cauſa tamen erat ſpiritualis, quia Angelus ipſam deferens in recuſabili prohibitione Salomoni ait: Vide ne de hac oratione aliquid exponere vel transferre præſumas, nec tu, nec quis per te, nec quis poſt te. Sacramentale ſiquidem ejus myſterium eſt, ut expreſſo ſermone verborumque orationis audivit Deus orationem tuam, ut tibi intelligentia, memoria, facundia & horum trium ſtabilitas augeatur. Diebus lunationis determinatis ſcilicet in quarta luna, 8. 12. & ſic deinceps ſicut præceptum & ſcriptum eſt, ipſam orationem diligenter in præmiſſis diebus quater lege credens de ea, quod ſtudium abſq; ambiguitate ſupra humanum modum ſubitò adaugeri.

*De efficacia eiuſdem orationis quæ inexplicabilis eſt humano ſenſu.*

Hæc eſt omnino quam Salomon fælicitatem ingenij, & lumen animæ Magiſter Apollonius appellavit, & ſpeculum ſapientiæ eandem nuncupavit. Et ipſam orationem vitæ æternę imaginem arbitror appellandam. Cujuſcunque tanta ſit efficacia à paucis hominibus & ferè à nullis dignoſcitur vel comprehenditur.

Prælibatis ergo quibuſdam petitionibus, ſignaculis ſive præceptis quaſi quendam introitum dedimus ad ea, quæ dicturi ſumus, de quibus tamen partem ea habent, quæ ſuprà diximus. Veruntamen antequam ad eam perveniatur, quædam arbitror neceſſaria, quibus plenius atque clarius ad propoſitam pertingetur hiſtoriam. Sunt enim ut ſuprà diximus, quædam exceptiones Notoriæ artis. De quibus quædam obſcuræ & quædam claræ & manifeſtæ ſunt. Ex ipſa autẽ Aſtronomia notoria ars librum habet, cujus ipſa eſt principium & Magiſtra. Et ejus efficacia eſt, quod ex ea omnes artes doceantur. Sciendum eſt etiam artem notoriam & omnes artes, & omnem literatam ſcientiam, mirabiliter continere, quæ teſtante Salomone, ideo eſt ars notoria, quia quibuſdam notulis breviſſimis omnium comprehenſibiliter ſcriptorum edocet cognitionem, ſicut etiam ait Salomon in tractatu Lemegeton, hoc eſt, in tractatu ſpiritualium & ſecretorum experimentorum.



Hic oſtenditur, qua ratione in arte iſta differant notæ, & iſta eſt ratio. Nota enim eſt quædam cognitio per orationem & figuram ſupra poſitam.

Sed de orationibus & figuris mentio ſuo tempore habenda ratio eſt, quare in arte notoria notæ dicantur. Modò facit mẽtionem de quadam oratione, quæ Regina linguæ appellatur. Inter iſtas tamen orationes una eſt excellentior, quam Rex Salomon Reginam linguæ idcirco voluit appellari, quia quodam ſecreto tegimento impedimentum linguæ aufert, & mirabilem eloquentiæ tribuit facultatem, ad quam antequam perveniatur parumper de ipſa oratione eſt prælibandum. Ipſa enim eſt oratio, quæ in ſcripturis docendis in ore ſemper habenda eſt, de Chaldæo tamen ſermone extorta eſt: quæ licet brevis ſit, mirabilis efficaciæ eſt, ut cùm ipſam ſcripturam legeris oratione præmemorata, reticere non poteris, quæ tibi mens & lingua ſuggeſſerint & adminiſtrabunt.

Iſta oratio quæ ſequitur, eſt quædam invocatio Angelorum Dei & provocat facundiam, & in principio ſcripturarum debet dici, & in principio menſis præfertur. Incipit oratio.

Lameth Leynach. Semach. belmai. (Iſtæ orationes non habent proprias lunationes, ut dicit Commentator ſuprà in gloſſa azzailemat Geſegon. Lothamaſim Ozetogomaglial. Zeziphier, Joſanum: Solatac Bozefama, dafarciamar, zemait Lemaio, pheralon, Anuc, philoſophi Gregoon Letos anum, anum, anum.)

*Qualiter iſta oratio proferatur in principio cuiuſlibet menſis caſtè & puro corde ſemper proferatur.*

Ut in principio ſcripturarum docendarum ſecretiſſimè debet dici oratio prædicta, & quæ tibi legenti mens & lingua ſuggeſſerit, reticeri non debet. Præterea ſequuntur quædam verba præcepta de illa, quia in principio menſis ſemper incipi debent, & etiam in aliis diebus. Iſta etiam eſt quæ memoriam,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Sed tamen ſapienter & cum maximæ venerationis officio, & antequam cibus & potus ſumatur, proferenda eſt.

*Sequitur oratio, de qua locuti ſumus ad producendam memoriam.*

Deus ſumme Deus inviſibilis. Theos patir Heminas per archangelos tuos eliphamaſai gelonucoa. Gebeche banai Gerabcai, elomnit: Et per angelos tuos glorioſos, quorum nomina adeo conſecrata ſunt, ut à nobis proferri non debent, quæ ſunt hæc: do hel. x. p. a. li. o. ff. &c. quæ humanis ſenſibus comprehendi non licet.

*Sequitur prologus prædictæ orationis, quæ provocat & adhibet memoriam, & continuatur cum præcedenti Nota.*

Hæc oratio debet dici cum præcedenti oratione proxima, ſcilicet Lameth, & cum iſta, Te quæſo. hodie ô Theos ſemper proferenda pro una oratione. Si pro memoria, in mane dicatur. Si pro alia efficacia, veſpere dicatur. Et ſic dicatur in veſpertina hora, & in mane. Et ſi proferatur, ut dictum eſt, iſta cum oratione præcedenti, provocat memoriam, & linguam impeditam ſolvit.

*Hic incipit ipſius orationis prologus.*

Te quæſo Domine mî, illumina conſcientiam meam ſplendore luminis tui, & illuſtra & confirma intellectum meum odore ſuavitatis ſpiritus tui, adorna animam meam ut audiendo audiam, & audita memoriter teneam. Reforma Domine cor meum: Inſtaura Deus ſenſum meum: Placa piiſſime memoriam: Aperi mitiſſime animam meam: Tempera benigniſſime linguam meam per glorioſum & ineffabile nomē tuum. Tu qui es fons bonitatis, & totius pietatis origo, habeas patientiam in me, & memoriam da mihi, & quod à te petii in oratione hac ſancta largiaris mihi. Et qui peccantem non ſtatim judicas, ſed ad pœnitentiam miſertus expectas, te quæſo indignus precor, ut facinorum meorum & peccatorum meorum ſcelera extinguas & abſtergas, & me petitione tanta per Angelorum tuorum virtutem, de quibus præfatus ſum, dignum & efficacem eſſe facias, qui es Trinus DEUS, Amen.

*Hic oſtendit alias efficacias, quas habet prædicta oratio.*

Hanc eandem orationem, & ſi de aliqua magna viſione dubitaveris, quid prætendere debeat, vel ſi magnam viſionem de periculo inſtanti ſive de futuro videre volueris, vel de quovis abſente vis habere certitudinem, veſpere ter dicas cum ſummæ venerationis obſequio, & videbis quod petieris.

Hic



*Hic incipit oratio magnæ virtutis, & eſt de cognitione artis phyſicæ, & habet plures virtutes & efficacias.*

Si vis habere cognitionem de alicujus ægritudine, utrum ad mortem vel ad vitam ſit infirmus. Si jacuerit languens, aſſiſtens coram eo dicas ter cum magna reverentia.

*Incipit oratio phyſicæ artis.*

Iheſus fili: Dominus incomprehenſibilis: Ancor, Anacor, Anylos Zohorna, Theodonos, helyotes phagor, Norizane, Corichito, Anoſae, helſe, Tonopephagora.

*Sequitur alia pars orationis.*

Elleminator, Candones heloſi, Tephagain, Tecendum, Thaones, Behelos, Belhoros, hocho phagan, Corphandonos, humanè natus, & vos Eloytus phugora. Angeli ſancti adeſte, & advertite, & docete me, utrum talis convaleſcat an moriatur de iſta infirmitate. Hoc acto, Tunc interrogabis infirmum. Amice, qualiter tu ſentis te? & ſi reſponderit tibi, benè convaleſcam, vel aliud tale ſimile, ſcias procul dubio, quòd ad vitam eſt infirmus. Si autem reſpondeat, graviter vel malè ſto, vel aliud ſimile, ſcias procul dubio ipſum in proximo moriturum. Si autem reſpondeat, neſcio qualiter ſto, ſcias ſimiliter, quod moritur, vel infirmitas in gravius mutabitur. Si autem puer fuerit, qui & ætatem correſpondendi non habuerit aut major, languens infirmus graviter vel noluerit: poſt orationem dictam ter quod inveneris primò in mente tua, de ipſo futurum ſcias.

Porrò ſi quis infirmitatem ſuam ſimulaverit vel celaverit, dicas eandem orationem, & ſuggeret tibi virtus angelica veritatem. Si verò longinquus infirmus fuerit, audito nomine ejus, pro eo ſimiliter dicas hanc orationem, & veniet tibi in animo tuo, utrum vivere debeat ſive mori.

Si tu infirmi alicujus pulſum tetigeris, eadem oratione memorata, revelabitur tibi, cujuſmodi fuerit effectus infirmitatis. Si etiam alicujus mulieris prægnantis pulſum tetigeris, oratione memorata revelabitur tibi utrum ſit maſculus vel fœmina, quod concepit. Scias etiam illud miraculum non ex natura tua provenire, ſed ſanctorum Angelorum, quorum agere hic pars officii eſt virtutem & naturam tibi mirabiliter revelare. Item ſi de virginitate alicujus dubitaveris, eadem oratione revelata memorabitur tibi, utrum ſit virgo vel corrupta.

*Hæc eſt præfatio orationis efficaciæ, quam efficaciam, quam virtutem poteris qualibet die probare.*

De iſta oratione ait Salomon, hanc novam cognitionem



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

physicæ à Deo accipi : unde vocavit & dixit hoc mandatum
miraculum eum eſſe efficax fundamentum phyſicæ ſcientiæ,
& quòd contineat in ſe quantitatem & qualitatem ſcientiæ
totius artis phyſicæ, in qua re eſt mirabiliter magis ſpecioſum
quàm horridum miraculum. Tu autem quotieſcunque lege-
ris, non ad verborum paucitatem, ſed myſterii tanti lauda vir-
tutem. Ipſe enim Salomon de artis Notoriæ ſubtilitate divini
auxilii mirabili libertate extorſit : Scilicet quia grande quod-
dam proponimus, videlicet tot & tanta ſub tam ſpecioſa bre-
vitate conſtringere naturalium arbitror eſſe aliquod generale
prohemium in tam ſubtilis & excellentis operis ordinatione
proponi, ut magis animus auditoris ſuper hæc confortetur &
convaleſcat.

Hic dicitur qualiter unaquæque nota uniuſcujuſque artis
ſuum habet exercere officium, & notæ unius artis ad aliam ar-
tem ſciendam non proſunt, & ſciendum eſt, quod omnes figu-
ræ ſuas proprias habent orationes.

Diſſeramus ergo pro poſſibilitatis noſtræ viribus notoriæ
artis facultatem, & quòd naturalium eſt, ad majora artis acce-
damus. Salomon etenim artis Notoriæ magnus compoſitor,
diverſarum artium ſub ipſa contentarum Magiſter quidem
maximus, Artem ipſam idcirco notoriam appellavit, eò quòd
eſſet ars artium, & ſcientia ſcientiarum, quæ omnes artes libe-
rales & mechanicas & exceptivas in ſe comprehendit : & quæ
in cæteris artibus longis & gravibus loquutionibus, nec non
prolixis & faſtidioſis librorum voluminibus per maximi tem-
poris ſpatium, quibus ingenioſi comprehendunt cum paucis
verbis & ſcriptis parviſſimis quoſvis imperitos & duros, per
breve ſpatium temporis mirabili & inaudita verborum vir-
tute reddit eruditos. Nos ergo quibus tanta facultas à ſummi
creatoris affluenti gratia ratione ſcripturæ ſcientiarum con-
ceſſa tantum munus & tam egregium donum competenter
recipimus. Nam cùm artes ſingulæ notas ſibi diſpoſitas &
prænotatas habeant cum figuris, & cum nota uniuſcujuſque
artis ſuum non habuerit tranſcendendi officium, ad aliam ar-
tem ſciendam notæ unius artis non proſunt nec valent, & quia
aliquantulum hoc eſt difficile, in hoc tractatu parvulo, quod
præludium ad ipſum corpus artis dicitur. De ſingulis ipſius
Notis ſingulatim, & illud, quod magis neceſſarium eſt ad di-
verſarum ſcripturarum ſcientias acquirendas divinitus ex-
ploremus.

Hic



*Hic ponit quoddam ſpeciale præceptum.*

Illud eſt nobis neceſſarium neceſſariò & poſteris noſtris i-
doneum arbitramur & utile, ut quibuſdam compendioſis tra-
ctatibus prolixa & magna ſcripturarum volumina cognoſca-
mus. Quod ut leviter fieri poſſit, de libris antiquiſſimis tri-
bus, qui à Salomone compoſiti ſunt diligentiſſimè inquira-
mus. In quorum primo illud primum & ſpeciale intelligen-
dum eſt, quod oratione præmiſſa ante ſecundum capitulum
in omni ſermone longo utendum eſt, principium cujus ora-
tionis eſt Aſſay. & competenti tempore verba orationis di-
cantur. Subſequens autem pars orationis tunc præcipuè di-
cenda eſt, quando ad cognitionem ſcripturarum volumina re-
volvendo notam inſpexeris. Tunc etiam dicenda eſt ipſa o-
ratio, quando gravem ſcientiam tibi antea inauditam, ſubitò
illam tibi propoſitam, & lucidè & plenariè enucleare & pro-
ponere volueris : ipſo etiam tempore eandem orationem di-
ces, quando tibi aliquod importunum, aliquod grave dixerit,
quod tuæ facultatis non ſit exponere, eãdem orationem com-
memorabis. Iſta eſt oratio, de qua locuti ſumus, & eſt mirabi-
lis oratio, cujus pars prima in volumine de magnitudine qua-
litatis exponitur.

*Incipit Oratio.*

Lamed, Rogum, Ragia, Ragium, Ragiomal, Agalad, Era-
dioch, Anchovionos, lochen, ſaza ya, manichel, mamacuo, le-
phoa, Bozaco, Cogemal, Salayel, ytſunanu, azaroch, beyeſtar,
amak, de magnitudine ad artis operationem. Iſta oratio con-
tinetur in loco ſecundo primæ notæ generalis tractatus de o-
mni ſcriptura. Cujus expoſitionis partem de magnitudine
qualitatis artis ejuſdem ſatis explanavimus : ſed ne prorſus i-
pſius ſacramentalis intellectus admirans myſterium rudis ha-
beretur auditor, hoc ſciat certiſſimè, vel nihil dubitans de
verbis Græcis ipſius orationis ſupradictæ eſſe principium ex-
poſitionis ejus in Latino.

*Incipit Oratio.*

Memoria irreprehenſibilis, ſapientia incontradicibilis, effi-
cacia incommutabilis æterni conſilii Angelos complectetur
cor meum dextra tua, adimpleat conſcientiam meam memo-
ria tua, & odor unguentorum tuorum, & dulcedo gratiæ tuæ
muniat mentem meam ſplendore Spiritus ſancti, & claritate,
qua Angeli faciem tuam cum omnibus cœli virtutibus intue-
ri ſanctam ſine fine deſiderant. Sapientia, qua omnia repara-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

ſti: Intelligentia qua omnia informaſti, beatitudinis perſeverantia, qua Angelos reſtituiſti: Dilectio, qua homines poſt lapſum ad cœleſtia traxiſti. Doctrina, qua Adam omnem ſcientiam docere dignatus es. Informa, reple, inſtrue, inſtaura, corrige, & refice me, ut fiam novus in mandatis tuis intelligendis, & in ſuſcipienda ſcientia animæ & corporis mei, & omnium fidelium credentium in nomine tuo, quod eſt benedictum in ſecula ſeculorum.

Hic eſt etiam particula expoſitionis præfatæ orationis, quã unuſquiſque doctorum, qui in hac arte aſſerviſſe legitur reliquit inexpoſitum. Scias ad ejus expoſitionem nequaquam humanam poſſe ſufficere facultatem.

Hæc etiam oratio à Salomone Gemma coronę Domini appellatur. In periculo, inquit, ignis, terræ, beſtiarum, ea ſiquidem prodeſt cum fide dicta credenti. Allatam enim fuiſſe ab uno quatuor Angelorum perhibetur, quibus datum eſt nocere & prodeſſe terræ & mari & arboribus. Ipſius etiam orationis exemplar libri florum doctrinæ cœleſtis appellavit. Glorificando enim Salomon in hoc Deum, quòd ad Theologiam pro nutu divino & ejus myſterio atque omnipotentis nobilitatis inſpiravit. Et inſpiciens quaſdam orationes ipſam in nocte ſacrificii majoris Domino Deo largiente, inter alias tranſmiſſas ejuſdem artis notoriæ convenienter collocavit, quæ ſanctæ & dignæ ſunt: atque reverendi myſterii ſunt. Ipſis quidem non de Theologia errantes omisêre gentiles, quas Salomon ſignum ſacri myſterii Dei angelo (alia) præcedente vocavit, hoc etiam eſt opplementum dignitatis noſtræ & ſalutis humanæ, & quod in eis continetur.

*Prima oratio ex iſtis, de quibus loquimur ſpiritualis, operatur ad Theologiam, & ipſius conſervat memoriam.*

Iſtæ etiam orationes ſunt, in quibus magnam poteſt noſtra ſalus habere efficaciam. Quarum prima oratio Spiritualis ad Theologiam cognoſcendam, & ipſius perſeveranter habetur memoria, idcirco ipſum ſignum gratiæ Dei Salomon pręcepit appellari. Gratia enim Dei eſt, ut inquit Eccleſiaſtes, ſpiritualis in verbis, quæ inſpiravit mihi, ut diſputarem de omni ligno libani uſque ad Iſopum, quæ egreditur de pariete.

*Aſſignatio temporis ſcilicet, in qua lunatione orationes iſtæ proferri debent.*

Oratio in prima Luna debet proferri ſemel, & in tertia ter, & in ſexta ſexies, & in nona nonies, in duodecima duodecies, in decima ſeptima decemſepties, & in decima octava totidem.

In vice-



In viceſima ſexta totidem, In 29. totidem, In 39 totidem. Ipſa enim oratio tantæ virtutis, tantæ efficaciæ eſt, ut in die, qua ipſam dixeris, determinato patre tanta eum in eadem die virtus ſcientiæ Theologiæ adaugebitur, ut ſi volueris, vix de ipſa poteris reticere: Et ſi aliàs imperitus fueris, à ſociis vel majoribus, vel ſubditis, vel ſimilibus viſus, & ab eiſdem, & à reliquis ita ſcire videberis. Subintra ſtudium Theologiæ, & audias lectiones per aliquot menſes, ut omne dubium de te excutiatur, ab illis, qui te ita ſcire viderint. Veruntamen in illa die, qua dixeris eam, caſtè vivas, & ſummo manè eam dicas.

Attulit iſtam orationem ſubſequentem, Salomone teſtante, Angelus propoſitus tonitruo, qui in conſpectu Domini ſemper aſſiſtit, cui non eſt pauſirius, ejus myſterium ſacroſanctum eſt, & efficacius, ut cum eam orationem ſemel legeris, non amplius dici oportet: eò quod promoveat Spiritus cœleſtes ad aliquid magnum peragendum.

De eadem oratione dicit, quod tantum eſt ejus myſterium, quod etiam ſpiritus cœleſtes promoveat ad aliquid magnum peragendum divina permittente potentia: Habet etiam in ſui myſterii largitorem efficacem, ut linguam & corpus ipſius proferentis tanta inſpiratione exaltet, ut quaſi novum quid & magnum myſterium intellexiſſe cognoſcat.

Hic autem eſt orationis principium, in qua tanta efficacia eſt, ut diximus, & cum magna devotione opus eam legi.

Achacham yhel, chelychem, agzyraztor, yegor, &c.

Iſtud eſt principium præfatæ orationis, cujus partes ſunt quatuor. Sed de principio aliud per ſe dicendum eſt, nec non de cæteris quatuor partibus ſingulatim: præterea inter principium & ipſas orationes, quæ ſunt quatuor, iſtam competentem facimus diviſionem

Hoc enim quod de principio dicendum eſt ſingulariter. Et iſta oratio in partes 4. dividenda eſt, & ejus dicta prima parte, id eſt, principium antequã pars alia ipſius orationis compleatur, iſta nomina græca ſequentia proferenda ſunt. Iſta eſt diviſio iſtarum orationum, hielma, helma, hemna &c. Deus Pater, Deus Filius, Deus ſancte Spiritus, orationem confirma & intellectum meum & memoriam ad ſuſcipiendam, ad cognoſcendam, & retinendam omnium ſcripturarum bonarum ſcientiam, eloquentiam, & earum bonam perſeverantiam animi.

Iſtud eſt principium præfatæ orationis, quæ ſicut diximus, dici debet ſecundum prolationes & ſecundum conſtitutiones ipſius ob noſtrę memoriæ oblivionem recitari habet, & ſecun-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

dum exercitium ingenii, & ſecundum ſanctitatem vitæ noſtræ, & in ea eſt tale myſterium, & talis efficacia virtutis.

Sequitur alia ſubtilis oratio, in qua continetur tam ſacramentale myſterium, & in qua omnis ſcientia perfecta mirabiliter completur. De iſta enim voluit Deus ut ſciremus quæ cœleſtia, quæ terrena, & quilibet ſecundum cœleſtia cœleſtis, & ſecundum terrena terrenus efficitur. Quia Dominus dixit: Imperfectum viderunt oculi mei, & in libro tuo omnes ſcribuntur dies formabuntur & nemo in eis, &c. Sic enim habitandum eſt in præceptis Dei. Non enim poſſumus omnia ſcribere, ut Sol habeat eundem curſum, quem primo habuit, & confirmetur ordo noſter. Omnis enim ſcriptura, quæcunque à Deo non eſt, legenda non eſt. Voluit autem ipſe Deus dividere omnia, & hoc eſt quomodo iſta ſunt agenda ante ſecundam partem, quæ tam glorioſas & excellentes orationum conſecrationes continet, & quæ conſecratam partem in cœlis habere definitur, ut nequaquam illa linguis humanis poſſit definiri.

*Iſtud eſt principium ſecundæ partis iſtius orationis, quæ tantæ eſt efficaciæ, ſicut dictum eſt ſuperius.*

Aglaros Theomiros. Thomitos &c.

Iſta oratio præcedens eſt ſecunda pars orationis, de qua aliud ſingulariter dicendum eſt. Unde ſi iſtam orationem dixeris prima parte ejus commemorata, iſtam orationem ſequentem dicas & prævideas præcepta, quæ ſunt in ea.

Deus omnium, qui es Deus meus, qui in principio creaſti omnia ex nihilo. Cum Spiritu tuo omnia reformaſti, comple, reſtaura conſcientiam meam, & ſana intellectum meum, ut glorificem te per omnia opera cogitationum mearum, & verborum meorum.

Et poſtquam iſtam orationem prædictam dixeris, facto intervallo quaſi dimidiæ horæ. dices iſtam tertiam partem orationis, quæ ſequitur: Megal. legal. Chariotos, &c.

Hac parte orationis dicta tertia, præmeditaberis tecum de ſcripturis, quas ſcire volueris, & deinde dices iſtam orationem.

Veritas, Lux, Via omnium creaturarum: Juſte Deus vivifica me & intellectum meum confirma, & reſtaura conſcientiam meam ſicut Regi Salomoni reſtauraſti, Amen.

Partibus enim iſtis præmemoratis ſecundum quod definitum eſt, addes iſtam orationem ſequentem, iſtis orationibus dictis,

dictis,



dictis, quartam partem orationis dicas. Et eſt iſta Amaſiel. Danyi, hayr, &c.

Partibus enim iſtis præmemoratis, ſecundum quod definitum eſt, addes iſtam ſequentem orationem.

Ego in conſpectu tuo Domine Deus meus, in cujus nutu ſunt omnia nuda, & aperta, hæc loquor, ut ablato infidelitatis errore, adjuvet Spiritus tuus omnia vivificans, omnem incredulitatem meam.

*Qualiter orationes latinæ non exponuntur à verbis orationum.*

Sciendum eſt ergo, quod illa tota oratio inexpoſita remanſit, propterea quia tantæ ſubtilitatis eſt ejus zeuma, ornatus de lingua Chaldæa Hebræa tam ſubtili & admirabili elimatione deorum, ut nullatenus poſſit in me transferri liberæ locutionis officium. Verba latina quæ ſubjunguntur partibus orationis præfatæ, ea verba ſunt quæ de Chaldæo in noſtro, transferri potuerunt ſermone: non tamen de tota oratione ſunt, ſed ſingularium partium orationis præfatæ ſunt capitula ad orationem pertinentia.

*Hic loquitur de efficacia omnium iſtarum.*

Ipſa enim oratio tanti myſterii eſt ut ſicut Rege Salomone teſtante dum ipſam orationem quidam familiaris ejus domus libro hoc à caſu invento, nimium crapulatus vino poſt acceſſum mulieris præſumptuoſe legeret, nondum ejus parte finita, elinguis totus, expers memoria, cæcus & mutus uſque ad horam mortis factus eſt. In hora autem mortis ejus fertur dixiſſe: * quatuor angelos, quos offenderat in tam ſacro myſterio præſumptuoſe legendo; unum memoriæ, alterum linguæ, tertium oculorum, quartum aurium cuſtodes & flagellatores quotidiè habuiſſe. Quo teſtimonio ipſa oratio eidem Regi Salomoni omninò commendabilis facta eſt: Tantum enim eſt ipſius myſterium. Præcipimus ergò ut quicunque eam legere voluerit, non præſumptuosè eam dicat. In præſumptione enim peccatum eſt: unde ſicut præceptum eſt ita dicatur iſta oratio.

DE ARTIS ERGO PRÆCEPTIS generalibus, de omnium artium cognitione neceſſarium arbitrati ſumus de ſingularibus præceptis ſingularium artium aliquid definire. Sed quia de curſu Lunæ aliquid prælibando tetigimus: neceſſe eſt ut de ejus curſu quid ſignificet exponamus. Luna 12. ſigna habet in menſe uno. Sol verò 12. ſigna in anno: & ſpiritus uno eodemque tempore eodemque termino inſpirat, fœcundat,



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

illuſtrat. Unde dictum eſt: ut Luna & Sol curſum ſuum habent, ſubauditur, quia prius habebant. Sed quia in Hebræo iſtud deficit, in latino etiam debere deficere arbitramur. De iſta oratione præcedenti, etiam de ſuis tribus partibus ſatis dictum eſt.

*In iſto capitulo oſtendit efficatiam orationis ſubſequentis, quæ ſpecialis eſt ad facundiam.*

Hæc oratio ſancta quæ ſequitur, eſt quidem oratio ſpecialiter facta ad facundiam Cum autem cæteræ omnes de pluribus habeant efficaciam. ipſa eſt enim quoddam ſpeciale myſterium in ſe continens. Et cum una de generalibus eſt oſtendens in ſe quædam generalia præcepta omnibus artibus communia. Sic enim Deus inſtituit animam in corpore, dicens, hanc vobis do ut ipſam obſervetis & cuſtodiatis legem Domini. Et qui ſunt iſti, in conſpectu Dei ſemper aſſiſtunt, & vident ſalvatorem facie ad faciem noctu dieque. Item de eadem oratione: Hæc eſt inquam illa oratio glorioſiſſima myſtica & intelligibilis, continens in ſe myſteria, in quibus mens & conſcientia & lingua ſuccedit. Ipſa enim myſteria, tanta ut homo ſervet ea ſecundùm voluntatem ejus qui prævidet omnia in conſpectu ſuo condita. Ipſa enim eſt oratio, cujus tam glorioſum & ſacramentale eſt myſterium. De ipſa oratione nemo poſt crapulam nimiam vel luxuriam aliquid dicere præſumat, nec etiam jejunus niſi in magna veneratione & diſcretione eam proferat. Unde Salomon inquit: Nemo de hac oratione, niſi ſuis temporibus determinatis aliquid tractare præſumat: niſi illius orationis facta eſſet commemoratio coram aliquo præſule pro aliquo negocio competenti: ipſa oratio mirabiliter eſt ſalubris ſuper hoc.

De ipſa autem oratione, cujus cauſa tam ſalubris eſt, ut ejus interventione effectus, lectus eſt ille Pſalmus, de quo dictum eſt. Venite poſt me & faciam vos fieri piſcatores hominum, ſicut dixit & fecit. Quomodo ipſa oratio tantæ efficaciæ, tantique myſterii ſit non ex noſtra facultate ſcimus: Neque etiam quando diſcipulis ſuis Dominus dixit, hoc ſcire potuimus nec poſſumus. Ipſa enim oratio tanti myſterii eſt. Quia diximus ut ipſa contineatur nomen Domini magnum, quod ſe ſcire multi mentiti ſunt: ita quod Jeſu reperto in templo, multa mirabilia feciſſe narrat. Quod verum eſt, ſed quidcunque fecit, mentiti ſunt, & abſconderunt veritatem, ut nemo illorum nec aliquis poſt eos illud auderet proferre, ad quod



quod antequam perveniatur, aliquid extra dicendum arbitramur.

*In iſto capitulo aſſignat tempus & modum qualiter iſta oratio proferatur.*

Ipſa enim oratio eſt una generalium & prima ſingularium de utraque in ſe continens. Et cum ſpecialiter de facundia facultatem in ſe habeat & virtutem. Intelligendum quid, quo tempore, qua ordinatione, quibus diebus ſit proferenda.

Omni tempore poteſt proferri in Luna decimaquarta ut ſuprà. Ordinatio verò iſtius orationis, ut in ſingulis diebus quibus proferatur, manè diluculò dicatur, antequam contaminetur homo, tamen præcipuè orationes prædictæ proferantur. Tali autem modo oratio dicatur in ſimul abſque diviſione: & tamen diviſiones in eadem ſint, non quòd oratio dividatur in ſe, ſed quia tantum nomen & tam glorioſum per partes ſcribatur: & ſecundum partes ſingulas ipſius nominis tanti & tam glorioſi per terminos dividatur, & dicatur ut ipſum excellentiſſimum nomen non ſimul totum, propter fragilitatem noſtram proferatur. Nec ipſius nominis elementa vel ſyllabæ cum in oratione ſint poſitæ, cognoſci vel ubi ſint poſitæ, cognoſcendum non eſt, ne aliquis ea præſumptuoſe proferat, ſive per tentationem aliquid de ipſa oratione ageret, quod agendum non eſſet, Elmot, Sehel, hemech, Zaba, &c.

*Nemo impeditus criminalibus auſus ſit proferre illam orationem.*

Ecce res conformata apud Sapientes iſtius ſeculi, quæ ut diximus cum ſumma induſtria proferenda eſt. Omni quidem die proferri poteſt, quo peccatis criminalibus impeditus non fueris; die verò quo criminalibus fueris impeditus in corde tuo poteris eam memorare, ut ſi benè volueris eſſe facundus, illam repetas ter. Et ſi malæ rei fuerit ſive aliquod magnum negocium emerget tibi, ſemel repetas orationem & adhibebitur tibi facundia, quàm neceſſe fuerit, & ſi eam bis repeti veris poterit tibi multitudo eloquentiæ obeſſe, tantum eſt ſacramentum orationis ipſius. Aliud etiam tertium quod in ipſa oratione conſiderandum eſt. Ipſam videl. orationem ita debere pronunciari, ut confeſſio cordis & oris præcedat: pronuncietur autem ſummo manè, & poſt ipſam oratinnem, iſta ſequens oratio latina.

*Iſte eſt*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

*Iſte eſt prologus ſive expoſitio præcedentis orationis quæ ſimul debet proferri.*

Omnipotens æterne Deus, & miſericors Pater ante omnia ſecula benedicte, qui nobis æterne Deus & irreprehenſibilis & impermutabilis remedium ſalutare contuliſti, qui propter omnipotentiam majeſtatis tuæ nobis facultatem loquendi & diſcendi conceſſiſti, cæteris animalibus negatam: Cujus diſpoſitio in ſui providentia non fallitur. Cujus etiam natura æterna eſt & conſubſtantialis Deo, qui exaltatus eſt ſuper cælos. In quo tota Deitas corporaliter habitat: Deprecor majeſtatem tuam & omnipotentiam glorifico, & æternitatis tuæ virtutem ac magnificentiam tuam ſummam & æternam & una intentione imploratione flagitans, depoſco te Deus meus Sapientiam inæſtimabilem vitæ Angelorum. Deus Spiritus S. incomprehenſibilis, in cujus conſpectu chorus Angelorum tuorum conſiſtit, deprecor & flagito, ut per ſanctum & glorioſum nomen tuum, & per conſpectum Angelorum tuorum, & principatus cœleſtes, mihi GRATIAM tuam dones, & mihi ſubvenias, & facunditatem mihi tribuas & intellectus tui memoriam & perſeverantiam concedas: Qui vivis & regnas æternaliter unus æternus Deus, per omnia ſecula ſeculorum, in conſpectu omnium cœleſtium virtutum, nunc & ſemper & ubique, Amen.

Iſta autem oratione ſic finita & iſtis additis ex neceſſitate ſecundum omnes ponendum eſt quoddam myſterium, ita ut aliquam taciturnitatem habeas finita oratione latina, & poſt taciturnitatem ſcil. intervallum aliquod ſerio incipias dicere iſtam orationem ſequentem. Semet Lamen. &c.

Iſta, inquit Salomon, eſt orationum oratio, & experimentum ſpeciale, quo omnia ſive ſingularia ſive generalia cognoſcuntur plenè, efficaciter & perfectè, & immemoriter tenentur. Poſtquam ergo ex iſta oratione facundiam habueris, quam habere volueris, parce tibi & noli proferre ea quæ tibi lingua ſuggeret ac adminiſtrabit. Iſte enim eſt finis generalium præceptorum, quæ data ſunt ad memoriam, facundiam, intelligentiam adipiſcendam. Iſta omnia quæ prælibata ſunt, generalium præceptorum, data ſunt ſigna ut de generalibus præceptis & intelligendis adipiſcendis habeatur facultas. Quę autem deinceps ſunt ipſa ſpiritualia Salomon appellavit, & eæ artes ſingulæ ſingulas habent poteſtates.

Poſtquam vero de generalibus præceptis data eſt ſufficiens defi-



definitio, & orationes poſitæ ſunt & authoritates orationum in quibus deſignantur, quid de ſingulis orationibus agendum ſit, quia de ſingulis artibus tractaturi ſumus ſingulatim, neceſſe eſt, ut quod ipſe Conditor & Magiſter noſter in exemplum poſuit nos etiam exequamur. Ait enim Salomon antequam ad artium notas ſingulas & orationes prænotatas accedatur, præludium dicere oportet, quod eſt proemium ſive prologus.

*Qualiter ſingulares artes ſuas proprias habent notas.*

Ut ad ſingula verò ſingularum artium præcepta antequam perveniamus, neçeſſarium eſt, ut quomodo ſingulares artes ſingulas habeant notas, diſſeramus.

*De ſcientijs liberalibus, & alijs quæ poſſunt haberi per iſtam artem.*

Artes verò liberales ſunt ſeptem, & ſeptem exceptivæ, & ſeptem mechanicæ. Septem exceptivæ ſub ſeptem liberalibus continentur. Quæ autem liberales ſeptem ſunt, manifeſtum eſt, de quibus primò agendum eſt. Mechanicæ autem ſunt iſtæ, quæ adulterinæ vocantur, Hydromantia, Pyromantia, Nigromantia, Chiromantia, Geomantia, Geonegia quæ continentur ſub Aſtronomia, Neonegia. Hydromantia eſt ſcientia de aqua, eo quòd conſpectu aquæ ſtantis vel currentis quædam ſcientia Magiſtrorum experimentorum habeatur. Pyromantia eſt flamma diſcurrente vel circumfluente, per quam antiqui ſcientiam experimentorum, Philoſophi magnam efficaciam comprehendebant. Nigromantia eſt, quod ſacrificium animalium mortuorum, quo ſine peccato quondam antiqui magna experimenta ſolebant notare, magnam ſcientiam vitæ conſueverunt comprehendere. Unde Salomon præcepit, ut ſeptem libros artis ejuſdem poſſint legere ſine peccato. Duos verò quod ſacrilegium reputaret, & duo libri ejuſdem artis ſine peccato non poſſe legi. Quia verò de ipſius artis ſatis modò dictum eſt, ad cætera divertamur.

*De ſcientijs liberalibus, & alijs quæ poſſunt haberi per hanc artem.*

Artes verò liberales ſunt ſeptem, quas ſine peccato poteſt unuſquiſque diſcere ac legere. eſt enim Philoſophia magna in ſe

in ſe continens & profunda myſteria. Iſtæ omnes artes præfatæ mirabiliter cognoſcuntur.

*Dicit quot notas habent primæ tres artes liberales.*

Grammatica enim tantum tres notas habet: Dialectica verò duas, Rhetorica quatuor, & ſingulæ cum orationibus apertis, & diſtinctis.. Sed quare Grammatica tres, Dialectica duas, Rhetorica quatuor habet? ipſo Rege Salomone teſtante & affirmante illud cognovimus. Ait enim : Et ego admirans in corde meo & revolvens, quæ, à quibus, & unde eſſet iſta ſcientia. Angelus unum librum attulit: in quo figuræ & orationes erant ſcriptæ, & dimiſit mihi ſingularum artium notas & orationes diſtinctè & apertè, & dixit mihi de ſingulis, quantum neceſſe fuit. Et explanabat mihi ſicut puero per elementa quædam ad artes magno temporis ſpacio, prolixas, ut per breve ſpacium temporis artes eas haberem, dicens mihi: ita tu ad omnem ſcientiam promoveberis per iſtarum incrementa virtutum. Et dum ego poſtularem, Domine mi unde hoc, & qualiter ? Reſpondit Angelus: Magnum Domini eſt hoc Sacramentum, & ejus voluntate ſcriptum hoc per Spiritus S. virtutem. Quod eſt inſpirans, fœcundans, & illuſtrans omnem cognitionem. Et rurſus Angelus inquit: Notas iſtas cum orationibus ſuis ſecundum tempora determinata & conſtituta reſpice, & ſerva tempora ſicut ſtatuta ſunt à Deo, & non aliter. His dictis oſtendit Regi Salomoni librum in quo ſcriptum erat, quibus temporibus hæc omnia proferenda eſſent, apertiſſimè & ſecundùm viſionem Domini demonſtravit. Quibus enim auditis & viſis, & ſecundùm verbum Angeli à Domino illatum, in omnibus iſtis operatus ſum, & ita narrat Salomon ſibi eveniſſe. Nos autem poſt eum venientes, authoritatem ejus proſecuti ſumus, & quantum poſſumus, ea quæ nobis reliquit, pro poſſe obſervamus.

*Hic oſtendit Salomon qualiter Angelus oſtendit ſibi diviſim quare Grammatica tres figuras habet.*

Ecce quare ars Grammatica habet tantummodo tres notas in libro Salomonis Gemelioth, id eſt, in libro artis D E I, quæ eſt ars omnium aliarum ſcientiarum, & aliarum artium, legimus. Ait enim Salomon: Et cum ab Angelo Dei ſingulatim cum terrore inquirerem dicens: Domine, & unde hoc mihi præſtabitur, ut plenariè ſciam iſtam artem : Cur tot notulæ competant illi arti, & tot iſti, cum orationibus determinatis & diviſis ad ipſarum habendam efficaciam aſcribantur. Angelus verò reſpondiſſe legitur : Iſta ars Grammatica ars liberalis dicitur, & tria habet neceſſaria: ordinationem dictionum & temporum, & ipſis adjunctarum ſive figurarum. Simplex & compoſita, & varia, & varia declinatio partium ad partes, ſive à partibus relatio, & congrua, & ordinata diviſio. Hæc eſt ratio quare in Grammatica tres notæ appoſitæ ſunt, & ſic placuit divinæ potentiæ, ut per unam declinandi plena cognitio: per alteram omnium partium conveniens ordinatio haberetur: per tertiam omnium partium ſimpliciter & compoſitè conveniens & continua diviſio habeatur.



*Ratio quare ars Dialectica duas figuras habet tantummodo.*

Dialectica verò, quæ eſt forma artium, & doctrinalis ſermo dicitur, duo habet neceſſaria, ſcil. facundiam argumentandi, & prudenter reſpondendi. Duas ergò notas altitudo providentiæ divinæ & pietatis appoſuit, ut per primam facundè argumentandi, & per ſecundam induſtriam reſpondendi habeamus abſque ambiguitate. Propterea ergò Grammaticæ tres, Dialecticæ duas notas aſcripſimus.

*Ratio quare ars Rhetorica quatuor figuras habet.*

Quare ergo Rhetorica quatuor notas habet, videamus. Quatuor enim in ea, ut ait Salomoni Angelus Domini, ſunt neceſſaria, ſcil. Ornatus locutionis continuus & floridus : judicium ordinatum competens & diſcretum : cauſarum ſive officiorum teſtimonium cauſantium & damnatorum, & emptorum & venditorum compoſita diſpoſitio : Artis ejuſdem negotiorum facundia cum intellectu demonſtrativo. Arti enim Rhetoricæ idcircò altitudo Dei notas quatuor cum orationibus ſuis ſanctis & glorioſis tanquam per manum Domini miſſis reverenter appoſuit, ut notæ ſingulæ in arte præfata ſingulas habeant facultates, ut nota prima in arte eadem locutionem continuam, competentem & floridum ornatum adhibeat. Secunda judicia juſta & injuſta, ordinata & inordinata, vera & falſa diſcernat. Tertia ut officia & cauſas competenter diſcernat. Quarta verò, ut intellectum & facundiam, ſubtilitatem in ipſius artis operibus omnibus, abſque prolixitate diſtribuat. Ecce de Grammatica, Logica, Rhetorica, quare ſingulæ notæ ſingularibus artibus ſic ponantur.

De cæteris autem artibus ipſarum notarum loco ſuo, & tempore, ſicut in libro ejuſdem Salomonis reperimus diſpoſitionem.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

*Quibus temporibus, quibus horis qualiter notæ trium artium liberalium inſpiciantur.*

Ecce tranſeundum eſt, ut quibus temporibus, & quo ſtatu: quomodo notæ iſtarum artium inſpiciendæ ſunt, & orationes earum proferendæ, & artes ipſarum ad piſcendæ ſunt diſſeramus. Si rudis prorſus in arte Grammatica fueris, & volueris habere ejus cognitionem, & ſi tibi à Deo collatum fuerit: ut hoc opus operum. In artem artium poſſis habere firmum & ſubtilitatem: iſtud ſciendum eſt, & aliter facere non præſumas, quàm tibi liber iſte præcipit. Ipſe enim liber ſui tibi Magiſter, & ipſa ars ſui tibi Magiſtra erit.

*Qualiter in Luna prima notæ Grammatices inſpiciantur.*

Sic enim notæ Grammatices inſpiciendæ ſunt & orationes earum proferendæ ſunt. Diebus igitur qua Luna fuerit prima, prima nota duodecies inſpicienda eſt, & ejus orationes vigeſies & quater recitandæ ſunt, cum ſummæ ſanctitatis veneratione & modico intervallo facto. Et ſingula inſpectione notæ orationes bis recitandæ ſunt, & à peccatis ſummoperè obſervandum. Sic agendum eſt à prima die Lunæ uſque ad quartam decimam: à decima quarta uſque ad decimam ſeptimam. Prima nota & ſecunda ſingulæ vigeſies inſpiciendæ, & orationes triceſies recitandæ ſunt intervallo facto à decimo ſeptimo die & quinto. Omnes tres notæ ſingulis diebus duodecies inſpiciendæ, & orationes vigeſies recitandæ ſunt. Ecce de notis Grammaticæ artis dictum eſt. Verum ſi aliquantulum legiſti libros ejuſdem artis, & ejus deſideras habere perfectionem, ita facias ſicut præceptum eſt. Verumtamen orationibus factis generalibus ad addendam memoriam, facundiam, intelligentiam & earum perſeverantiam, cum his quæ ſunt ſupra memoratis & recitatis ſuis temporibus & horis conſtitutis ne prætereundo præceptum vergas in peccatum. Veruntamen dum hoc feceris, cave tibi ut ſecretum ſit, & Deum tantum habeas inſpectorem. His præfatis perveniendum ad notas.

*Iſtis tractatibus finitis perveniendum eſt ad notitiam notarum.*

Conſiderandum eſt verò, quod in principio inſpectionis notarum omnium, prima die jejunandum eſt uſque ad veſperas, ſi potes, & ſi expectaſſe non potes, aſſumat ſibi aliam horam.



horam. Hoc eſt præceptum, quod ex arte Grammaticæ damus.

*De notis Dialecticæ.*

De notis Dialecticæ omnibus diebus proferri poſſunt niſi tantummodo in illis diebus qui dicuntur. Notæ autem quatuor Rhetoricæ in illis diebus proferantur, quibus conſtitutum eſt, id eſt, omnibus, præter tres dies menſis, ſcil. Luna 11. & 17. & 19. Et propter hoc diebus illis eas proferri vetitum eſt cum orationibus, quia illis diebus, ipſo teſtante Salomone, omnium artium notæ præter ipſius artis notas oblatæ ſunt. Iſta præcepta ſunt liberaliter obſervanda.

*Qualiter notæ Dialecticæ inſpiciantur, & orationes earum proferantur.*

Sciendum eſt, quod notæ Dialecticæ quater inſpiciuntur, & orationes ipſarum ipſa die vigeſies recitandæ ſunt intervallis factis, & libris ejuſdem artis ante oculos poſitis. Libri autem Rhetoricæ artis ſimiliter ante oculos ponendi ſunt, quando notæ ejuſdem artis inſpiciuntur, ut definitum eſt. Iſta ſunt ſufficientia ad cognitionem iſtarum trium artium.

*Qualiter cavendum eſt à peccatis.*

Incipit prima nota Grammaticæ artis, ad quam antequam perveniatur, aliquid prælibandum eſt, ut haberi poſſit primæ & ſecundæ & tertiæ notæ cognitio. Et ſcire debes quod in principio, in quo notæ Grammaticæ, ſive Dialecticæ, ſive Rhetoricæ artis inſpiciuntur. Neceſſarium eſt quidem cum ſumma intentione ab omnibus criminalibus cuſtodias.

*Qualiter certa tempora debeant provideri in inſpectione notarum.*

Iſta eſt cognitio ſpecialis & manifeſta, qua notæ artis Grammaticæ dignoſcuntur, quomodo proferri debeant, & quibus temporibus, & quali diſtinctione meritò & competenter manifeſtatur. Dictum eſt ſuperius de prolatione & inſpectione notarum & orationum. Nunc verò aliquatenus eſt divertendum, quia licèt de temporibus, in parte actum ſit, tamen magis plenè arbitror eſſe agendum.

*Qualiter diverſi menſes quæruntur in inſpectione notarum.*

Diximus ſuperius de terminis iſtius artis, quibus orationes ſunt legendæ & notæ inſpiciendæ. Nunc reſtat dicere, qualiter prædictæ orationis lunationes inſpiciantur & inveniantur.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Sed deinceps videndum eſt, ne fortè aliqua ſit deceptio: tamen in prædicta notavi lunationes in quibus debeant notę inſpici, & orationes proferri. Sed aliqui ſunt menſes, quorum lunatio magis utilis eſt ad incipiendum, quàm aliorum. Unde in ſigno igneo, cum volueris Theologiam vel Aſtronomiam operari. Si verò Grammaticam vel Logicam ſit in ♊ vel in ♍: Si verò Muſicam vel Phyſicam ſit in ♉ vel ♎: Si verò Rhetoricá vel Philoſophiam, vel Arithmeticam, vel Geometriam, ſit in ♊ vel ♋. Pro Mathematica ſit in ♉ vel in ♊. Et ſic dies ſunt formati & liberi à malis, & in bono loco. Gaudent etiam omnes cœleſtes poteſtates, & Angelorum chorus in ipſis lunationibus, & diebus iſtis determinatis.

*Hic fit mentio de notis omnium artium.*

Ego Apollonius authoritatem Salomonis aſſecutus, ejus opus & obſervantias quaſcunque cuſtodire diſpoſui, ſicut dictum eſt de tribus notis artis Grammaticæ, & ita obſervabo tempora, ſicut obſervanda ſunt. Sed ſciendum eſt, orationes earum nondum eſſe conſcriptas: ſed in ſequenti opere de ipſis plenius demonſtrandum eſt: ſed tamen quæ in notis illis tribus ſcripta ſunt, non ſunt orationes, ſed definitiones notarum earum per ipſas ſcriptas, Græcas, Hebræas & Chaldæas: Et cætera quæ in nobis apprehenduntur. Iſta tamen ſcripta quæ à Latinis non intelliguntur, non poſſunt in illo die proferri, nec debent, niſi diebus illis quibus conſtitutum eſt à Rege Salomone, & in illis diebus, quibus notæ inſpiciuntur: ſed illis diebus ſemper recitanda ſunt illa ſacramenta ſcripta: & tamen quæ Latina ſunt ipſis diebus quibus notæ non inſpiciuntur, proferri poſſunt. Notæ autem artis Dialecticæ duæ ſunt: ſed quibus temporibus proferri debeant, in parte dictum eſt, poſtea autem de ipſis certius dicetur. Ecce ad reliqua divertendum eſt. Sciendum verò, arbitramur ea quæ in notis artis Dialecticæ ſcripta ſunt, omnibus diebus proferri poſſunt, quibus notæ ipſius artis inſpiciuntur. Sciendum eſt etiam, ipſa ſcripta Latina ſecundum antiquitatem Hebræorum poſſe proferri, niſi his diebus, quibus diximus. Sciendum eſt tamen, ipſas nullo modo poſſe pronunciari, niſi confeſſione præcedente. Iſta tamen conſideranda ſunt abſque occaſione aliqua. Iſta ſicut dicta ſunt, ita fiant omnia. Salomon enim ait: Vide ut omnia iſta præcepta, ſicut data ſunt, ita facias: ſed de cæteris quæ ſequuntur, aliter agendum eſt. Cum enim videris Dialecticæ





cticæ notam primam, ſignum quod in prima nota fuerit, in corde tuo repete, & ſic in ſingulis notis ſingularum artium, præter illas artes, de quibus definitio dabitur.

*Definitiones ſingularum artium, & earum notarum.*

Dabimus enim definitiones de ſingulis artibus & notis earum, ſicut eſt in libro Salomonis. Geometria unam notam habet, Arithmetica unam & ſemis. Philoſophia tamen cum artibus ſuis & ſcientiis ſub ſe continentes, ſeptem ſpecies habet. Theologia verò & Aſtronomia cum omnibus ſcientiis ſub ſe continentes ſeptem notas habet, ſed illæ tamen magis periculoſæ & graves ſunt, non idcircò graves, quod pronuncientur graves, ſed quia gravem habent efficaciam. Muſica verò unam notam habet. Phyſica verò unam notam quoque, ſingula tantummodò in diebus determinatis proferenda ſunt. Sciendum verò eſt in omnibus diebus, quibus notas Theologiæ videris, vel Philoſophiæ & artium ſub ipſis contentarum, nullatenus rideas, neque ludum habeas: quia Rex Salomon, dum notarum earundem inſpiceret formas, fortè plus ſolito crapulatus, iratus eſt ei Deus, & per Angelum ſuum locutus eſt ei, dicens: quia deſpexiſti ſacramentum meum, illudens & contaminans, auferam partem regni tui, & comminuam filios tuos ante dies ſuos: & addidit Angelus, introitum templi ſui prohibet tibi Dominus diebus 80. ut ſecundum peccatum tuum pœnitentiam facias. Et cum Salomon fleret, & miſericordiam peteret à Domino: Reſpondit Angelus, prolongati ſunt dies tui, veruntamen ſuper filios tuos venient multa mala & innumerabiles iniquitates, & corrumpentur a ſuperveniente iniquitate.

Ecce ad principium notæ ſic viſis generalibus inſpiciantur ſpecialia. Verbum Salomonis eſt ad impetrationem ad Deum de promiſſis ante notis artium trium.

Ecce ad principium notæ. Lux, veritas, vita, via, judex, mi- *Oratio 1.*
ſericordia, fortitudo, patientia, conſerva & juva me & miſerere mei, Amen.

Iſta oratio cum præcedenti debet dici ante primam notam *Oratio 2.*
Grammaticæ. Domine ſancte Pater, Omnipotens, æterne Deus, in cujus conſpectu omnia ſunt inviſibilium fundamenta creaturarum, cujus oculi imperfectum meum viderunt, cujus charitatis dulcedine plena eſt terra & cœli: Qui omnia vi-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

diſti antequam fiant,in cujus libro omnes formati ſunt dies,& homines inſcripti in eo: reſpice hodie ſuper famulum tuum tibi toto corde & tota mente ſubjectum,per Spiritum S.tuum confirma me, benedic, protege omnes actus meos in hac inſpectione ſeu repetitione & conſtantia tuæ viſitationis me illuſtra.

*Oratio tertia.* Iſta oratio debet dici ante ſecundam notam Grammaticæ. Reſpice Domine Deus clemens pater omnium æterne diſpenſator omnium virtutum, operationes meas hodie conſidera: Tu es actuum hominum & Angelorum inſpector atq; diſcretor, ut admirabilis gratia promiſſionis tuæ in me dignetur ſubitam adimplere virtutem, & in me tantam efficaciam nomine tuo ſancto & magno operante infundas, tu qui laudem tuam in ore tuorum te diligentium imponis & infundis, Amen.

*Oratio quarta.* Iſta oratio proferatur ante tertiam notam Grammaticæ. Creator Adonay omnium viſibilium creaturarum, Pater piiſſime, qui in circumſcripto lumine habitas æternaliter & ante principium omnia ineffabiliter diſponens atque gubernans: Æternitatem tuam atque incomprehenſibilem pietatem verbis ſupplicantibus aggredior, ut hujus ſacramentalis atq; myſtici operis in me perfectorum Angelorum tuorum efficaciam & conſiderationem clareſcat. Atque per eorundem Angelorum ſanctorum nomina in memoriam habendam, & ſancta opera tua in me cum ſtabilitate, Amen.

Creator) iſtam orationem proferas in principio inſpectionis tertiæ figuræ artis Grammaticæ: & poſt iſtam orationem facto aliquo parvo intervallo.

5. Iſta oratio debet dici ante primam notam artis Dialecticæ. Sancte Deus Pater & piè indiſſolubilis augmentator, qui cœlum & terram, mare & abyſſos & omnia quæ in eis ſunt ſicut ſtabiliri voluiſti. In cujus conſpectu omnis ratio & ſermo ſubſiſtit. Per hæc ſacramenta pretioſa Angelorum tuorum, da mihi quę deſidero & credo artis hujus abſque malignitatis intentione ſcientiam, Amen. (Iſtam orationem latinam profer in principio inſpectionis primę figurę artis Dialecticæ, & poſt iſtam orationem proferas in continenti cum aliquo intervallo illas orationes quæ ſcribuntur inter primam figuram.

6. Iſta oratio debet dici ante ſecundam notam Dialecticę. Heloy, clementiſſime Creator, inſpirator, reformator omniũ divinarum voluntatum approbator, ordinatorque malorum, deprecationem glorioſus intende, & mentem meam reſpice benignus, ut quid humilitate deprecor ſicut ante promiſſionem mihi de tuæ Magiſteriæ largitate concedas, Amen. (Iſta oratio debet pronunciari ante ſecundam figuram artis Dialecticæ, & priuſquam proferantur aliæ orationes quæ ſcribuntur circa ipſam ſecundam figuram.)



7. Iſta oratio debet proferri ante primam notam Rhetoricæ. Omnipotens & miſericors pater omnium creaturarum ordinator. Judex æterne, Rex regum & Domine dominantium qui ſanctis tuis eloquentiam ſcientiam conferre dignatus es mirabiliter: qui omnia dijudicas atque diſcernis, illumina hodie cor meum fulgore claritatis tuæ, ut intelligam & cognoſcam quæ in iſta arte conſiderantur exopto, Amen. (Iſta enim oratio cum alia oratione ſubſequenti Hanazay, &c. debet pronunciari ante primam figuram artis Rhetoricæ, & quamvis dividantur per duas partes orationis, una & eadem oratio eſt: ſed propter hoc dividuntur, ut in proferendo eas fiat aliquod modicum intervallum, & debet proferri priuſquam orationes ſcriptæ in figura proferantur. Hanazay Sazhaon hubi, ſene, hay, ginbar Ronail, Selmora, hytamay, lohal yſazamael Amathomatois, yaboageyors, Sozomcrat, Ampho Deldemos, geroch, Agalos, Meihatagiel Secamai, Saheleton Mechogriſces, Lerirencrhon,

8. Iſta oratio proferatur ante ſecundam notam artis Rhetoricæ. Unus magnus & mirabilis ęterne Deus, ęterni conſilii Angele diſpoſitor omnium virtutum & ordinator bonorum omnium; adorna hodie intelligentiam meam, & multiplica in me rationem diſcendi & cognoſcendi, quã in proferendis nominibus omnium cœleſtium Angelorum contuliſti, & eandem ſcientiam ſecundum promiſſionem mihi concede, & hujus artis diſcretionem, Amen. (Iſta oratio cum reliquis duabus ſequentibus orationibus, videl. Viſion, &c. & alia oratione, videl. Azelechias, &c. debent in principio ſecundæ figuræ artis Rhetoricæ pronunciari, & priuſquam aliæ orationes quæ ſcribuntur infrà ipſam figuram proferantur, & debet fieri aliquod intervallum inter iſtas orationes quæ ſcribuntur infrà & inter ipſam figuram.

*Oratio 9.* Iſta oratio proferatur ante ſecundã notam Rhetoricę. Viſiõ omnium poteſtatũ atq; regnorũ & judiciorũ, æterna cõſpiratione aſpiciens, omniũ adminiſtrans ſchemata linguarum, in cujus regimine nullum eſt impedimentum: Inſtaura quæſo ad memorata & repetita, cor meũ & linguã meã ad diſcernendũ, ad eloquendum, ad judicandũ, ad habendũ quæ in hac arte neceſſaria authoritas divina commendat, & in me perfectè compleatur, Amen.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Oratio 10. Iſta cum duabus præcedentibus proferatur ante ſecundam notam Rhetoricæ. Azelechias velozeos, Inoanzama, Saruelo, hotens Sagnath, Adonay, Soma Jezochos, hicon, Jezomothon, Sadaot. Et tu Deus propitius in me promiſſiones confirma, ſicut confirmaſti per eoſdem ſermones Regi Salomoni. Emitte mihi Domine virtutem de cœlis, quæ cor meum & mentem illuminet & confirmet: Conforta Deus intellectum meum, & animam meam innova in me, & lava me aquis, quæ ſuper cœlos ſunt. Effunde de ſpiritu tuo ſuper carnem meam, & in viſceribus meis ad facienda & componenda judicia tua humilitate & charitate, qui cœlum & terram feciſti, & hominem ad ſimilitudinem & imaginem tuam creaſti, infunde charitatis tuæ lumen intellectui meo, ut fundatus & radicatus in miſericordia tua, diligam nomen tuum, & cognoſcam & adorem te, & intelligam omnes Scripturas iſtius artis, ob quam hæc data à Deo, & inſignita per manus Angelorum ſanctorum, & emiſſa ſunt figurarum myſteria, quæ in corde & intellectu meo habeam & cognoſcam, & hujus artis conſtanter officium habeam nominis tui ſancti & glorioſi, prævalente conſilio tuo, Amen.

Oratio 11. Iſta oratio proferatur ante tertiam notam Rhetoricæ: Scio enim quia delector me in facta tua magna mirabili & ineffabili, & dabis mihi ſcientiam, quam per hoc opus habentibus pollicitus es, ſecundum magnam & incomprehenſibilem virtutem tuam. Theon, Haltanagon haramalon zamoyma Chamaſal, Jeconamril, harionatar, lechomagol, gela magos, Kemolihot, Kamanatar, hariomolatar, hanaces, Velonionathar, Azoroy Jezabali, per hæc ſacratiſſima Dei & glorioſiſſima, & profunda myſteria, & precioſiſſima officia, & virtutem & ſcientiam, auge in me & comple quod incepiſti, & reforma quod incepiſti in me Zembar, henoranat, Grenatayl, Samzatam, Jecornazay, fundamentum altiſſime omnium bonitatum & ſcientiarum atque virtutum, tribue famulo tuo tibi diſplicentia vitare contagia & tua veritate pura, & intentione ſancta poſſim ſociari, ut tuam promiſſionem toto corde deſiderans in omnibus tàm in legibus, quàm in decretalibus præcipuè hæc ſancta myſteria videar & cognoſcar adipiſci, & benè in iſta arte proficiam penitus laudandus & facundus, Amen.

11. Iſta oratio debet proferri ante quartam notam Rhetoricæ. Reverende potens & Dominus ſuperioribus Angelis & Archangelis omnibuſque cœleſtibus creaturis, tàm infernalibus quàm cœleſtibus: de cujus magnificentia venit plenitudo, quia

quia



quia nobis dignè famulaturi, cujus à quatuor mundi partibus regna portas. Qui oſſibus & anima & ſpiritu, hominem ad imaginem & ſimilitudinē tuam feciſti, Da mihi hujus artis ſcientiam, corroborans me in ipſius facultatis ſcientia, Amen.

13. Iſta oratio proferatur ante primam figuram Arithmeticæ. Deus qui omnia pondere & numero & menſura feciſti: in cujus ordine omnium momentorum dierum patens eſt & apta dimenſio: qui etiam ſolus ſtellarum nomina nominas: menti meæ conſtanter tribue efficaciam, ut in hujus artis cognitione te diligam, & tuæ pietatis munus agnoſcam, Amen.

14. Iſta debet proferri ante ſemis Arith. Mediator omnium operationum & creaturarum, à quo omnia procedunt naturaliter bona & omnia virtutum dona procedunt, à quo omne quod eſt ſolidum & perfectum eſt: cujus ſermo recens de regalibus venit ſedibus in corda noſtra dum medium tenent cuncta ſciētium me tua charitate in intellectum bonum conſtitue ad percipienda hæc tanta excellentiſſima myſteria hujus artis, & iſtorum ſacramentorum perfectè conſequar effectum, Amen.

15. Iſta oratio proferatur ante ſecundam figuram Arithmeticæ: Deus juſtus Judex operum, qui nobis notum feciſti ſalutare tuum & in conſpectu gentium revelaſti juſtitiam tuam, revela oculos meos, & cor meum illuſtra ſalutari juſtitia tua, ut mirabilia tua de tuis tam glorioſiſſimis ſacramentis enarrem, quatenus per ea tantam in hac arte conſequar intelligentiam, ut te præſtante qui ſolus mirabilia facis magna, in ipſa arte ſubitus interpres efficiar: ut mea facunditate & memoria cum ſtabilitate recepta dimentiendo dimentiar, & interceſſione cunctarum virtutum cœleſtium, honorem in ſecula ſeculorum, Amen.

16. Iſta oratio debet proferri ante ſecundam notam Geometriæ. Omnis ſapientię Deus & ſcientiæ donator illis in quibus peccatum non eſt diſciplinæ ſpiritualis Magiſter & inſtructor, per Angelos tuos & Archangelos, per thronos & poteſtates, principatus & virtutes, per Cherubin & Seraphin per viginti quatuor ſeniores, per quatuor animalia per omnem militiam cœleſtis exercitus, adoro, invoco, flagito & veneror, glorifico & exalto nomen tuum ſanctum terribile mitiſſimum. Te quæſo, ut hodie cor meum Spiritus S. lumine & gratia tuæ viſitationis fœcundatum & roboratum illuſtres: tu qui es trinus & unus, Amen.

17. Iſta oratio debet proferri ante ſecundam notam Theo-

logiæ: Adoro te Rex regum, Rex meus & Deus meus, vita & ſubſtantia mea ſimul & revelatio mea, memoria & virtus mea? qui hora una diverſarum genera linguarum, ædificantibus turrim dediſti: & qui ſanctis Apoſtolis tuis unctionem ſeptiformis Spiritus ſancti infudiſti, & illis idiomata quæ nos docent de omnibus linguis eiſdem repentè loqui tribuiſti, per virtutem Verbi tui in quo omnia creaſti per potentiam hujus Sacramenti, inſpira cor meum & infunde in id rorem gratiæ tuæ ut ſubitò tui ſancti Spiritus afflatus lumine efficaciam hujus operis & intelligentiam & expoſitionem linguæ & iſtarum artium capax & ſubtile ingenium valeam conſequi, Amen.

*Qualiter tria capitula ante omnium notas debent proferri.*

Quæ de tribus primis capitulis diximus ante omnes notas generaliter & ſpecialiter pronuncianda ſunt: ita tamen, ut cum ipſas orationes diebus determinatis dixeris, & de notis volueris operari, ut tibi præmonſtratum eſt. Toto menſe diebus ſingulis ſemel ipſas orationes dicere oportet ante meridiem: & tamen ante notas ſingulas omnes notas proprias dices. Et cum Scripturas incipere volueris ad legendum facias ut tibi juſſum eſt.

*Qualiter notæ propriæ inſpiciuntur.*

Sciendum eſt igitur, ut ſi de aliqua arte ſola ſcire volueris ad legendum ſive ad diſcendum. Ipſius artis notæ propriæ & ſolæ inſpiciendæ ſunt ſuo tempore. De liberalibus tribus ſatis diximus.

*Qui dies obſervandi ſunt inſpectione notarum quatuor artium.*

Ecce de reliquis quatuor artibus. Nulla enim dies in earum notis inſpiciendis obſervanda eſt. Niſi quatuor dies primi qui obſervandi ſunt. Notæ verò Philoſophiæ cum ſcientiis ſuis quæ ſub ea continentur. Luna 7. & 17. cum orationibus ſingulis diebus ſepties inſpiciendæ ſunt. Nota autem terroris cum taciturnitate & timore inſpicienda eſt. In Omelia prima in nova luna inſpicienda eſt eiſdem diebus.

De notis autem liberalium quatuor ſatis dictum eſt. Et tamen ſciendum eſt, quod quando ipſa pronunciaveris, vivendum eſt caſtè & ſobriè. Nota verò habẽs 24. angelos cum ſingulis ſuis adventitiis, in ſe habens novum teſtamentum plenariè & perfectè ita pronuncianda eſt ſicut audiviſti. Hoc tamen de iſta



de iſta reſtat, quod quandocunque eam inſpexeris omnes orationes Theologiæ recitandæ ſunt, licet notis ſingulis ſingulæ orationes ſingulatim competant, quæ ſicuti diximus, pronunciandæ ſunt. Verum, ut tibi diximus, quotieſcunque Theologiæ notas inſpexeris alias orationes præcedentes in principio, ut tantorum ſacramentorum habeat efficaciam, cæteris temporibus pronuncia.

*De inſpectione notarum generalium.*

De notis autem generalium & de orationibus earum hoc ſcias, quod quotieſcunque de exceptivis, vel adulterinis ſcire volueris, ipſas notas generales diebus ſingulis decies, factis tamen intervallis & librum illatum artium inſpectis, & ſicut de aliis factum eſt & dictum, ita pronunciabis. Et quacunque die volueris de generalibus, poteris operari omnia, quæ in primis capitulis dicenda noviſti. Ipſas videlicet orationes diebus ſeptem ſingulis ſepties dices, intervallis factis, & omnium artium, quas volueris libris revolutis & inſpectis: poſtea poteris operari in artibus ſicut volueris, & facias ſicut tibi dictum eſt.

*Qualiter tria prima capitula ſemper proferenda ſunt ante orationes.*

De notis omnibus jam initialiter data eſt cognitio, & de capitulorum orationibus. Ut autem perfectionem ipſarum habeas, hæc ſcito, quod in generalibus pronunciandis orationibus, ſive notis ipſarum pronunciandis, orationes capitulorum trium pronunciandæ ſunt.

*Qualiter oratio quinta Theologiæ debet proferri ſupra iſtas orationes.*

Ecce de reliquis quatuor liberalib. artibus aliud dicendum eſt. Si verò perfectam ipſarum notitiam habere volueris, ita facies orationem quintam Theologiæ prius orationes ſingularum notarum dices. Hæc ſatis declarata ſunt, ut intelligas & cognoſcas, & iterum ſcias de orationibus capitulorum, ita debere ante notas ſingulas ſingularum artium pronunciari, ſicut definitum eſt, & ita cuſtodi & fac. Iſtæ ſunt augmentationes orationum, quæ notis omnium artium liberalium & exceptivarum præter mechanicas competunt & ſpecialiter notis Theologiæ aſſcribuntur. Sic igitur pronunciandæ ſunt, ut quandocunque unamquamque notam unius cujuſq; artis inſpexeris, & omnes earum protuleris, iſtas orationes ſequentes

Rr 5

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

dicas.

1 Ezemomos, hazalat, Ezityne hezemechel Czemomechel zamai, zaton ziamy nayzaton, hyzemogoy, Ieccomantha, laraphy, phalezeton, Sacramphal, Sagamazaim, Secranale Sacramathan: Iezennalaton hacheriatos. Ieteleymathon, zaymazay, zamaihay, Gigutheio Geurlagon Garyos. Megalon hera cruhic, Crathuc, Amen.

Iſta oratio cum præcedenti proferatur ante primam figuram philoſophiæ. Domine Deus ſancte Pater omnipotens, exaudi preces meas incomprehenſibilis, inviſibilis, immortalis & intelligibilis, cujus vultum Angeli & Archangeli & cœleſtes virtutes ardenter videre deſiderant. Cujus majeſtatem æternaliter atq; optimè pro poſſe meo exerceo, adorans unum Deum in ſecula ſeculorum, Amen.

2 Iſta proferatur ante ſecundam notam philoſophiæ. Domine Deus ſancte Pater & omnipotens, exaudi preces meas hodie & inclina aurem tuam ad orationes meas. Gezomelion Samach, Semath, Cemon, Gezagam Gezatrhin zheamoth zeze hator Sezeator Samay Sannanda, Gezyel, Iezel, Gazietyhel. Gazayethyhel, Amen.

Iſta oratio cum præcedenti ſimul proferatur. Deus ſemper via, vita, veritas: Da lucem tuam florem Spiritus ſancti in conſcientiam & mentem meam, & concede ut fulgeat & clareſcat donum gratiæ tuæ in cor meum, & in animam meam nunc & per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Iſta oratio proferatur ante tertiam notam philoſophiæ, Lemogethom, hegemochom, hazachay Hazatha, Azamachar, Azacham. Cohathay, Gehomothay, Logomothay, zathana, Lachanma. Legomezon, Legomozon. Lembdemachon. zegomaday, Hathanayos, Hatamam, Helſymon, Vagedaren, Vadeyabar, Lamnanath, Lamadai, Gomongchor, Gemecher, Ellemay, Gecromal, Gecrohahi, Colomanos Colomaythos. Amen.

Iſta oratio cum præcedenti ſimul proferatur. Vita omnium creaturarum Deus viſibilium, claritate æterna cœleſtium, & omnium virtus ſalus indeficiens, qui es pietatis origo, qui omnia noviſti antequam fiant, qui dijudicas omnia, quæ videntur & ineffabili diſpoſitione diſcernis, glorifica nomen tuum ſanctum ineffabile hodie in cor meum, & corrobora intellectum meum & intelligentiam meam. Auge memoriam meam, & confirma facundiam meam. Expeditam redde linguam meam in ſcientiis & ſcripturis tuis, ut facultate mihi à te colla-



te collata, & ſapientiæ tuæ doctrina corde meo inſignita laudem te & cognoſcam te & intelligam nomen tuum ſanctum in ſecula ſeculorum, Amen.

4 Iſta oratio proferatur ante quartam notam philoſophiæ. Rex regum infinitæ miſericordiæ, majeſtatis immenſæ largitor atq; diſpenſator, ac ſtabilitor omnium fundamentorum, pone fundamentum omnium virtutum tuarum in me, & aufer à me inſcientiam cordis mei ut ſtabiliantur ſenſus mei in dilectione charitatis tuæ, & informetur ſpiritus meus per te ſecundum recreationem & invocationem voluntatis tuæ, qui vivis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

*Qualiter dictæ orationes qualibet die proferantur ſemel ante notas generales & notas artium liberalium.*

Hæ orationes liberalibus artibus quatuor neceſſariæ ſunt, ſed ſpecialiter ad Theologiam pertinent, quas cum notam generalem vel notam alicujus liberalium artium cum orationibus ſuis pronunciare volueris, iſtas orationes prædictas prius dices ſemel ſingulis diebus. Veruntamen cum de notis Theologiæ tractare volueris, ſicut diximus. eaſdem orationes apud unamquamque notam ſepties dices. Et ſi aliquam notam dedictando verſificando vel contando vel organizando, ſive de aliis hujus ſcientiis aliqua addiſcere volueris, ſive docere, ipſum quem docueris prius iſtas orationes doce, ut quoquo modo legat & ſi puer minoris intellectus fuerit, tu legas eas ante ipſum & ille poſt te legat de verbo ad verbum. Sin vero ſit bonæ intelligentiæ, legat eas ſepties in die per dies ſeptem. Si verò notam generalium cum orationibus ſuis proferre volueris, eaſdem orationes profer, & multum tibi proderit ipſarum orationum virtus, & ſi omnes, quæ ſunt in initio minus proferantur, vel etiam aliqua ipſarum magnam perhibent habere efficaciam.

De orationibus iſtis ait Salomon. Iſtas orationes ſolas nemo præſumat ni propter officium, ad quod inſtitutæ ſunt.

Deus Pater immenſe, à quo proceſſit omne quod bonum eſt, cujus magnitudo eſt incomprehenſibilis, exaudi hodie preces meas, quas in conſpectu refero, & concede mihi & redde mihi lætitiam ſalutaris tui, ut doceam hodie iniquos, vias tuas & ſemitas ſcientiarum tuarum, & convertantur ad te rebelles & increduli, ut quod corde repeto, & ore commemoro, in me radicitus habeat, fundamentum, ut in operibus tuis efficax videar & adjutus, Amen.

Iſta

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМ. І.І. МЕЧНИКОВА

Iſta oratio proferatur ante ſextam notam philoſophiæ. Gezomathon, Oromathiam, Aygyay, hyatha, Lethaſihel, Lechizliel, Gegohay, Genhonay, Samaſatel, Samaſathel, Geſſiomohatel, Segomaſay, Azomathon, Helomathon, Gerochor, hejazay, Samin, heliel, Sanihelyel, Siloth, Silerech, Garamathal, Geſemathal, Gecoromay, Gecorenay, Samyel, Samihahel, Heſemyhel, Sedolamax, Sechotamay, Samya, Rabiathos, Avinoſch, Annas, Amen.

Iſta oratio cum præcedenti proferatur, Rex æterne Deus Iudex & diſcretor omnium, agnitor ſcientiarum bonarum, inſtrue me hodie propter nomen ſanctum tuum, & per hæc ſancta ſacramenta, & clarifica mentem meam, ut intret ſcientia tua interiora mea ſicut aqua fluens de cœlo, & ſicut oleum in oſſibus meis, per te Deus Salvator omnium, qui es fons bonitatis, & totius bonitatis origo, inſtrue me hodie in iſtis ſcientiis, quas depoſco, tu qui es unus Deus, Amen. Deus Pater immenſe, à quo procedit omne, quod eſt bonum, cujus magnitudo miſericordiæ eſt incomprehenſibilis, exaudi hodie preces meas, quas in conſpectu tuo refero, & redde mihi lætitiam ſalutaris tui, ut doceam hodie iniquos vias tuas, & ſemitas ſcientiarum tuarum, & convertantur ad te rebelles & increduli, & etiam in operibus tuis efficax videar & adjutus, Amen.

*Incipit oratio ſeptima, quæ eſt finis ſuarum orationum & complementum earum præcipuè ad notam ineffabilem pertinens, quæ eſt ultimum Theologiæ, viginti quatuor Angelos habentem.*

Illud eſt principium orationis, Deus totius pietatis author & fundamentum omnium, ſalus æterna, & redemptio populorum, inſpirator omnium gratiarum, ſcientiarum & artium largitor immenſe, de cujus munere venit, ut nobis famulis tuis ſcientiarum in me inſpirare digneris augmentum, Qui etiam mihi miſero peccatori viam conceſſiſti, ut ſcirem ſacramenta, defende animam meam, & libera cor meum de pravis hujus mundi cogitationibus, & incentivæ libidinis omnis fornicationis in me extingue potentiam, & reprime ut ſcientiis tuis & artibus tuis intenſius delectar in eis, & des mihi petitionem cordis mei, ut glorificatione tua confirmatus & exaltatus diligam te, & augeatur in me virtus Spiritus ſancti per ſalutem tuam & remunerationem fidelium in ſalutem animæ meæ & corporis mei, Amen.

Iſta



Iſta oratio cum præcedenti proferri omnino debet. Deus Pater immenſe, à quo procedit omne, quod eſt bonum, cujus magnitudo miſericordiæ eſt incomprehenſibilis, exaudi hodie preces meas, quas in conſpectu tuo refero.

*Incipiunt præcepta ſpecialia de notis Theologiæ, & ſpecialiter de prima, ſecunda & tertia.*

Orationes ſeptem iſtæ, quas proponimus augmentata reliquarum orationum ſunt. Et ante omnes notas Theologiæ dici debent. Sed tamen præcipuè ante notam ineffabilem pronunciandæ ſunt, ut diximus. Iſta experimenta ſunt, quæ poſtulaſti ad ſufficientiam, quæ tibi authoritate Salomonis ſervare præcipimus, & de capitulis & orationibus earum inquires diligenter & fac ſicut diſpoſuimus, & reliquas orationes pronuncia & notas artium perfectè inſpice.

*Qualiter Salomon recipit notam ineffabilem ſibi traditam ab Angelo.*

Ecce quia de myſterio notarum poſtulaſti, hoc de nota ineffabili præcipuè habeas, cujus expreſſio eſt data, gladiorum, florum, arborum, volucrum, candelabrorum, ſerpentum in ſingulis per figuras. Hanc autem Salomon à Domino nocte pacificorum accepit in folio aureo deſignatam. Et audivit à Domino. Ne dubites nec expaveſcas, quia hoc ſacramentum majus eſt omnibus: Et ſubjunxit ei Dominus. Cum autem hanc notam inſpexeris & orationes ejus legeris, obſerva mandata, quæ ſuperius data ſunt, & ipſa diligenter reſpice, quæ legeris in nota Dei, & nota ineffabili cave tibi prudenter, ut quæcunque inſpexeris, & quæcunque tibi in viſione venerint celes & cuſtodias. Et cum tibi magnus Angelus Domini apparuerit ſignum crucis in vexillo gerens, verba quæ tibi oſtenderit ineffabiliter ſcripta cuſtodi & cela, & operare in eis, ſicut tibi præceperit, & ipſam notam Theologiæ per viſionem magnam, quam videbis aperuerit, ſummopera cuſtodi: & quicquid tibi in omnibus notis idem ſimile apperuerit cum ſumma intentione obſerva & orationes, ſicut dictum eſt in ea pronuncia diebus & horis determinatis, & repete tamen partes illius orationis magnæ, quam habes, ſicut tibi præceptum eſt, & divide, & fac intervalla ſicut ſuperius dictum eſt: & poſtquam illas dixeris, SAPIENTER DIE ILLO AGE ET CASTE VIVAS. Si autem incertus aliquid feceris, periculum quidem inſtat cur ab aliis notis & orationibus earum experimentum

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

mentum habueris, ſed in iſtis & orationibus earum quod-
dam majus eſt admirandum, & ipſa ſunt, quæ in iſtis conſide-
randa ſunt. Iſta enim verba ſunt nomina ineffabilia, & ſpiri-
tualiter proferuntur ante notam ineffabilem. Hoſel Ieſel, an-
chiatar Aratol Haſiatol, Gemor geſameor. Iſtæ orationes prę-
dictæ ſunt, quæ debent proferi & quomodo poſt inſpectio-
nem omnium artium, & præcipuè poſt notam Theologiæ.

Hoc eſt explementum totius operis: Sed quæ de totius o-
peris experimento ſunt neceſſaria aliqua plenè dicere volu-
mus & prælibata lucidius declarare. In initio cognitionis om-
nium artium data eſt tota doctrina operandi & ferè perfecta.
Ecce quare dixerim ferè, vere enim dixi, quia adhuc quædam
florida & continua hujus operis reſtant inſtituenda, quorum
primum principium iſtud eſt.

*Qualiter mandata ſunt obſervanda in operatione omnium artium.*

Quartam autem Lunam in omni omnium pronunciatio-
ne Theologiæ obſervabis. Quotieſcunq; Luna quarta fuerit
in operis inſtantis efficaci exhibitione, ſubtilius librum inſpi-
cias, atq; ipſarum artium ſcripturas. Capitula autem, de qui-
bus dubitaſti, & adhuc forſitan dubitas ita pronuncianda ſunt,
ſicut ſuperiorum capitulorum docet intentio. Hoc autem ſci-
as, quod hæc verba ſancta orationum, quæ ante lectum infir-
mi ad experimentum mortis ſive vitæ dicenda inſtituimus,
etiam ſi nihil aliud de toto corpore artis operari volueris, ſæ-
pius poteris facere. Hoc autem ſciendum eſt, quod ſi libros ti-
bi ad manus habere non poteris, vel ſi tibi ipſos inſpiciendi fa-
cultas data non fuerit, non idcirco minus erit operis effectus,
& bis proferantur omnes orationes, ubi ſemel proferrentur.
Capitula autem, de quibus dubitaſti, vel adhuc forſan dubi-
tas ita pronuncianda ſunt, ſicut ſuperiorum capitulorum do-
cet intentio. Hoc autem ſcias, quod verba ſancta orationum,
quæ ante lectum infirmi ad experimentum mortis ſive vitæ,
dicenda inſtituimus, etiam ſi nihil aliud de toto corpore artis
operari volueris, ſæpius poteris facere & probare.

Et de viſione ſcienda, & de aliis efficaciis, quas iſtæ oratio-
nes habent ſanctæ quantumcunque & quandocunque volue-
ris, poteris probare & tentare.

*Iſta ſunt præcepta quæ ſpecialiter agenda ſunt & obſervanda.*

Cum de Theologia verò volueris operari, præter illos di-
es, qui tibi breviter inſtituti ſunt, nullus obſervandus eſt dies.
Tem-



Tempora autem nomina competentia ſunt illis notis & ora-
tionibus, quibus data eſt tanta temporis definitio. Hoc autem
reſtat, quod in artium liberalium trium pronunciatione, ſive
in ipſarum notarum inſpectione fortè aliquem diem præter-
miſeris inſtitutum, ſi fortè cæteris obſervaveris, etiamſi duos
tranſgreſſus fueris, non idcirco relinquas opus tuum, quia
propter hæc non amittet effectum ſuum, cum majoribus nu-
meris Luna, potius dies ſunt obſervandi quàm horæ. Unde
Salomon ait: Si horas tranſgreſſus fueris in die una, unam vel
duas, non terrearis & de capitulis generalibus ſicut dictum eſt
operare. Hoc ſatis eſt de iſtis: Veruntamen verba, quæ tibi ini-
tio ſermonum faciendorum ſive lectionum legendarum &
ſcientiarum adipiſcendarum, nulla ratione obliviſcaris: quia
per ſe dicta magnum effectum habent. Et verbis ſacramenta-
libus viſionum poteris frequenter operari. Si autem volueris
incipere de toto corpore artis phyſicæ opus, ſicut ſuperius de-
finitum eſt. Prima capitula prius recitanda, de quibus data eſt
definitio per prædicta. Sciendum eſt etiam, quod de Theolo-
gia tantum poteris per te operari. Notas inſpice & orationes
Theologiæ ſæpius repete: Et ſi de toto corpore ceſſaveris hæc
tibi magnum poterit conferre ſcripturarum effectum. Neceſ-
ſarium ſiquidem eſt, ut notam viginti quatuor Angelos ha-
bentem, cum orationibus ſuis ſemper in memoria habeas, &
ut tibi ſuperius diximus, quæ per viſionem videris Angelo
præmonſtrante tibi ſub cuſtodia habeas, & ſub fideli certa-
mine reclude.

*Iſta quæ operis præcedentis ſunt experimentum. Hoc principium ſequentium orationum eſt, quas orationes Salomon ARTEM NOVAM appellavit.*

Orationes enim iſtæ ante omnes artes generaliter & ante
omnes notas ſpecialiter dici poſſunt: & debent proferri, et-
iamſi abſque aliis capitulis de ipſa arte præfata operari volue-
ris ipſis orationibus dictis tempore & ordine congruo, poteris
in qualibet artium magnam habere efficaciam. In ipſis ora-
tionibus dicendis neque tempora neque dies neque Luna ob-
ſervanda ſunt. Sed tamen illud ſpecialiter in ipſis obſervari
debet, quia dieb. quibus orationes ipſæ proferuntur, à pecca-
tis obſervandum eſt criminalibus, ſcil. gulæ, luxuriæ, & ſpecia-
liter à juramentis ſuperfluis: ad quas antequam pervenia-
tur, aliud prælibandum eſt, ut ipſarum orationum ple-
nior & perfectior cognitio habeatur. Unde Salomon inquit:
Ego

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Ego iſtas orationes prolaturus, timui ne offenderem Deum, & conſtitui mihi tempus, in quo illas inciperem, ut in caſtitate vivens de ipſis innocentius appareret.

Iſta ſunt earum orationum proemia: antequam tamen ea de quibus dubitas, proponere diſpoſui, ut ſingula ſingulis ſub ordine poſita, abſque aliqua definitione clareſcat.

Iſta ſunt quidem etiam, de quibus dubitare non debes videlicet: utrum capitula prima notis philoſophiæ & utrum tria capitula omnibus artibus ſub ſe contentis debeant in aſſignatione prælibata temporis proferri: quia certè ſicut prælibavimus, ita poſſunt & debent. Sed ſciendum eſt, quod ſecundum intentionem, quam tibi à Deo collatam credo & ſcio, & ſic eam ſuperius prælibatam te decrevimus intueri, pauca vel nulla ſunt, de quibus oporteat dubitare. Verum tamen tibi terminum non poſui præclarum. Præterea, quia initia ſcriptorum emendanda conſtitui terminum non quæras. Sed ſi fortè rem tam ſubtilem incipere volueris, neceſſarium arbitror ut feria ſexta operis hujus habeas principium, & ſicut in iſta arte diſpoſitum eſt. Bonum eſt anteferri jejunium triduanum ut utrum bona an mala hujus voluntatis deſideria ſint, divinitus oſtendatur.

Iſta enim præcepta ante omnem operationem inſtituta ſunt. Si enim aliquod aliud eſt, de quo dubitas initium, ut trium primorum capitulorum, ſive quatuor ſubſequentium artium, ut effectum plenariæ cognitionis habeas: ſi ſecundum quod ſuperius deſcriptum eſt capitula & orationes & notarum conſideraveris & pronunciaveris, etiamſi aliquid ignoranter præterieris, poteris ſubſequentium orationum ſpirituali virtute reconciliari.

De iſtis orationibus ait Angelus Salomoni. Vide igitur orationum iſtarum ſacramenta, & ſi quid de illis præſumptuosè vel ignoranter tranſgreſſus fuiſti, dicas reverenter atq; ſubtiliter eaſdem orationes. Et de ipſis orationibus Angelus magnus inquit: Hoc ſacramentum Dei magnum eſt, quod per manum meam tibi mittit Dominus. Ad cujus venerationem ſacramenti cum Rex Salomon cum magna patientia in conſpectu Domini offerret ſuper altare, vidit librum ſyndone involutum, & in hoc libro ſcriptas orationes decem & ſuper ſingulas orationes ſignum ſigilli aurei. Et audivit in ſpiritu: hæc ſunt, quæ figuravit Dominus, & quæ longè excluſit à cordibus infidelium.

Tremuit ergo Rex Salomon, ne offenderet Dominum, & cuſto-



cuſtodivit ipſas dicens, eas fas non eſt nec operari in ipſis infidelibus. Sed qui aliquid magnum vel ſpirituale in artibus ſive in arte aliqua vult adipiſci alicujus ſcientiæ neceſſaria. Si ſuperius opus habere non poterit. Omni tempore quandocunque voluerit, has orationes dicat, primas tres pro primis tribus liberalibus ſpecialiter ſingulam orationem pro ſingula arte: vel generaliter omnes tres pro artibus dicendæ ſunt. Item & quatuor orationes ſubſequenter quocunque tempore volueris, pro aliis quatuor artibus liberalibus dicas ſimili modo. Et ſi fortè totum corpus artis habere volueris, abſque aliqua temporis definitione, ipſas orationes pronunciare poteris ante artes ſingulas; & ante orationes & notas earum artium, quoties volueris eas plenè, manifeſte & ſecrete pronunciare. Et tamen neceſſarium eſt tibi caſtè vivere & ſobriè in pronunciatione earum.

Iſta oratio eſt prima de decem, quæ per ſe ſine opere præcedenti poſſunt pronunciari ad memoriam, facunditatem, & intelligentiam & illarum trium ſtabilitatem acquirendam. Et ſingulariter debet proferri ante primam figuram Theologiæ.

Omnipotens, incomprehenſibilis, inviſibilis & indiſſolubilis Deus, adoro hodie nomen ſanctum tuum: ego indignus & miſerrimus peccator extollens orationem & intellectum meum & rationem meam ad templum tuum ſanctum cœleſte, & aſſiſto tibi hodie Deus meus, oſtendens te DEUM meum, Creatorem meum & Salvatorem meum. Et ego rationabilis creatura, invoco hodie glorioſiſſimam clementiam tuam, ut vivificet hodie Spiritus S. infirmitatem meam: & tu Deus meus, qui Moyſi & Aaron ſervis tuis per literarum elementa exterioris linguæ tuæ efficacem doctrinam contuliſti, confer hodie mihi gratiam ſuperioris dulcedinis tuæ, qua inſtruxiſti ſervos tuos, & inveſtigatione, qua inveſtigaſti eoſdem per Prophetas, & ſicut potuiſti eis momentaneam conferre doctrinam: adhibe eam doctrinam, quam ſcire deſidero, & emunda conſcientiam meam ab operibus mortuis: & mitte cor meum in viam rectam, & aperi id ad intelligendum, & deſtilla intellectum meum in viam rectam. Et tu Domine Deus, qui me ad imaginem & ſimilitudinem tuam creare dignatus es, exaudi me in tua juſtitia, & doce me in tua veritate, & reple animam meam ſcientia tua ſecundum magnā miſericordiam tuam, ut in multitudine miſerationum tuarum amplius me delectes, & in operibus tuis magis, & complaceam in admini-

ſtratione mandatorum: & ſecundum opera gratiæ tuæ adjutus & reſtauratus & exaltato corde & conſcientia mea emundata confidere in te, & epuler in conſpectu tuo, & exaltem nomen tuum quod bonum eſt, in conſpectu ſanctorum tuorum. Sanctifica me hodie, ut in fide vivam & ſpe perfecta & charitate conſtanti, literaturam quam deſidero, adipiſcar, & addiſcam: & adepta ſcientia exaltatus, corroboratus, illuminatus diligam te & cognoſcam, & ſcientiam & ſapientiam intelligam de ſcripturis tuis, quas hominib. ſciendas permiſiſti ſentiam & firmiter habeam & retineam. Jeſu Chriſte Fili Dei unigenite, cui ante ſecula omnia dedit Pater in manus, da mihi hodie propter nomen ſanctum tuum glorioſum & ineffabile nutrimentum corporis & animę, idoneam & perſpicacem linguam liberam & expeditam & abſolutam, ut & quicquid poſtulavero, in tua miſericordia & voluntate & veritate diſponatur: & omnis oratio mea & actio in beneplacito tuo radicata & confirmata conſiſtat. Aperi Domine Deus meus & Pater vitæ meæ, fundamentum ſcientiæ, quam deſidero. Aperi mihi Domine fontem, quem aperuiſti protoplaſto Adæ: & quem aperuiſti ſervis tuis Abraham & Jſaac & Jacob, ad intelligendum, ad diſcendum & ad judicandum, ſuſcipe pro me hodie Domine preces & orationes omnium ſanctorum, & ſanctarum cœleſtium virtutum, ut omnium ſcripturarum tuarum docibilis conſtanter efficiar, Amen.

Iſta oratio cum prima pronunciata dat facunditatem. Et eſt ſecunda oratio de decem, & cum præcedenti pronunciari debet facto aliquo modico intervallo, & adhibet cum prima facundiam. Iſta enim oratio debet proferri ante ſecundam figuram Theologiæ.

Adoro te Rex regum & Domine dominantium, rex æterne impermutabilis, intellige hodie clamorem meum ſpiritus & cordis mei gemitum, ut commutato intellectu meo, & dato mihi corde carneo pro lapideo reſpirem ante Dominum & Salvatorem meum. Et lava Domine interiora mea ſpiritu tuo novo pro intellectu carnis meæ malo: pone intellectum tuum bonum, & aufer à me quod malum eſt, commutans me in hominem novum, ut dilectione qua reformaſti me, ſalus tua mihi intelligentiæ tribuat incrementum. Exaudi hodie preces meas Domine, quibus clamo ad te, & revela oculos carnis meæ & mentis meæ conſiderans & intelligens & cuſtodiens mirabilia de ſcripturis legis tuæ, ut vivificatus in juſtificationibus tuis prævaleam in conſpectu adverſarii fidelium diaboli. Exaudi me





audi me Domine Deus meus, & propitius eſto mihi, qui plaſmaſti me, & oſtende hodie miſericordiam tuam, & porrige mihi vas ſalutare, ut potem & ſatier de fonte gratiæ tuæ: ut de ſcripturis, quas deſidero hodie pſallam cum intellectu & ſcientia, & intelligam & veniat hodie gratia Spiritus ſancti & requieſcat ſuper me, Amen.

*Iſta oratio dat facundiam proferenti, & ſtabilitatem mentis.*

Iſta eſt tertia oratio de decem, & cum aliis præcedentibus debet pronunciari ad confirmandam ſtabilitatem mentis. Iſta oratio debet pronunciari ante primam figuram artis Aſtronomiæ.

Confiteor ego tibi reus hodie Deus Pater cœli & terræ, conditor omnium viſibilium & inviſibilium, creaturarum omnium, atque virtutum omnium & gratiarum bonarum diſpenſator atque largitor. Qui abſcondis ſapientiam & ſcientiam tuam à ſuperbis & reprobis (ſibi non autem majeſtati tuæ fidentibus.) Humilia (Illumina) hodie cor meum, & ſtabilem fac intellectum meum, & mentem meam, & diligentem te fac conſcientiam meam, & ſigna hodie lumen vultus tui ſuper me, ut prorſus innovatus intelligens efficiar & ſtabilis in mandatis tuis: & emundatus ab omnibus operibus malis, prævaleam in ſcripturis & ſcientiis tuis, quas reſervaſti unicè tibi credentibus. O fortis & miſericordiſſime, & omnipotentiſſime Deus, ure cor, renes, internos ſenſus meos, corrobora hodie animam meam gratia Spiritus ſancti, & igne viſitationis ejuſdem gratiæ tuæ illumina me in fortitudine ſtabilitatis: præcinge lumbos meos, & baculum confortationis tuæ porrige in dextram meam, & doctrinas dirige in opera mea veras: ut eradicatus ſordibus & vitiis peccatorum meorum, prævaleam confortatus in dilectione miſericordiarum tuarum. Inſpira mihi Domine ſpiraculum vitæ, & auge mentem meam, & intellectum meum, & rationem meam, & mitte Spiritum ſanctum in me: ut in omnibus ſcripturis tuis exercitatus ſpiritus meus confortetur & augeatur. Oro, reſpice benignè, & conſidera Domine hodie dolorem mentis meæ, ut fiat voluntas mea confortata in te, & de cœlo mittere mihi digneris in terram conſolatorem Spiritum tuum, ut in ſtabilitate perfecta me muniat in præſenti, & in continuatione conferat ut confortet ad ea intelligenda, quæ deſidero. Da inventionem, ô fons omnis rationis perfectæ ſcientiæ locupletiſſimæ, ut auxilio tuo ſancto hæc merear obtinere, Amen.

*Ad confortationem ſenſuum interiorum & exteriorum.*

O Pientiſſime Deus, & miſericors, clemens Deus Pater, Deus omnipotens, omnia donans, fac mihi poſſibilia omnia credenti in poſſe vigore tuo, & adjuva me hodie pientiſſime Deus, ſicut miſericors fuiſti Adæ pœnitenti, qui ei ſubitam, per Omnipotentiæ tuæ miſericordiam, ſcientiam multarum agnitionum contuliſti artium: Confer mihi hodie per ejuſdem Omnipotentiæ tuæ miſericordiam, ut eam ſcientiam valeam adipiſci: Adeſto clementiſſime Pater operi hodie, & inſtrue me benigniſſimè. O Domine clementiſſime Jeſu Chriſte Fili Dei confirma aſpirando in me Spiritum ſanctum, qui à te & Patre procedit: conſolida opus meum hodie, & doce me, ut ambulem in Scripturis, & glorier in multitudine affluentis gratiæ tuæ: ut impetus fluminis tui ſanctiſſimi Spiritus civitatem cordis mei lætificet, divinam Scripturam inſpirando, & repleat cor meum omnimoda facundia, & viſitatio ſua ſancta vivificet me, & deleatur in me macula omnis vitii. Te quæſo Domine Deus meus incomprehenſibilis, ut gratia tua ſemper maneat ſuper me, & multiplicetur in me, & ſanabis Domine animam meam pietate tuæ inæſtimabilis clementiæ, & confortabis cor meum hodie & toto tempore vitæ meæ, ut quicquid audiero, intelligam, & quicquid intellexero, cuſtodiam: & quicquid cuſtodiero, memoriter teneam, & alios corde & lingua docili inſtruam notitiam tuæ inexhauſtæ bonitatis per hæc ſacramenta præfata, cooperante gratia Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.

*Hæc oratio cum præcedentibus debet legi pro memoria.*

Pie Pater, miſericors Fili, clemens Spiritus ſancte, Deus, Rex ineffabilis & ineſtimabilis, adoro, invoco & deprecor nomen ſanctum tuum ſuper affluentem æquitatem tuam, quatenus omnia ignoſcas & indulgeas miſerabilis mihi miſero peccatori præſumente in officium, quod aggreſſurus ſum de litteratura & occulta ſcientia cognoſcenda, & fac me Domine, ut efficaciter in me vigeat & invaleſcat. Aperi mihi Domine Deus aures meas potenter, ut audiam, & exterge lutum oculorum meorum, ut videam: dilata aures meas ut audiam: conforta manus, ut operer: conforta pedes meos, ut ambulem: expande nares meas, os meum & olfactum meum, ut ſentiam & loquar tibi placita ſemper, ad honorem nominis tui, quod eſt benedictum in ſecula ſeculorum, Amen.

Hæc



*Hæc oratio antequam legas, valet ad ſenſus interiores & exteriores.*

Extolle ſenſus carnis & animæ meæ ad te Domine Deus meus, & eleva cor meum hodie ad te, ut placeant verba & opera mea in conſpectu populi tui, & fulgeat omnipotentia tua magna, & miſericordia tua in viſceribus meis, & dilatetur mens mea in me, & indulceſcat eloquium tuum ſanctum in ore meo, ut quod legero vel audiero intelligam, & proferre ſciam, ſicut Adam intellexit: ſicut cuſtodivit Abraham, & ego cuſtodiam: ſicut memoriter tenuit Jacob, & ego teneam, ut in ſcripturarum tuarum virtute fundatus, radicatus, miſericordiæ tuæ fundamentum confirmatum glorier acquiſiſſe & delectatus in operib. manuum tuarum, juſtitiam & pacem mentis & corporis perſeverantem adipiſcar, & firmè cuſtodiam gratia Spiritus tui ſancti Domine plenaria in me operante, ut hoſtium viſibilium mihi adverſantium inſidias atque verſutias gaudeam ſuperaſſe, Amen.

*Iſta oratio cum præcedentibus dat memoriam, facundiam & ſtabilitatem.*

Omnium regnorum, viſibilium quoq; inviſibilium donorum diſpenſator, atq; Deus omnium voluntatum ordinator, conſilio tui ſpiritus diſpone, vivifica virtutem debilem mentis meæ, & ardeam in acceſſu voluntatis ſanctæ tuæ ad bonum: in beneplacito autem tui facias magnitudinem peccatorum meorum non aſpiciendo: largire mihi indigno, quod opto, & rationem cognoſcendi, intelligendi, memoriter retinendi in me confirma, & effectum bonum cum gratia ſenſibus meis accommoda, & juſtifica me in juſtificatione Spiritus ſancti, ut quicquid ex carnis macula & labe peccati contraxerim, divina potentia tua ineffabiliter abluat, pietas, qua in principio cœlum & terram creare voluiſti, ita ſpiritualis tua miſericordia reſtauret, qua hominem perditum ad regnum ſanctiſſimum revocare dignatus es: Tu Domine tua ſapientia & ſcientia attingens, diſponens omnia ſuaviter, omnes ſenſus meos facundos in me reſtituas, ut ego indignus peccator & miſer in omnibus operibus tuis confirmatus, & perſpicax & facundus, gratia Patris & Filii, & Spiritus ſancti largiente efficiar, operante, qui vivis & regnas trinus & unus, Amen.

*Oratio hæc ad recuperationem amiſſi ingenij debet pronunciari.*

Deus vivorum, dominator omnium creaturarum, viſibi-

lium & inviſibilium, adminiſtrator & fundator, omnia omnibus, ſingula ſingulis tribuens ſecundum naturæ facultatem. Ideo hodie gratia Spiritus ſancti cor meum illuſtret & multiplicet Spiritus ſanctus, & corroboret interiorem hominem: & fœcunda me rore gratiæ tuæ, qua Angelos inſtruxiſti: informa me largitate tuæ ſcientiæ, quam à principio fideles tuos docuiſti, ut operetur in me gratia ſeptiformis, & ſuperiori celeri impetu fluminis de Libano puteum conſcientiæ meę corrigat, repleat & exuberet, tu qui veniſti de cœlis ſuper aquas majeſtatis tuæ, & hujus ſacramenti in me confirmes mirabilia.

*Ad recuperationem gratiæ Spiritus Sancti.*

Profiteor tibi Deus meus hodie, Pater omnium, qui ſecreta cœleſtia revelas ſervis tuis, & terrena oſtendis: te deprecor ſuppliciter, majeſtatem tuam exoro, ut ſicut tu es Rex & Princeps noſtrarum cogitationum, exaudi hodie preces meas diligenter, dignanter opera mea dirige, & actiones cœleſtium virtutum in Spiritu ſancto prævaleant. Clamo ad te hodie, Deus meus, exaudi clamorem meum, ingemiſco ad te, exaudi gemitum cordis mei hodie, & ſemper ſpiritum meum, & animam meam, & totum corpus meum, ſub tutela Angelorum tuorum præſerva. Spiritus ſancte Deus, cujus charitas perpetua ac cœleſtis, cujus poſſeſſione cœlum & terra plena eſt, aſpira ad hanc operationem meam, & quod in laudis tui honorem devotè poſtulo, mihi concede. Spiritus ſanctus in me veniat, & regnet, & imperet, Amen.

*Oratio ad recuperationem ingenij & intellectus.*

Domine ego ſervus tuus, nunc tibi hodie confiteor coram majeſtate gloriæ tuæ, in cujus Spiritu ſunt omnis magnificentia & ſanctimonia: te deprecor ſecundum ineffabile nomen tuum, quatenus ad meæ operationis officium aures tuæ pietatis & clemens oculos tuos accommodes, & aperiente manum tuam gratiam quam deſidero ſatier, & fœcunder charitate & claritate, qua cœlum & terram fundaſti, qui vivis, &c.

*Iſtas orationes iam dictas proferas in primo die menſis, uſque ad quartum diem: in quarta autem ſolas ſequentes Alpha & Omega, & illam ſequentem, ſcilicet Heliſchemat azatan, ut habetur in principio, & poſtea dic:*

Theos



Theos Megale patyr ymas heth heldya hebeath heleotezygel Salatyel ſalus telh ſamel zadaziel zadan Sadiz leogio yemegas mengas omchon Myeroym Ezel Ezely yegrogamal Sameldach Someltaſanay Geltonama hanns Simon ſalte patyr oſyon hate haylos, Amen.

O lux mundi Deus immenſe, &c.

*Tanta facundia per hanc adaugetur, ut nihil ſupra.*

Thezay lemach oſſanlomach azabath azach azate geſſemon relaame azathabelial beliaiſonor tintingote amuſſiton ſebamay halbuchyre gemaybe tedayl hermayl textos ſepha pamphilos Cytrogroomon hapada lampda yochim yochyle tahencior yaſtamor Sadomegol gyeleiton zomagon Somaſgei baltea achetom gegerametos halyphala ſemean utangelſemon barya therica getraman ſechalmata balnat hariynos haylos halos genegat gemnegal ſancyalaix ſamartaix camael ſatabmal ſimalena gacyach ſalmancha ſabanon ſolo alſay ſiliмacroron zegas me bacherietas zemathim theameabal gezorabal craton henna glungh hariagil parimegos zamariel leozomach rex maleoſia miſſion zebmay aliaox gemois ſazayl neomagil Xe Xe Sepha caphamal azeton gezain holhanbihala ſemeanay gehoſynon caryacta gemyazan zeamphalachin zegelamen hathanatos, ſemach gerorabat ſyrnoſyel, halabo-em hebalot halebech tuos ſabot ydelmaſan faſior ſal ormegiozgoz neyather pharamshe forantes ſaza mogh ſchampeton ſadomth nepotz minaba zanon ſuafnezenon inhancon maninas gereuran gemmayh paſſamoth theon beth ſathamac hamolnem galſemariach nechomnan regnali phaga meſſyym demogempta teremegaiz ſalmach on alpibanon balon ſeprzurz ſapremo ſapiazte baryon aria uſyon ſamelzion ſepha athmiti ſobonan Armiſſiton tintingit telo ylon uſyon, Amen.

Azay lemach azaegeſſemon thelamech azabhaihal ſezyon ttahto emagal gyeotheon ſamegon pamphilos ſitragramon limpda tachim alna habos genonagal ſamalayp camiel ſecal hanagogan heſelemach getal ſam ſademõ ſebmaſſan ttaphon oriagipam thonagas tyngen amiſſus coyſodamã aſſonnap ſeualy ſodan alup theqnantriatos copha anaphial Azathon azaza hamel hyala ſaraman gelyor ſynon banadacha gennan ſayſſetal maga halgozaman ſetraphangon zegelune Athanaſthai ſenach zere zabal ſomayel leoſamach githacal halebriatos laboy del maſan negbare phacamech ſchon nehoox cheriſemach gethazayhy amilya ſeme ames gemay paſſaynach ta



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

gayl agamal fragal meſi themegemach ſamalacha nabolem zopmon uſyon fclam ſemeſſi theon, Amen.

*Sequitur tertia pars ſignum Lemach.*

Lemach ſabrice elchyan gezagan tomaſpin hegety gemial exyophyam ſoratum ſulathahom bezapha ſaphatez Calmichan ſamolich lena zotha phete him hapnies ſengengeon lethis, Amen.

*Ad Memoriam.*

Deus ſumme inviſibilis Theos patyr behominas Cadagamias imas per ſanctos Angelos tuos, qui Michael medicina Dei, Raphaël fortitudo Dei: Gabriel ardens holy per amaſſan Cherubin gelommeios Seraphin gedabanan tochroſi gade anathon zatraman zamanaty gebrienan plenitudo ſancte Cherubins per omnes tuos Angelos, & per omnes tuos Archangelos glorioſos, quorum nomina à Deo conſecrata, quæ à nobis proferri non debent, quæ ſunt hæc, dichal, dehel, depymon exluſe exmegon pharconas Nanagon hoſſyel ozogon gathena ramon garbona uramani Mogon hamas: & quæ humani ſenſus apprehendere non poſſunt, te quæſo Domine, illumina conſcientiam meam ſplendore tui luminis, & illuſtra, & confirma intellectum meum odore ſuavitatis Spiritus ſancti, adorna animam meam, ut audienda audiam, & audita memoriter teneam, reforma cor meum Domine, placa piiſſime viſcera mea, memoriam, aperi mitiſſime os meum: tempera benigniſſime linguam meam per glorioſum & ineffabile nomen tuum, qui es fons totius pietatis, habeas patientiam in me, & memoriam da mihi, &c.

Iſtæ orationes quarta luna, ſcilicet Hely ſchemath: Alpha & omega, Theos megale. O lux mundi, Azay lemach, Deus ſumme te quaſo: Debent proferri in 8. & 12. & 16. 20. 24. 28. 30. & in iſtis quibuslibet lunationib. proferas quater, in ſummo mane ſemel, circa tertiam ſemel, circa nonam ſemel, circa veſperas ſemel. Et nota, quòd in aliis diebus nunquam proferas, ſed illas quas protuliſti prima die, quæ ſunt: Alpha & omega helyſchemat, Omnipotens incomprehenſibilis, Adoro te: Confiteor ego reus, ô Theos hazamagiel, Domine Deus miſericors, extolle ſenſus carnis, omnium regnorum Deus vivorum: confiteor hodie tibi Domine ego ſervus tuus. Illas orationes jam dictas proferas in aliis dieb. in ſummo mane ſemel, circa tertiam ſemel, circa nonam ſemel, circa veſperas ſemel: Et ſic acquires



acquires memoriam tantam & facundiam & ſtabilitatem earum plenariè, Amen.

*Concluſio operis totius, & confirmatio ſcientiæ acquiſitæ.*

Conditor omnium rerum Deus, qui cuncta ex nihilo creaſti: qui gradatim omnia mirabiliter ordinando feciſti in principio cœlum & terram, & cum tuo Filio, per quem omnia facta ſunt, in quo omnia finaliter rectè retinentur, qui Alpha & Omega nuncuparis, te quæſo, licèt indignus peccator, ut ad finem optatum in hac ſacratiſſima arte poſſim celeriter pervenire, & non in peccatis meis exigentibus valeam amittere, cum bono fiat mihi ſecundum illam ineffabilem miſericordiam tuam: quia non ſecundum peccata noſtra fecit nobis Deus, neque ſecundum iniquitates noſtras retribuat nobis, Amen.

*Confirmationem cum concluſione flexis genibus devotè dicas ſemper in fine.*

O Sapientia DEI Patris incomprehenſibilis, Fili clementiſſime, tribue mihi per ineffabilem miſericordiam ſummæ ſcientiæ bonum, ſicut mirabiliter omnem ſcientiam Regi Salomoni dignatus es largiri, non aſpiciendo ejus ſcelera vel peccata, ſed miſericorditer futurorum donum. Proinde clementiſſime deprecor & exoro, quatenus mihi viliſſimo peccatori aperias miſericordiarum tuarum largitatem, & in hac arte tribuas mihi talem finem, per quem in me manus tuæ largitatis potenter largiatur, ut ab hac media via impia valeat conſtringere, & per lumen & ſemitas tuas valeam devotius ambulare, & jube me aliis inde exemplum tribuere, per quod poſſint omnes qui viderint me, & audiverint, à vitiis reſilire, & te per cuncta piè ſecula laudare, Amen. Sit nomen Domini benedictum, &c.

Has duas orationes ſemper in fine proferas, ut confirment arte ſcientiam acquiſitam.

*Benedictio loci.*

Benedic Domine locum iſtum, ut ſit in eo ſancta ſanctitas, caſtitas, manſuetudo, virtus, victoria, ſanctimonia, humilitas, bonitas, plenitudo legis, obedientia Patri, Filio, & Spiritui S. Exaudi me Domine ſancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris ſanctum Angelum tuum Michaëlem, qui me cuſtodiat, protegat, foveat & viſitet me habitantem in hoc habitaculo, per eum qui, &c.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Si vis operari, neceſſe eſt inſpicere lunationes. Iſti menſes ſunt intelligendi, in quibus ☉ regnat in ♊ ♍ ut Auguſtus Junius, Julius, & ☉ ente in ♈ ♊ ♌ ♎ ♉ in iſtis ſignis incipias.

In Nomine Domini incipit ARS ſanctiſſima, quam Altiſſimus DEUS Salomoni ſuper altare per Angelum miniſtravit, ut per eam ſubitò, & per breve tempus in omni ſcientia fundaretur, & ſcias, in his orationibus contineri ſcientias licitas & illicitas. Primò, ſi orationes pertinentes ad memoriam & eloquentiam & intelligentiam, & ad illorum ſtabilitatem protuleris, augebunt ea omnia, ita quòd vix linguam reſervare poteris: quoniam omnia in ſolo verbo creata ſunt, & ſolo verbo ſtant omnia creata, & omne ſacramentum, & Deus eſt ipſum verbum. Credat ergò operans poſſe haberi tantam ſciẽtiam & ſapientiam in proferendis orationibus his, quia petenti firma fide, omnia poſſibilia apud Deum, ut obtineat. Item operans procedat in opere, fide, ſpe, & deſiderio, ſcil. quòd habeat firmam ſpem, rectam fidem, charitatem perfectam, & magnum deſiderium firmiter credendo, quia nihil habemus niſi per fidem. Ideò non eſt dubitandum in hujus artis operatione. Et ſunt tres ſpecies, per quas hæc ars poteſt haberi.

Prima ſpecies eſt Oratio. & eſt piæ mentis ratio, in vocem deprecationis non tentando, ſed legendo in ſua interiora prorumpens. Secunda ſpecies eſt Jejunium, & orantem exaudit DEUS hominem. Tertia ſpecies eſt caſtitas, qui vult hanc artem operari, videat quòd ſit ad minus mundus ad operis implementum per novem dies. Ante artis inceptionem, cum in primis operari vis, neceſſe eſt ut poſſis cognoſcere Lunam primam, quando videl. Luna eſt in tactu primo, tunc in iſta arte eſt. Vide ergò quando incipis operari duos ante manſionem, & ad ſuſcipiendum tam ſacratiſſimum opus, & confitearis quantò melius poteris Creatori, & ulterius debes cavere à peccatis mortalibus: & ad minus dum procedis in iſto opere, donec opus compleatur. & dum inceperis operari, dic flexis genibus hunc verſum: Illumina Domine vultum tuum ſuper me Domine Deus meus, & non derelinquas me N. ſperantem in te. Et dic tribus vicibus Pater noſter. Et tunc pone quod perjurium voluntarium nunquam velis perpetrare, ſed ſemper in fide, ſpe velis perſeverare. Hoc facto, flexis genibus dic in illo loco, in quo velis operari: Adjutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: & introibo ad invocatio-

nem



nem Altiſſimi, ad eum qui illuſtret, purificet animam & conſcientiam meam. Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Aperi Domine quæſo dubia cordis mei, & mutabis me in novum hominem dilectionis tuæ, eſto mihi Domine fides recta: ſpes vitæ, charitas perfecta, ad enarrandum mirabilia tua. Oremus. Dic Orationem ſequentem.

Deus qui es Deus meus, à principio omnia creaſti ex nihilo, qui Spiritu tuo omnia reformaſti, reſtaura conſcientiam meam, & ſana intellectum meum, ut glorificem te per omnia opera mea cogitationum & verborum: conſcientiam emenda per eum qui tecum vivit in æternum.

Nunc in CHRISTI nomine prima die menſis, in quo vis acquirere memoriam, facundiam, & intelligentiam, & illarum ſtabilitatem cum corde perfecto, corde contrito, cum dolore de peccatis perpetratis, corde bono & optimo: incipias proferre iſtas orationes quæ ſequuntur, quæ pertinent ad memoriam in omnem ſcientiam habendam, & quæ compoſitæ ſunt & delatæ Salomoni per Angelum à manu Dei.

Prima oratio & ultima hujus artis. Alpha & ω. Deus omnipotens, &c.

Hanc ſequi debet oratio quatuor linguarum, quæ eſt hæc: Hely, Schemat, Azatan, honiel ſichut, tam imel, Jatatandema, Jetromiam, theos, Deus piẽ & fortil, Hamacha, mas, Gottneman, Alazaman, Actuaar, Secheahal, Salmazan, zay, zoieracim, Lam hay, Maſaraman, grenſi zamach, heliamat, ſeman, ſelmar, yetroſaman, muchaet, veſar, haſarian Azaniz, Azamet Amathemach herſomini, & tu ſacroſancte pie Deus, & incomprehenſibilis in omnibus operibus quæ ſunt ſancta, juſta & bona, magol, Achtlmetor, ſamalſace, yana, Eman, & cogige, maimegas, zemmail, Azan etan, illebatha ſacraman, reonas, grome, zebaman, zeyhoman, zeonoma, melas, heman, hathoterma, yatarmam, ſemen, ſemetary. Amen. Hanc ſequi debet oratio prima de decem, quàm ſuperius invenies.

*Ad omne opus agendum.*

Hæc ſcribi debuit ſuperius poſt tertiam orationem, Confiteor. O Theos hazamagiel gezuzan, ſazaman, Sathaman, getormantas, ſalathiel, neſomel, megal vuieghama, yazamir, zeyhaman, hamamal amna, niſza, deleth, hazamaloth, moy pamazathoran hanaſuelnea, ſacromomem, gegonoman, zaramacham Cades bachet girtaſſoman gyſeton palaphatos halathel Oſachynan machay, Amen.

EXPE-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

EXPERIMENTUM verum & probatum ad intelli-
gendum omnes artes & ſecreta totius mundi, & omnem the-
ſaurum & mineralia effodi poſſunt: hoc de Angelo cœleſti re-
velatur in hac arte notoria. Narrat etiam hæc ars de contin-
gentibus futuriſque: ſenſuſque reddit habiles ad omnes artes,
brevi ſub compendio, brevique temporis ſui divino miniſte-
rio. Item dicendum eſt de tempore & loco. Primò autem o-
mnia præcepta conſervanda erunt, debetque operans eſſe pu-
rus, & ſancta confeſſione prima pœnituiſſe, & amplius à pec-
catis ceſſare cupiens, vel etiamſi laicus tractatus qualeſcunque
voluerit inveſtigare, tali conditione ut eſt, procedat, & plena-
riè inveſtigabit quodlibet opus divino miniſterio.

Cum igitur operari volueris in Novilunio, cum primò eam
inſpicis, dic flexis genibus hunc verſum: Illumina Domine
vultum tuum ſuper nos, & ne derelinquas nos Domine Deus
noſter, & dic tribus vicibus Pater noſter. Et poſt hoc vovet
Deo, quod nunquam voluntarium perjurium volet perpetra-
re, & quod ſemper in fide Catholica velit perſeverare. Hoc
facto de nocte genibus flexis dic ante lectum tuum: Adjuto-
rium noſtrum in nomine Domini, &c. Et Pſalmum: Qui ha-
bitat in adjutorio altiſſimi, uſque ad finem, & orationem Do-
minicam, & orationem ſequentem.

Theos pater vehemens, Angelorum Deus, rogo & invoco
te per ſanctiſſimos Angelos tuos Eliphamaſay gelomicros ge-
dobonai Saromana elomnia: & per Angelos tuos, quorum a-
deò conſecrata ſunt nomina, ut à nobis proferri non debeant,
quæ ſunt hæc: de: el: x p n k h t l i g y y de humanis ſenſibus fa-
ri non poſſunt, nec comprehendi, te quæſo munda conſcien-
tiam meam ſplendore nominis tui, illuſtra & confirma intel-
lectum meum per Spiritum S. in odore ſuavitatis: adorna Do-
mine animam meam, ut audita intelligam, & intellecta me-
moriter teneam: Reforma Domine cor meum, reſtaura Do-
mine Deus ſenſum meum, placa piiſſime Deus viſcera mea, a-
peri mitiſſime os meum, tempera piiſſime linguam meam ad
laudem & gloriam nominis tui, per glorioſum & ineffabile
nomen tuum Domine, qui es fons bonitatis, & totius pietatis
origo, habe patientiam in me, & da mihi verum intellectum,
ſcil. non plus ſapere quàm oportet, & iſtud memoriter retine-
re, tu qui peccantem non ſtatim judicas, ſed pœnitentiam mi-
ſertus expectas, te quæſo indignus, ut facinorum & ſcelerum
meorum ſqualores abſtergas, & me petitione tanta per An-
gelorum tuorum virtutes, de quibus præfatus ſum, effica-
cem



ſem facias, ad laudem & gloriam tui nominis, qui in Trinita-
te perfecta vivis ac regnas Deus, per omnia ſecula ſeculorum,
Amen.

*Sequuntur alia præcepta in hoc opere ſer-
vanda.*

Sequenti die jejuna in pane & ▽ dando eleemoſynam, &
ſi fuerit dies Dominicus, tunc duplica eleemoſynam, & expia-
bit jejunium, ſis mundus in corpore & anima, & ſi fuerit feria-
lis dies, balneare, & mundis veſtibus induaris.

*Sequitur proceſſus.*

Cum ergo operare volueris de aliquo difficili problemate,
ſeu quæſtione, flexis genibus ante lectum tuum purè confite-
te Deo Patri, factaque confeſſione dic hanc orationem.

Mitte Domine ſedium tuarum aſſiſtricem Sapientiam, ut
mecum ſit & mecum laboret, & ſciam quid acceptum ſit co-
ram te omni tempore, & ut mihi N. manifeſtetur veritas hu-
jus quæſtionis vel artis.

Hoc dicto, ter in die ſequenti cum ſurrexeris regratiare te
oportet DEO omnipotenti dicendo. Gloria, & honor, &
benedictio ſit ſedenti ſuper thronum, viventi in ſecula ſeculo-
rum, AMEN. Flexis genibus, & manibus expanſis.

Si autem volueris habere notitiam alicujus libri, quære ab
aliquo ſciente, unde tractat liber: hoc facto aperi librum in i-
pſo legendo, pòſt operare ut prius dictum eſt, tribus vicibus,
& ſemper cum is dormitum, ſcribe † & poſtea verò Alpha &
Omega, & in dextro latere obdormias locando palmam ſub-
tus aurem & videbis ſomniari omnia quæ optabis. Et audies
vocem perſonæ te informantis in illo libro, vel in alia faculta-
te quacunque, de qua operaris. Facto autem manè aperi li-
brum in ipſo legendo, & ſtatim habebis ejus intellectum, ac ſi
longo temporis uſu in ipſo ſtuduiſſes, & ſemper regratiare
Deo ſic dictum eſt.

Poſteà prima die dic hanc orationem. O pater creaturarum
omnium opifex, per tuam ineffabilem potentiam, qua omnia
condidiſti, excita potentiam tuam & veni ad me ſalvandum,
protegendo me ab omni adverſitate corporis & animæ, Amen.
De Filio verò. CHRISTE Fili Dei vivi, qui es ſplendor &
figura luminis, apud quē non eſt transmutatio, nec viciſſitudi-
nis obumbratio, ut verbum Dei altiſſimi, tu ſapientia Patris,
aperi mihi indigno famulo tuo N. venas Spiritus ſalutaris, ut
ſapienter intelligam, & intellecta memoriter teneam, ut enar-
rem u-

rem universa mirabilia tua. O ſapientia qui ex ore Altiſſimi prodiiſti, attingens à fine uſque ad finem fortiter, ſuaviter diſponenſque omnia, veni ad docendum me viam prudentiæ. Deus qui diſcipulis tuis ſanctum dediſti Spiritum, & eorum corda illuſtrare & docere dignatus es, tribue mihi indigno famulo tuo N. in eodem Spiritu rectè ſapere, & in ejus conſolatione ſemper gaudere.

*Alia præcepta.*

Finitis iſtis orationibus, & datis eleemoſynis, devotè cum intraveris cubiculum tuum, proſternas te ante lectum tuum, dicendo Pſal. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et: In te Domine ſperavi, ſicut ſolet legi in Completorio: & his dictis erige te, & vade ad parietem, & expande manus tuas in modum crucis faciendo vel habendo duos clavos fixos, quibus manus ſuſtentas dicendo hanc orationem quæ ſequitur tota mentis devotione.

Deus qui pro nobis miſeris peccatoribus crucis patibulum & mortis ſupplicium ſubire voluiſti, cui etiam Abraham filium ſuum immolavit Iſaac. Tibi ego hodie indignus famulus tuus peccator & multis malis perplexus immolo & ſacrifico animam meam & corpus meum, ut mihi ſapientiam ſalutarem infuas & inſpires qui Prophetis ſpiritum Propheticum indidiſti.

Poſt hoc dic Pſal. Verba mea auribus percipe Domine, &c. Et ſubjunge: Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco paſcuæ ibi me collocavit indignum famulum ſuum N. ſuper aquas refectionis educat me, animam meam convertat, & educat me N. ſuper ſemitas juſtitiæ propter nomen ſuum ſanctum. Veſpertina oratio deſcendat ad te Domine, & deſcendat ſuper me indignum famulum tuum N. Miſericordia tua, protege, ſalva, benedic, ſanctifica me per ſignaculum ſanctæ Crucis, ut ſit mihi obſtaculum contra ſæva jacula omnium inimicorum meorum: defende me Domine per lignum ſanctum & per precium juſti ſanguinis tui cum quo me redemiſti, qui vivis & regnas Deus: cujus ſapientia cœlum ſtabilivit, terram formavit & mare in termino ſuo collocavit, & omnes creaturas per ſimplicem emanationem condidit: & hominem de limo terræ ad imaginem & ſimilitudinem ſuam plaſmavit: qui Salomoni filio regis David ſapientiam inæſtimabilem donavit, Prophetis propheticam ſcientiam tribuit. Philoſophis philoſophicam ſcientiam mirificè inflavit. Apoſtolis fortitudi-



titudinem elargitus eſt, Martyres confortavit, Confeſſores ſanctimoniis confirmavit, Virgines virginitatis flore conſervavit: qui ab æterno electos ſuos exaltat & providè prælegit, multiplica ſuper me indignum famulum tuum N. Domine Deus miſericordiam tuam, dando mihi ingenium docile & intellectum virtutibus & ſcientiis decoratum, memoriam firmam, ut mirabiliter retineam aſſequens adipiſcar, & celſitudine tui nominis ineffabiliter ſubſerviens valeam complacere: & illumina Domine vultum tuum ſuper me Deus meus ſperantem in te. Veni ad docendum me Domine Deus virtutum, & oſtende mihi faciem tuam, & ſalvus ero. Et ſubjunge Pſal. Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido: excepto illo verſu, Confundantur.

His completis in pariete deſcende ante lectum tuum, ſcribens in dextra palma Alpha & Omega: & tunc ponens te dormitum ſi dormias, tenendo in dextro latere palmam ſub dextra aure, & videbis magnificentiam Dei quam optaſti. Manè autem flexis genibus ante lectum tuum regratiare Deo pro his quæ tibi revelavit. Gratias tibi ago Deus magne & mirabilis, qui dediſti ſalutem & perſpicacitatem ſcientiarum mihi indigno famulo tuo N. & confirma hanc Deus quam operatus es in me ſalubriter cõſervando, gratias ago tibi Domine Deus immenſe, qui me miſerum peccatorem cum non eſſem creaſti, & cum perditus eſſem pretioſo ſanguine filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti me redemiſti, & cum ignorarem doctrina ac ſcientia ſalutari, concede quæſo mihi indigno famulo tuo N. Domine Jeſu Chriſte ut per hanc ſcientiam in tuo ſancto ſervitio ſemper ſtabilis merear inveniri, Amen

Completa totali operatione & devotè peracta, omni die deinceps regratiare de his ultimo dictis orationibus. Cum autem legere vel ſtudere volueris, vel diſputare dic. Memor eſto verbi tui ſervo tuo Domine, in quo mihi ſpem dediſti, hic me conſolatus eſt in humilitate mea: & ſubjunges orationes has: Recordare mei Domine omni potentatui dominans, da ſermonem rectum & benè ſonantem in os meum, ut alios informem & audiar efficaciter ad laudem & ad gloriam & honorem nominis tui glorioſi qui eſt α & ω benedictus in ſecula ſeculorum. Tunc ſub ſilentio dic has orationes: O Domine Deus innova ſigna & immuta mirabilia Spiritu ſapientiæ & intellectus & facundiæ me replendo: & pone os meum ut gladium acutum, & linguam meam ut ſagittam electam, & verba oris mei confirma ad omnem ſapientiam, corda quoque

quę audientium liquefac deſiderent ſuſcipere Elyſenac tzacham, &c.

*De modo conſecrandi figuram memoriæ.*

Debet conſecrari ſumma fide, ſpe & charitate, & cum jam fuerit conſecrata, ſerva & ea ſic utaris in operatione.

Primò die novilunii inſpecta nova luna, pone eam ſub dextra aure, & conſequenter in aliis noctibus, & cum de die eam inſpicias ſeptem vicibus. Primo in hora matutinali dicendo Pſalmum. Qui habitat, per totum & orationem dominicam ſemel & orationem Theos patyr ſemel in hora prima diei. Et dic deinde Pſalmum, Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audiviſti omnia verba oris mei, & orationem dominicam bis, & orationem Theos patyr bis. In hora tertia diei Pſalmum: Benedicat anima mea Dominum, & omnia quę intra me ſunt, & orationem dominicam ter, & orationem Theos patyr. In hora ſexta dic Pſalmum: Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine, ſecundum eloquium tuum: da mihi memoriam, & vocem meam audi ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum auditum tuum da mihi facundiam. Eructabunt labia mea imperium cum docueris me glorificationes tuas. Gloria patri, &c. Orationem dominicam novies & Theos patyr. In hora nona dic Pſalmum Beati immaculati in via, & orationem dominicam 12. & orationem Theos patyr. In hora veſperorum dic Pſalmum: Deus miſereatur noſtri, & orationem dominicam 15. & Theos patyr toties. In hora Completorii dic Pſal. Deus meus reſpice in me, & Deus in adjutorium meum intende, & te Deum laudamus, & orationem dominicam ſemel & Theos patyr. Et iſta oratio quæ ſequitur bis dum profertur.

Deus qui omnia numero, pondere, menſura horarum dierum & noctium patens diviſio, qui ſemper ſtellas ſolus dinumeras, metire me, tribue conſtantiam efficacem, ut in hujus artis N. vera cognitione te diligam, & munus tuæ pietatis cognoſcam, qui vivis & regnas, &c.

*Per quatuor dies conſecratur figura memoriæ per orationes: O pater creaturarum omnium Solis & Lunæ.*

Tunc ultima die debet ſe balneare & mundis veſtibus ſe induere, mundis lectiſterniis uti in loco ſecretum ſuffumiget thure, & venias in nocte hora debita cum incenſo lumine, ut nemo



nemo te videat, & ante lectum genibus flexis dic ſumma cum devotione hanc orationem.

Summe Pater piiſſime, novies vel ſepties, poſtea reſpicias figuram cum reverentia circa caput, & obdormias in lecto indutus lineis veſtibus mundis, & non dubites quicquid petieris obtinebis; & eſt per multos probatum quibus cōceſſa ſunt ſecreta cœleſtia regni. Amen.




*Sequitur oratio, quam dicere debes, ut ſupra ſtat.*

Summe Deus, Pater piiſſime, ſanctorum ſanctificator ſanctiſſime, trinus & vnus, altiſſime rex regum, fortiſſime Deus, omnipotens glorioſiſſime & diſpenſator prudentiſſime, moderator, rector omnium creaturarum, viſibilium & inviſibilium, Deus potentiſſime, cuius terribilis & ineffabilis maieſtas metuenda, cuius omnipotentia cœlum & terra, mare, infernus, & omnia quæ continet, quam mundi machina admirantur & venerantur, tremunt & obediunt, Deus Sabaoth, invincibilis Deus fortiſſimus inſuperabilis, Deus magnus & immenſus, quem capit nullus ſenſus, ſuper omnia amabilis, inſtructor admirabilis, eruditor invincibilis magiſtrorum, ex



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tunc doctor doctorum ſapientiſſime, ſimplicium inſtructor
mitiſſime, amator humilium benigniſſime, Deus ſcientiarum
& Deus ſapientiarum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ
& bonæ ſcientiæ, qui ſolus abſque labore & ſine mora ſapien-
tiam & omnem ſcientiam quemvis hominem docere ſcis &
potes, ſi vis, qui es præſentium, præteritorum, & futurorum
pervigil, inſpector, & omnium cordium aſſiduꝰ perſcrutator,
per quem ſumus, vivimus & moriemur: qui ſedes ſuper Che-
rubin, intueris ſolꝰ, abyſſos diſponis, diſcernis, regis & dirigis
univerſa: cõfiteor hodie corã ſancta & tremẽda nimis ineffa-
biliter glorioſa maieſtate & corã omnium cœleſtium virtutũ
& poteſtatum conſortio glorioſam maieſtatem laudans, ac
benedicens te Deum & Dominum meum & invocans nomen
tuum magnum, & mirabile ſuper me, & quod eſt ſuper omne
nomen: deprecor itaq; te altiſſime Domine omnipotens, ad-
orande, colende, tremende Deus magne Adonay & omnium
beatitudinum, dignitatum, latitudinum, mirabilis diſpenſa-
tor omnium bonorum optimorum cuiuſque vis, largiſſimus
erogator, ut clementer, abuntanter & permanenter digneris
ſuper me hodie multiplex donum Spiritus ſancti gratiæ in-
fundere. Et nunc te clementiſſime Domine, qui Adam primũ
hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ tuam creare dignatus
es immittere, dignare & cõfortare templum corporis mei, &
velis in toto corde meo hoſpitari, deſcendẽs á ſplendidiſſimo
templo cœlorum lucidiſſimo gratiæ & ineffabili maieſtatis
omnipotentiæ, ſecundum quod mirabiliter in ſanctis fideli-
bus tuis operatꝰ es, ſic mitte mihi hodie altiſſime & benigniſ-
ſime rex æternæ gloriæ Deus admirabilis & ſanctiſſime deſce-
de glorioſæ maieſtatis dominationis tuæ multiplicem bene-
dictus ſeptiformis gratiæ tuæ Spiritum ſapientiæ & intelle-
ctus, Spiritum fortitudinis & conſilii, ſpiritũ ſcientiæ & pie-
tatis, ſpiritum timoris & amoris tui ad cognoſcendum tuam
incomprehenſibilem voluntatem & ad proficienda & intelli-
genda, & miranda valdè ſancta myſteria tua & occulta ſapiẽ-
tiæ tuæ, quæ manifeſtare te decent, & quæ latent & expediãt
tuis ſcire: Sed ut valeam mihi inveſtigare & cõprehendi pro-
fundam benignitatem, ineffabilem dulcedinẽ miſericordiæ
tuæ immenſæ pietatis & divinitatis tuæ. Et nunc tu ipſe cle-
mentiſſime Domine, qui olim in faciem primi hominis in-
ſpiraſti ſpiritũ vitæ, digneris hodie in corde meo clementer &
permanenter infundere unum & verum & ſubtilem & per-
ſeverantem, valentem, rectum & perfectum in omnibus, intel-
lectum,



lectum, memoriam indeficientem vivacem & tenacem: effi-
cacem facundiam ſancti ſpiritus gratiam mellitam, ignitam,
& expeditam, & perfluentem, ut de multiplicatione benedi-
ctionum tuarũm & largiflua permanenter dotatus, omnia
contemnenda deſpiciam & te ſolum Deus omnium, qui es ve-
rum ſummum & ſalutiferum & inæſtimabile omne bonum,
ſuper omnia ardenter glorificem, laudem, adorem, benedi-
cam & exaltem, te regem regum & dominum dominantium
in omni tempore, & ſemper laus tuæ magnificentiæ, tuæ mi-
ſericordiæ & omnipotētię ſit in ore meo, & anima mea flam-
meſcat iugiter & in æternum coram te: qui es omnipotens
Deus, omnium rex, pax ſumma & ſapientia vera, dulcedo in-
ſatiabilis, ſuavitas inæſtimabilis, ineffabile gaudium omnium
bonorum, deſiderium beatorum, vita, ſocietas & finis glorio-
ſis: qui fuit ab æterno & eſt & ſemper erit virtus invincibilis,
ſolus impaſſibilis, ſplendor inextinguibilis, benedictio & cla-
ritas, honor, laus, & venerabilis gloria ante & ultra omnia
ſecula ſeculorum tempora, Amen.

*Oratio ſequens habet vim repellendi omnem libidinem voluptatis.*

O Domine ſanctæ pater omnipotens æterne Deus, inæſti-
mabilis miſericordiæ & pietatis immenſæ. Ieſu Chriſte
piiſſime conditor, reparator & gubernator generis humani.
Spiritus ſancte paracletus fidelium omnium amator, qui tri-
bus digitis apprehẽdiſti molem terræ, libras in pondere, mõ-
tes & colles in ſtatera, & qui facis inſcrutabilia & magna mi-
rabilia ſolus: cum nihil ſit quod poſſit reſiſtere tuæ voluntati,
cuius viæ inveſtigabiles, defende animam meam & libera cor
meum de pravis huius mundi cogitationibus: incenſus, libi-
dines, & omnes fornicationes in me potenter extingue & re-
prime, ut actibus tuis intentiùs delectetur, & augeatur in
me virtus Spiritus ſancti per ſalutem & remunerationem fi-
delium in ſalutem animæ meæ, & corporis mei ac cordis mei.
Summe piiſſime Deus, conditor ac redemptor & reparator
generis humani, ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ, opus
manuum tuarum. Miſericordiſſime Deus & redemptor, an-
te conſpectum tuæ Maieſtatis immenſæ gemebundus aſſi-
ſto clamans, deprecans, poſtulans inſtanter toto cordis affe-
ctu, ut me miſerum peccatorem de tua magna miſericordia
confidentem recipias, me ſcientiis ac ſcripturis eloquentem



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

audiverint verba mea, in corde ſuo melliflua ſentiant, qui viderint & audierint ſapientes, manſueti, ſuperbi, humiles, cunctantes, & tanta humilitate audiant, intelligant, & mea verba bene ſentiant melliflua, deifica, pacifica tuorum beneficiorũ exhibitorum conſiderata, qui vivis & regnas nunc & in æternum, Amen.

Nota. Si aliquid tibi ignotum ſcire volueris, & maximè de ſcientiis, lege iſtam orationem : Confiteor tibi Pater hodie cœli & terræ, trina vice, & ſemper in fine debes exprimere id pro quo poſtulas exaudiri. Poſtea de ſero quando volueris ire dormitum, dicas flexis genibus orationem Theos per totum deinde pſalmum : Qui habitat, cum verſiculo, Emitte Spiritum tuum: Et vade dormitum, & cape figuram ad hoc deputatam, & pone ſub aure dextera, & hora ſecunda noctis vel tertia videbis ea quæ poſtulaſti, & ſcias ſine dubio, quia experieris, & ſcribe ad manum dextram Alpha & Omega, cum ſigno Crucis, & pone eandem manum ſub aure dextera, & eadem die ieiunabis in cibis quadrageſimalibus ſemel comedendo.

FINIS.

DE



# DE INCANTATIONE ET ADIVRATIONE, COLLIQVE SVSpenſione, Epiſtola incerti Authoris.

QVæſiſti, Fili chariſſime, de incantatione, adiuratione, & colli ſuſpenſione, ſi quid poſſent prodeſſe. & an invenerim in libris Græcorum hoc, qualiter in Indorum libris eſt invenire. Cui quæſtioni compendioſe in hac Epiſtola conor reſpondere. Omnes inquam antiqui in hoc videntur eſſe concordati, corporis complexionem animę ſequi virtutem : quæ ſi ſit æqualiter temperata, actio quoque corporis æquè erit perfecta. Vnde, quia virtutes animæ in pueris, ſenibus, & mulieribus imperfectæ plurimum eſſe videntur, complexio quoq; corporis eorum imperfecta eſſe cōprobatur : & hæc imperfectio ſimiliter habitatoribus intemperatæ regionis contingit, utpote, caliditatis Æthiopiæ, & frigiditatis Scythiæ. Cur, inquam, mens humana rem aliquam licet naturaliter non iuvantē, ſi prodeſſe certificat, ex ſola mētis intentione corpus res illa iuvat. Verbi gratia: Si quis incātationem ſibi prodeſſe confidat, qualiſcunq; ſit, eum tamen adiuvat. Si enim, ut diximus, complexio corporis virtutem ſequatur animæ, neceſſe eſt taliter rem ſe habere, quod certificatur ex timore, triſtitia, lætitia, ſtupore, quibus non ſolum corpus in calore mutatur, ſed etiam in aliis rebus, utpote vētris ſolutione, ſive conſtipatione, vel nimia defectione. Ego autem vidi iſta ſanitatis diuturnarum paſſionum fuiſſe cauſas, maximè illarum quæ corruptiones ſunt mentium : in ſanis a. fuère infirmitatis cauſæ hæc eadem. Vnde Socrates, Incantationis verba ſunt decipientia rationabiles animas, aut ſecundùm interpretationem, aut ſecundùm timoris incuſſionem, aut ſecundum deſperationem. Indi autem Medicinam confidunt incantatione. ſine adiuratione iuvare : Græci verò antiqui Medici dicunt hæc, animam erroneam in perfectionem ſui revocare, qua revocata. neceſſe eſt corpus revocetur ab ipſa, cùm complexionem corporis virtutem animæ conſtet ſequi. Vnde Gaenus ſuper libros Hippocratis de Humoribus : Si quis, inquit, dixerit, humores corporis mutatos itidē mutare & actiones animæ, ut animæ actio mutata, mutet eoſdē :



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

non errabit, quod certificatur: quia cui cholerica complexio
dominatur, fit inde iracundus, & econverſò, inde ſæpè iraſ-
centibus & cholera augmentatur. Neceſſe eſt ergo complex-
ſione animæ, corperis complexionem, & corporis mutare a-
nimalem. Idem Galenus: intellectus & ſcientia in anima ex
complexione augmentatur cholerica: continentia & ſtudio-
ſitas, ex melancholia: deambulatio verò & delectatio, ex cō-
plexione ſanguinea. Phlegma nihil adeò iuvat virtutem ani-
mæ, niſi in prima guſtatorum mutatione. Conſtat ergo quia
ſi Medic⁹ animæ complexionem quoquo modo adiuverit in-
cantatione, adiuratione, ſive colli ſuſpenſione, corporis quo-
que cōplexionem adiutam eſſe. Si autem his conveniens ad-
iungitur Medicina, velocior & prefectior conſequetur ſani-
tas, cùm Medicina corpus, incantatione anima adiuvetur.
Quibus coniunctis neceſſe eſt ſanitatem citius conſequi. I-
tem Galenus: Sunt homines læti naturaliter, & delicioſi: qui
cum infirmentur, ſanos eos ſubito futuros cōfirmat Medicus
& Diætam eorum cum exercitiis ad memoriā revocat, quo-
rum ſpes ſanitatis eorum eſt cauſa. Sunt & alii contrarii, na-
tura triſtes: & unde triſtentur, & anguſtientur eorum animi
ſemper cogitantes: quorum cogitationes oportet fallere Me-
dicum, & lætificante intentione, mutare animos eorum, ſed
non tamen excedere lætificādi modum, ne magnitudine pro-
miſſionum negligat medicinam. Memini enim quendam
noſtræ terræ nobiliſſimum virum iuraſſe, ſe eſſe ligatum, ne
cum mulieribus coiret: quem adiuvi, falſificando intentio-
nem eius, & hoc magnis ingeniis, ſed nunquam tamen potui
revocare: propter quod certificare & cōfirmare incœpi, quod
prius ipſe intendit, adducens ei librum Cleopatræ, quem fe-
cerat de fœminarum informanda ſpecioſitate: legensq; locū,
ubi dixit, ligatum taliter, ſed corvinum accipiat mixtum cum
ſeſameleon, quo unguens totum corpus adiuvatur. Ipſe autē
hoc audiens, confiſus eſt libri verbis, ſicque fecit: citoq; quū
evaſit, augmentata eſt concupiſcentia coeundi.

Ego quoque in multis antiquorum libris legi, ſuſpenſa col-
lo ſuffragari, occulta proprietate, non ſua natura: Quod non
denego poſſe fieri, propter cōfortationem mentis, ut dixi. De
quibus, cum multa ſint, pauca tibi tangere diſpoſui.

Ariſtoteles in libro de Lapidibus ait: Suſpendēs collo ſma-
ragdum, aut portans in digito, defenditur à caſu epilepſiæ: un-
de ſæpe mandamus nobilibus, ut collis filiorum ſuorum ſu-
ſpendant, ne in hanc infirmitatem incidant. Item Ariſtoteles





quodlibet genus hyacinthorum, ſuſpendens collo, ſive habēs
in digito, ſi intret regionem peſtiferam, non læditur, ſed po-
tius mentibus hominum honoratur, & á maioribus eius peti-
tiones complentur. Item, ſardium, viginti hordei gravorum
pondus portās in collo, ſeu in digito, non videbit terribilia ſi-
ve timoroſa in ſomno. Item, corneolus collo portatus, ſeu di-
gito, mitigat iram & contentionem: cuius autem color eſt ſi-
cut lotura carnis, ſanguinis fluxum cuiuslibet membri ſtrin-
git, maximè in fœminis. Item, onyx ſuſpenſus, collo vel digito
portatus, augmentat in ſomno terribilia, & triſtia, & inter ho-
mines contumelioſa. In pueri collo ſuſpenſus, ſalivam oris
auget. Galenus: Stercora luporum, oſſa comedentium, in
ventribus iliia dolentium, vel in collo patiētium ſuſpenſa ſta-
tim dolorem mitigant. Aliquando etiam in collis ſuſpendun-
tur, & cum fune laneo ligantur, illius ſcilicet ovis quæ a lupis
comeſta fuerit, ſicque melius iuvabunt, & fortius: quod ſi-
lum ſi non inveniatur, cum corrigia cervina ligantur. Idem
Galenus: In vas argentum poſuit, cuius quantitas ſicut fabæ
fuit: & in coxis ſuſpendit, multumque profuit: hoc autē dixit
in libro de Simplici medicina: in libro autem eius de Medico-
rum medicina ait, Quia ſi ſerpentis viperæ, collum ſuffocati,
cum filo laneo ſuffocati collo ſuſpenderis, abſolvitur à ſuffo-
catione ſui, & multum valet in apoſtematibus faucium. Dio-
ſcorides ait: Dētes canini ex cane rabioſo, cum hominem mo-
morderit, in fruſtis corii ligati, & armo ſuſpēſi, defendunt ſu-
ſpendentem a morſibus canis rabioſi. Item: In pullis hirundi-
neis parvis, in augmēto lunæ acceptis, & primogenitis, ſi fue-
rint ventre fiſſi, duos lapides invenies, unū unius coloris, &
alterum diverſi & compoſiti. Quos ſi ligaveris in corio vituli,
antequam terram tetigerint, & collo ſive armis ſuſpenderis,
epilepticis valēt & aliquando perſanant. Idem: Species eſt te-
læ araneæ, id eſt ſpiſſæ rectæ, & candidæ: quam ſi armo ſuſpē-
deris, a quartanis defendit. Quidam Medici ſuſpendunt collis
radices herbæ aceroſæ, propter ſcrophulas, & valent. Alii ſu-
ſpendunt radices arnogloſſæ, propter eaſdem, & diſſolvunt.
Item, hioſcyamum lacte caballino ſolutum vel temperatum,
& corio cervino impoſitum, ſuſpenſum collo mulieris, con-
cipere non permittit dum collo inerit. Quidam dicunt mu-
lierem ranam accipientem, & os eius aperientem, terque ibi
ſpuentem, nō concipere uno anno. alii, oculi ſtrabonis cervi,
radicis ſambuci, ligant in horto, & irrigant cū urina ruffi tau-
ri veſpere: manè autem extracta radix, & ligata cum eodem



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

oculo in armo, libidinem augmentat. Galen. Lapis corallius multũ valet ad paſſionem ſtomachi, ſi ſuper ſtomachum fuerit ſuſpenſus, vel in collo patientis. Dioſcorides: Semen croci agreſtis, ad ſcorpionum morſus valet, in manu tritum, vel collo ſuſpenſum. Simile facit radix lauri. Idem etiam Iteos agit. Alij dicunt, quòd radices aparagi ſicci ſuper dentes ligatæ, trahunt ſine dolore. Item, pedes leporis armo dextro ligati, non permittunt canes latrare: ſimiliter jecur canis facit, niſi eius generis ſit, cujus jecur fuerit. Indi dicunt: Stercus elephãtinum cum melle mixtum, & in vulva mulieris poſitum, nunquam permittit concipere; teſtatur hoc, quia arbori ſuſpenſum, fructificare non permittit. Avicenna dixit: Stercus elephantinum cum lacte caballino mixtum, corio cervino ligatum, & umbilico mulieris ſuſpenſum, concipere non permittit. Quidam Medici dicunt, pedem teſtudinis dextrum, podagrici dextro juvare, ſiniſtro ſiniſtrũ ſimiliter: idem & in manibus. Item, radix Peoniæ collo pueri ſuſpenſa, valet Epilepticis: ſimiliter facit Pyrethrum. Idem facit pilus ex toto nigri canis. Nos a. hæc ex libris antiquorum excerpſimus, ut mens tua Incantationi, Adjurationi, in collo ſuſpenſis, non refragetur amplius. Quæ omnia, ſi ex libris antiquorum extraxerimus, & librum protendimus, atq; voluntatem noſtram exhibuimus: hæc autem non tentavi, ſed nec etiam negãda ſunt mihi; quaſi non viderimus magnetem ferrum trahentem, non certificamus neq; credimus: Similiter plumbum rumpit Adamantem, quod ferrum non facit. Item, lapis, qui vocatur Stale, Arabicè, nitrum verò latinè, foco non incenditur. Piſcis autem quidam, manu capientis ſenſum aufert. Quæ omnia, ſi non à nobis videantur, non creduntur, ſed tentata certificantur. Itidem ſe habent dicta antiquorum: quorum enim actio ex proprietate eſt, non rationibus, unde ſit comprehendi non poteſt. Rationibus enim tantum comprehenduntur, quæ ſenſibus ſubminiſtrantur. Aliquando ergò quædam ſubſtantiæ habent proprietatem, ratione incomprehenſibilem, propter ſubtilitatem, & ſenſibus non ſubminiſtratam, propter altitudinem ſui magnam.

V A L E.





# IOANNIS TRITHEMII ABBATIS SPANHEIMENSIS, VIRI DOctiſſimi, occultioriſq; Philoſophiæ, atq; Magicarum artium indagatoris ſolertiſſimi, in libros ſuos de Steganographia, Epiſtola ſive Præfatio apologetica.

Antiquos Philoſophos & ſapientes artis ac naturæ ſi quæ repeiiſſent ſecreta, ne ad notitiam pravorũ hominum deveniſſent, variis occultaſſe modis atq; figuris, multorum opinio eſt. Moyſen quoq; Iſraeliticę gentis famoſiſſimum ducem, in deſcriptione creationis cæli & terræ, ineffabilia myſteriorum ſecreta, verbis operuiſſe ſimplicibus doctores quippe Iudęorũ confirmant. D. etiam & inter noſtros eruditiſſimus Hieronymus penè tot in Apocalypſi myſteria latere dicit, quot verba Græcorum ſapientes prætereo, non parvæ apud ſuos reputationis & gloriæ, qui fabulis conſcribendis operam navantes, aliud imperitis, atq; aliud eruditis hominibus unius narrationis ſerie, prudenti adinventione tradiderunt. Hos ego ſapiẽtiæ ſtudioſiſſimos amatores, etſi propter ingenii tarditatem perfectè imitari non poſſum, admirari tamen & qua poſſum ſedulitate legere & venerari, pulchrum & glorioſum judico. Quatenus cũ in illos magna præ cæteris hominibus proprio ſtudio adveniſſe conſidero, meipſum quandam violentiam mihi inferens ad aliquam, vel inter noviſſimos, imitationem eorum impellam. Ne me prorſus, ut reor, fefellit opinio: quippe qui & multa quæ antè neſcieram, per continuũ legendi ſtudiũ didici, & cogitationibus meis aditũ ad inveſtigandũ ſecretiora reſeravi. Nam etſi non ſum tantæ vel eruditionis, vel induſtriæ, ut me veterum ſapientum, illum occultandi myſteria modũ apprehendiſſe audeam profiteri: modos tamẽ quoſdam non penitus contemnẽdos (ut mihi videtur) occultè, & prorſus ſine ſuſpicione aliqua, ſcribendi & occultandi, quodcunq; volueris, excogitavi: quos ad inſtantiam Sereniſſimi Principis, D. Philippi Comitis Palat. Rheni, Duciſq; Bavariæ, ac R. Imp. Principis Elect. philoſophorum ſapientiſſimi mæcenatis, quo nullus dignior mihi viſus eſt, cui hoc magnũ ſecretum reveletur, literis cõmendavi, & in ſubjectũ volumẽ, nõ ſine ingẽii



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

labore reduxi, ne hoc magnum ſecretum, in aures vulgarium imperitorum, aut pravorum hominum perveniat. Tu lector, quicunque futurus es, rogo memineris quanta per hanc ſcientiam mala in Republica fieri, per malos & lubricos poſſent, ſi ad multorum noticiã devenirent: adulteria, fornicationes, cõſpirationes, traditiones, homicidia, latrocinia & infinita mala. Nam ſicut bonus & honeſtus homo voluntatis ſuæ ſecretũ alteri hanc artem ſcienti, quotieſcunque voluerit pro utilitate privata vel cõmuni, ſecurè & abſq; aliqua ſuſpicione cuiuscunque notificare poteſt & exprimere: & perverſus quisq; lubricus & malicioſus voluptatis ſuæ perſonæ, cõſentanea quãtumlibet, turpiter impedimento penitus omni remoto, malũ deſiderium ſuum, ſine aliqua ſuſpicione poterit intimare. Nec tuta inter coniugatos fides manere iam deinceps poſſet, dum fœmina, quamvis Latini ſermonis hactenus neſcia, per ſancta & pudica verba cuiuslibet linguæ ſeu idiomatis effecta doctiſſima, malam & impudicam amatoris ſui ſeu voluntatem, viro licet perferente ac collaudante literas latiſſimè intelligere, ſuumque deſiderium eodem modo ſecuriſſimè quam voluerit, latè illi remãdare, diſerta ſatis oratione poſſit. Enimvero, licet hæc ſcientia puerilis videri aliquibus poſſit: tamen ſi fuerit publicata totus Reipublicæ ordo turbaretur, fides periret publica: literæ, inſtrumenta ſcripturæ: omnes ipſi deniq; hominum ſermones, in perpetuam ſuſpicionem verterentur. Nemo iam literis quantumcunque bonis, honeſtis & ſanctis amplius crederet: fidem epiſtolis nullus adhiberet: quoniam quantumlibet ſancta & publica verba fuerint, ſemper tamen dolus, fraus & mala deceptio ſubeſſe putaretur, fierentque homines ad omnia timidi, & non minus ad mutuos ſermones, quoniam ad literas quaslibet ſuſpicioſi. Nec fieri quiſpiam tam doctus & expertus in hac ipſa ſcientia unquam poterit, ut non relinquãtur infiniti modi, ſecretè & occultiſſimè ſcribendi ad omnia ſufficiẽtes, quos ipſe nondum apprehendit. Eſt enim hæc ſcientia chaos infinitæ magnitudinis, quod nemo comprehẽdere poteſt, quia quantumlibet doctus in hac arte fueris, minus tamen eſt quod intelligis: quam illud quod neſcis. Nam huius ſcientiæ proprietas eſt, Magiſtro diſcipulum ſemper, modò ſit induſtrius, & velit reddere ſine comparatione doctiorem.

FINIS

EX



# EX LIBRO IOHANNIS TRITEMII OCTO QVÆſtionum, Libellus.

*De reprobis atquè maleficis, quæſtio quinta.*

QVinta Sereniſſimæ Celſitudinis tuæ quæſtio fuit iſta, quare homines impii, mali & reprobi circa fidẽ, ut ſunt mulieres quas vulgo maleficas nũcupamus, ſpiritib. queant imperare malignis, cũ viri boni & fidei Chriſtianæ ſtudioſiſſimi obſervatores, neq; bonis ſpiritibus imperare poſſint, nec ſemper malignis.

Ad hanc quæſtionem ita me pridem memini reſpondiſſe. In omnibus divinæ majeſtatis operibus ſeries & ordo pulchritudinis eſt inviolabilis æquitatis, quo ſingula convenienter diſpoſita, in eo quem acceperunt gradu perſeverant. Nam ſine ordine proprio libertas arbitrii, quam creator omnium dedit hominibus, nulla impellitur violentia poteſtatis, quo minus ſemper maneat in ordine, quem à principio creationis ſuę homo primus accepit: unde nemo bonus inter mortales niſi propriæ conſilio voluntatis adjutus per gratiam miſerẽtis Dei: & nemo malus, niſi ſua ſponte gratia deſtitutus propter obſtaculum peccati: voluntatis autem rectitudine bonis ſpiritibus efficimur ſimiles, ſi pietatem fidei quã habemus in Chriſtum, ſanctis & neceſſariis operibus comprobemus. Et ſicuti bonæ voluntatis conſummatio bonos homines ſpiritibus pares facit angelicis, ita perverſitas impiorum, eos ſimiles reddit dæmonibus. Unde mali homines atque perverſi quantò amplius malicia propriæ volũtatis depravati fuerint, tantò fiunt dæmonibus affectu ſimiliores. Similitudine verò amicitiæ familiaritas introducitur, ex qua paulatim cõfidẽtia mutua generatur. Ex cõfidentia minoris in maiorem naſcitur imperiũ, ſive verum ſit ſive aſtutia ſimulatum. Pravorum itaq; hominum ſi quod imperium eſſe videtur in dæmones, ex magnitudine pravitatis oritur, quando videlicet affectus eorum usque adeò depravatur, quod concurrentium ſibi dæmonum maliciam voluntate reproba vel ſuperant vel æquant. Non enim ſunt dæmones omnes malicia vel intelligẽtia pares, ſed eſt alius alio multum & aſtutior agilitate intelligendi, & depravata affectione longè deterior. Nam qui habentes è ſedibus altis terræ magis coniuncti cavernas ſpeluncasq; inhabitant,

cæteris

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

cæteris profectò ſunt obtuſiores, uſque adeò quod & gladios metuunt, & virgas, minisque moveri videntur territantium hominum: quemadmodum in his contueri licet, quos energumenos appellamus. Dæmones autem qui magis remoti commorantur a terra, & ſubtilioris ſunt naturæ, & rarius cōveniunt hominibus: homines verò malicia pleni, quantò magis in voluntatis perverſitate profecerint, tantò fiunt ſimiliores dæmonibus, à quibus in familiaritatem admiſſi, iam deinceps efficiuntur audaces, accipiuntq; ſuper dæmones quorum familiaritate utuntur, imperium non violentæ poteſtatis, ſed fictæ ſimulationis. Dæmones enim ut eos homines quos ſemel in deditionem acceperunt, voluntarios in eorum pravitate contineāt, ſimulata ſe dominatione motos libenter ſe illis ſubjiciunt, & quod ſpontè faciunt, quaſi compellantur ad obedientiam fingunt. Nemo quippè verum ſuper dæmones imperium conſequitur, niſi quem fides in Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM per ſanctitatis meritum fecerit Deo acceptabilem & amicum. Sic enim de verè credentibus in Dominum IESVM Scriptura dicit: Et eis dedit poteſtatē ſuper omnia dæmonia. Imperant ergo dæmonibus homines mali, quos illis malevolentia ſimiles, ſimilitudo familiares, & familiaritas proprios fecit atque ſubjectos. Quemadmodum ſi magno principi (quod fieri ſæpè contingit) ſervorum quiſpiam humili natus loco diuturna familiaritate conjunctus imperare dicatur, à quo totum quod poſtulaverit ſine cōtradictione aſſequitùr, ut ipſe magis dominum regere, quàm ab eo regi videatur: Juxta hanc ſimilitudinem homines mali & reprobi, qui à dæmonibus in eorum admittuntur familiaritatem, & fiunt protractiore confidentia multum audaces, accipiuntque ſimulatum in illos, ne dicam familiare imperium, quod praviſſimæ voluntatis ſimilitudine meruerunt. Vnde quicquid à dæmonibus ſibi ex compacto implicito vel explicito conjurantibus expoſtulaverint, accipiunt: niſi quoties ordinatione divina prohibiti, præſtare nequeūt quod petitur. Nec tamen paſſim reprobis & malis ita concurrunt omnibus, ſed illis duntaxat cum quibus interveniente compacto aliquo fœdera inierunt: ut ſunt maleficæ mulieres, quæ homagium præſtitere diabolo: & invocatores illi dæmomum, quos uſitato vocabulo necromanticos vulgus nuncupat. Duo ſunt genera hominum, quæ dæmonibus imperare licitè poſſunt. Primum quidem illorum eſt hominum, qui merito ſanctitatis Deo dilecti, poteſtatem ab ipſo cōculcandi caput antiqui ſerpentis

pentis



pentis acceperunt, quales in Eccleſia primitiva fuerunt Apoſtoli, eorumque ſequaces atque diſcipuli, de quibus in ſancto Evangelio Dominus loquitur: In nomine meo dæmonia eijcient, & quia ſerpentes tollent. Secundum verò genus eorum eſt hominum, quibus ratione ordini, in Eccleſia Dei cōceditur, ut dæmones de hominū corporibus accepta poteſtate miniſterii depellant. Et hoc miniſterium exorciſtis in Eccleſia Dei committitur, quando videlicet à Pontifice ordinantur. Rurſus ſunt duo genera hominum, qui dæmonibus imperare cupiunt, quod quàm illicitè præſumant iniquiſſimis conditionibus oſtendunt. Primum genus pernicioſiſſimum eſt maleficarum, quæ pacta ineunt cum dæmonibus, & profeſſione ſolemni præmiſſa, in ius proprietatis perpetuumque obſequium dæmonum alicui ſemetipſas tradunt. Quanta mala hoc pernicioſiſſimum genus hominum faciat in imperio tuo, nemo eſt ſapientiſſime Cæſar, qui poſſit exprimere. Nam Deum in primis fidemque Christi, & ſacrum baptiſma negantes, ſe mente & corpore dæmonibus offerunt, homines & jumenta ſuis maleficiis infirmant, lædunt & occidunt. Non eſt morbus quem (permittente Deo) non poſſint inducere, quia cùm ſe dæmonibus in obſervatione compacti fœderis famulatrices exhibent, illorum comparatione quicquid voluerint audent: Unde non ſunt uſpiam tolerādæ, ſed potius in loco omni funditùs exterminandæ, omnium creatore Deo ſic præcipiente: Maleficos non patieris vivere. Maleficarum aliæ carminibus dæmones advocant, aliæ precationibus & ſacrificiis eos alliciunt, reliqua nefandis rebus, & ceremoniis eos provocantes in adjutorium impietatis ſuæ trahunt. Mirandum igitur non eſt, quòd maleficę dęmonibus imperare videntur, quibus impietate perverſæ voluntatis factæ ſunt ſimiles, & mutua converſatione in malum humani generis concordes. Secundum genus pravorum hominum dæmonibus imperare volentium illorum eſt, quos vulgò necromanticos appellamus, qui artes profitentur execrationibus plenas, quibus pollicentur, ſe dæmones in circulum poſſe convocare, vel in cryſtallum ſive vas aliud incluſos palàm viſibiles oſtendere. Hi pernicioſiſſimi homines pleni mēdacio & ſuperſtitionibus tanta cōmittunt mala, quanta bonus nemo poſſet excogitare. Nam ut in obſequium ſibi dæmones alliciant, ſacrificiis turpiſſimis plerunq; utuntur, & expreſſum cum eis ineunt pactum: multos varioſque libellos circumferunt ſpurcitiis, impietate, & mendacio plenos, veterumq; philoſophorum & ſapientum nominibus

fallacitè;

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

fallaciter inſcriptos, quorum exhibitione incautos & curioſos plures decipiunt, & in foveam dæmonum ſecum trahunt. Promittunt magna & penitus incredibilia, quorum auditione homines in admirationem mendaciter ſuſpendunt. Annulis, pentaculis, imaginibus, exorciſmis & coniurationibus, dicunt ſe dæmones poſſe coartare malignos, ut in circulo vel in cryſtallo ſeu alio receptaculo viſibiles appareant, & ad omnia interrogata diſtinctè reſpondeant. Hoc omnes quidem promittunt, ſed pauciſſimi noſtris temporibus inveniuntur, quibus maligni ſpiritus etiam malis per hunc modum obediant, Deo id iuſtiſſima ratione non permittente, ne curoſitas hominum ad novitates prona, contempta religione Chriſti ſuffragia in neceſſitate poſtularet à dæmonibus. Omnes autem quibus maligni ſpiritus advocati coniurationibus necromanticorum obediunt, in eorum conſortium per pactum explicitum vel implicitum ſine dubio tranſierunt: reliquorum vero maior eſt numerus quibus obedire maligni ſpiritus deſpiciunt, quamvis in profanis ſe necromanticorum artibus omni tempore non vereantur occupare: Et quia noſtris maxime temporibus abundare cœpit iniquitas, & refriguit charitas multorum, iſti maledicti ac mendaciſſimi homines nimium invaluerunt: & quamvis contemnantur à dæmonibus, nihilominus in ſuis pernicioſis dogmatibus perſeverantes multos decipiunt. Crede mihi Cæſar, quoniam hoc mendaciſſimum genus hominum ſacro imperio tuo valde eſt pernicioſum, & ideo non minus quam maleficarum ſcaturigo penitus exterminandum, pollicẽtur magna, & mentiuntur omnia. Enumero cuncta quæ in libris eorum promittuntur, vana ſunt & mẽtita: & nihil præſtant in credentib. aliud, quã dolos, fraudes & ſubtiliſſimas deceptiones. Quòd ſi quando videntur exhibere promiſſa, non aliter quàm dæmonum id fieri cooperatione manifeſtum ſit omnibus, à quorum conſortio non minus eſt fugiendum quam à ſæviſſimis inferni cruciatibus. Occurrunt enim plerunq; his necromanticis operationibus dæmones, & ut invocatores ſuos incæpta perfidia pertinaces contineant, eis ſi poſſunt rogata præſtant: aliquando verò coniurationib. invocati comparere deſpiciunt, & nihilomius invocantium ſe mentes abduxerunt. Eſt & aliud genus hominum non minus fatuum quàm ſuperſtitioſum, illorum videlicet qui nullum volunt cum dæmonibus habere cõmercium, & nihilominus rebus utuntur in operationibus vanis dæmonibus appropriatis, & ob id penitus illicitis. Putant eum characteribus

magnam



magnam & occultam ineſſe virtutem, & ideo varios contra fidem Chriſti cõmittunt errores: verum quia non eſt huius temporis eorum recenſere veſaniam, propoſitum noſtrum proſequamur. Quare autem boni & iuſti homines ſuper dæmones non conſequantur imperium, breviter eſt dicendum. Quemadmodum ſimilitudo voluntatum homines malos & impios pares facit eſſe dæmonibus, ita bonos & iuſtos diſſimilitudo voluntatum eis reddit omnino contrarios: inter contrarios vero atque diſſimiles nulla poteſt eſſe familiaritas, ſed repugnantia potius continua verſatur, & odium. Vbi autem nulla reperitur ſimilitudine voluntatum contracta familiaritas, neq; confidentia poteſt eſſe unius ad alium. neq; mutuus in operatione mirabilium concurſus. Nec tu Cæſar glorioſe, homo cum ſis, hominum moderator magnus & princeps, quempiam tibi familiarem admittis, moribus tibi omnio contrarium adque diſſimilem, & tuæ voluntati iugiter reluctantem. Viri autem boni & recti quia praviſſimæ voluntati dæmonũ ſemper obnituntur, nequaquam in eorum poſſunt tranſire conſortium, quibus nec volunt nec conſentiunt eſſe familiares, ſed eorum totis virib. refugiunt & deteſtantur occurſum, & ideo fictum illud de quo dictum eſt, in eos non aſſequuntur imperium. Nuſquam enim tuta familiaritas, quã voluntatum ſimilitudo nulla præceſſit: nec poteſt inter contrarios eſſe cõcordia, nec inter diſpares volũtate conſtat amicitia: nec tamen omnibus malis & reprobis paſſim dæmones obediunt, ſed illis duntaxat, quibus confœderantur pactis & obſequiis, & quos aliter nequeunt habere fideles, invocati libenter occurrunt, licet ſe compelli mentiantur. Mirandum itaq; non eſt, optime Cæſar, quod maligni ſpiritus pravis adq; perverſis nonnunquam videntur obtemperare hominibus, quos, ſicut diximus, & malevolentia ſimiles, & pernicies in genus humanum fecit eſſe concordes. Sed procul ſit ab omni Chriſtiano, prava ſimilitudine voluntatis velle imperare dæmonibus: quoniam ſi quis in hac vita malignorum ſpirituum habere conſortium cœperit, in futuro cum eis ſine fine ardebit. Sed quare boni & iuſti homines imperare ſanctis Dei Angelis nequeunt, in quorum ſimilitudinem bonæ voluntatis tranſierunt? Puto, ex prædictis facile quæſtionis huius daretur ſolutio, ſi differentia intellectuum ad memoriam revocetur. Quamvis enim plures in Eccleſia Dei ſint homines conſtituti, quorũ iuſtitia multis proficiat ad ſalutem: pauciſſimi tamen uſq; adeo noſtris temporibus proficiunt, ut pro-

pter

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

pter ſanctitatis meritum vel metuendi ſint dæmonibus, vel in conſortium familiaritatis recipiantur ab angelis. Hinc fit quod homines noſtræ tempeſtatis, neque malignis ſpiritibus merito ſanctitatis imperant, neque ſanctis Angelis familiares eſſe merentur: ſi qui vero in illum ſanctitatis gradum profecerint, quo miracula facientes in Eccleſia, quemadmodum Sancti quondam profecerunt, tam potenter, & imperare dæmonibus poſſunt. & familiare beatorum ſpirituum habere conſortium. Certum eſt enim, quod ſancti & Deo dilecti homines in primitiva Chriſtianorum Eccleſia majora quondam bonorum operatione ſpirituum beneficia præſtitere mortalibus, quam pravorum hominum impietas maleficia dæmonum miniſterio unquam inferre potuiſſet. Multa enim poteſt miranda precatibus quiſquis Dei cultor verus, ſimilis evaſerit, angelis ſanctis.

*De poteſtate maleficarum Quæſtio ſexta.*

SExta invictiſſimę maieſtatis tuę quæſtio fuit, Vnde poteſtas hæc tanta maleficis, qua patrare tam multa, varia & miranda poſſunt etiam in una hora, qualia vel quanta nullus bonorum facere poſſet in omni vita ſua.

Ad hanc quæſtionem ſi breviter voluerimus reſpődere, neceſſariò dicemus, quòd omnis poteſtas à Domino Deo eſt, ſine quo nihil poteſt omnis creatura. Dicit enim in ſancto Euangelio Chriſtus, Sine me nihil poteſtis facere. Vnde manifeſtum eſt, quòd omnis poteſtas faciendi aliquid hominibus à Domino Deo, & non aliunde conceditur, ſive bonum homines, ſive malum operentur: hinc ſanctiſſimus præſul Auguſtinus dicit: Voluntas Dei eſt prima & ſumma cauſa omnium corporalium ſpecierum ac motionum, nihilque fit in iſta totius creaturæ ampliſſima & immenſa Republica viſibiliter, quod non de interiori, inviſibili atq; intelligibili aula ſummi Imperatoris aut iubeatur, aut permittatur, ſecundùm ineffabilem iuſtitiam præmiorum atque pœnarum. Unde non eſt dubitandum Cæſar, quòd poteſtas illa maleficarum, in qua mirandos, cooperatione dæmonum, horrendosq; producunt effectus, á Domino Deo concedatur, cuius voluntati nemo poteſt reſiſtere, & ſine cuius influxu nec manum homo poteſt movere. Concludunt enim ſancti Doctores, quod neque dæmones, neq; maleficæ quicquam facere poſſunt, ſive hominem lædere, ſive iumentum, niſi omnipotens Deus velit conſentiat, poteſtatemque concedat, ut faciant quod iam perver-

ſa vo-



ſa voluntate decreverunt. Niſi Deus conſentiat & velit, nihil poteſt omnis creatura: alioquin ſi fieri aliquid eo non volente & conſentiente poſſet, ſequeretur neceſſariò Deum eſſe infirmum, qui prohibere non poſſet, quod fieri invitus permittere cogeretur. Sed quoniam omnis homo, in quantum creatura eſt, à Deo dependet, nihil poteſt agere ſine illius voluntate, à quo & velle habet & poſſe: quicquid igitur Maleficæ faciunt, Deo fit permittente, ſine cujus voluntate nihil poſſunt: quia ut poſſint quod volunt, niſi Deus conceſſerit, neque à ſe, neq; à dæmonibus conſequerentur. Omnis itaque poteſtas à Domino Deo eſt, in quo & ſunt omnia, & moventur, ſicut in prima rerum omnium cauſa: quoniam à quo libertatem arbitrii accepimus, ab ipſo etiam poſſe quod volumus, habemus. Sed cum Maleficarum ſit multum confuſus intellectus, non arte humana perpetrant mala quæ faciunt, ſed cooperatione dæmonum, quos & natura ſubtiles, ita & experientia longa fecit ad producendum miranda veloces. Non enim cauſantur mirandi effectus Maleficarum ab hujuſmodi mediis, quibus utuntur ad maleficandum, ut ſunt capita mortuorum, bufones, ſerpentes, characteres, imagines, & his ſimilia, ſed ab inſtituente hæc ſigna diabolo: qui cum ſit ſuperbiſſimus, Deo cupit in omnibus videri comparandus. Enimverò quemadmodum omnipotens Deus quædam in Eccleſia ſua ſacramenta inſtituit, qui dignè miniſtrantibus ipſo aſſiſtente ſalutarem deſignant & producunt effectum, ipſo qui inſtituit operante ſalutem: ita & diabolus, qui nihil plus appetit, quàm æſtimari Deo æqualis, quædam ſigna tanquam ſacramenta inſtituit, quibus invocatus ab his quibus confœderatus pactis operator malignus aſſiſtit: & quoties Deus permiſerit, quod rogatur malum efficit: ſi non permiſerit ille, nihil omninò facit. Omnium ſiquidem effectuum necromanticorum & Maleficarum operator diabolus eſt, qui per applicationem mediorum, quæ prius ipſe inſtituit, in materiam ſubjectam opus producit optatum; aliquando realiter, aliquando ſolum apparenter. Mulieres autem maleficæ, quæ jam voluntate depravata, & conſenſu in conſortium dæmonum per pacta tranſierunt, notas quaſdam, & ſigna ſymbolica ab ipſis recipiunt, quibus advocati mox dæmones occurrunt. Nihil in his pernicioſis operationibus dæmonum fortius, ſtulta credulitate maleficarum, quæ pactis augetur & votis: quoniam quanto vel dæmonibus, vel eorum ſignis firmiorem adhibue-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

rint fidem, tantò velociorem aſſequuntur ipſis cooperantibus operationem. Voluntatis enim maleficarum nimis truculenta depravatio eas quodammodo convertit in furorem, quo mentem præoccupante, mox dæmones ſe furentibus applicant, & effectum petitionis pactis invitati & ſignis, Deo permittente, inſanientibus pręſtant. Simile namq; Plato recitavit in lib. de furore Poëtico, dicens: Quemadmodum bacchantes fœminæ mente non ſana, mel & lac ex fluminibus hauriũt, mente autem ſanæ haurire nequeunt: id autem efficit eorum animus in conſortium dæmonis mali extra ſe raptus. Exploratum habemus, Maleficas in fluminibus concitatis hauſiſſe butyrum temporibus, quod aliter fieri quam dæmonis miniſterio nullatenus poteſt. Simili modo in odium traductæ alicujus vel hominis vel jumenti ſuſpirantes interitum graviſſimo agitantur furore, nihil aliud quàm vindictam in animo cogitantes, res capiunt ad maleficium ſibi notas & familiares, invocant dæmones, oſtendunt ſigna ab illis inſtituta, ſimul & characteres: & quod propria virtute perficere nequeunt, illorum miniſterio conſequuntur. Alius verò qui non eſt dæmonibus pacto & deditione ſubjectus, etiamſi res convenientes ad maleficium noverit, ſimul & modum operandi: quamvis exhibeat ſigna, rarò tamen effectum conſequitur, propterea quòd inter familiares dæmonum non habetur. Uſque adeò quippe diabolus elatus ſuperbia, Eccleſiam Chriſti æmulatur, ut quemadmodum non ordinatus Chriſti corpus non poteſt conficere, quantumlibet verba conſecrationis proferat: ſic etiam dæmon, quantumvis invocanti, & ſigna ſive characteres oſtendenti, quem pacto ſibi non novit ſubjectum, aut nunquam, aut rarò concurrit. Nam ſi omnibus ſe invocantibus ſine pactis paſſim interpoſitis occurreret, non tot maleficas ſibi proprietatis jure dicatas poſſideret. Hinc eſt quod multi profanis artibus dediti dæmones ad circulum, ad ſpeculum, ſive ad quælibet alia receptacula horrendis conjurationibus convocare laborantes, nullum conſequuntur effectum: quoniam aut Dei obſtat imperium, aut diabolus contemnit curioſum hominem ſibi homagio non dicatum. Tria etenim requiruntur ad maleficium, ſine quibus nullum conſtat eſſe perpetratum. Animo furens, ac depravata voluntate malefica, cooperatio quoque familiaris diabolica, & ante omnia permiſſio divina: quia ſi unum iſtorum non concurrerit, maleficium perpetrare non poterit. Nam niſi Deus non permitteret,





nec diabolus quicquam, nec malefica poſſet. Et ſi diabolus pravæ mulieris voluntati non occurreret, nullum illa maleficium perpetraret. Rurſum ſi malefica defuerit, diabolus maleficium nullatenus conſummabit. Utitur enim voluntate furentis maleficæ diabolus tanquam artifex inſtrumento ad operandum, ſine quo non poſſet inferre maleficium. Et ſicuti dæmones in poteſtate acumineq; ſubtilitatis ab invicem differunt: ita Maleficarum poteſtas non eſt omnibus una, ſed in ſingulis prout dæmonibus concurrunt natura ſubtilioribus vel groſſioribus diverſa. Multa enim ſunt genera dæmonum, & certis inter ſe gradibus diſtant, ratione locorum, in quæ cadentes à principio ſunt detruſi. Primum quidem genus dæmonum appellatur igneum, quod circa ſuperiorem pervagatur aërem, nec unquam ante judicii diem ad inferiora demergitur, ſed continuè ſub regionibus permanentes lunaribus, nullum habent cum hominibus in terra commercium. Quod verò ſub Luna permaneant, S. teſtatur Auguſt. in opere de agone Chriſtiano, ſic dicens: Dæmones non habitant in cœlo, ubi ſol & ſtellæ ſunt, ſed omnes ſub regione lunari verſantur. Hinc motus (ut reor) Apulejus dæmonia dixit animalia eſſe ignita, propterea quòd Ariſtot. confirmavit, in fornacibus ardentibus quædam animalia parva ſæpius viſa volitaſſe pennulis apta, quo totum ævum ſuum diverſantur in igne, quoniam cum igne oriuntur, & cum eo extinguuntur, & ad ſuum unde venerant locum evaneſcentes redeunt. Nulla ſunt eis cum Maleficis conſortia, quoniam cum demorentur in igne, propter ſubtilitatem ſuam non poſſunt corpus induere groſſum ſive aëreum. Secundum genus aëreum dicitur, quod in aëre oberrans nobis propinquo commoratur. Hi quidem poſſunt ad inferiora deſcendere, & aſſumptis de craſſiore aëre corporibus, quandoque viſibiles hominibus apparere. Aëra permittente Deo ſæpius turbant, tonitrua & tempeſtates concitant, & omnes ſimul in perniciem humani generis conſpirant: more hominum affectionibus moventur paſſionũ, ſuperbia maximè & invidia, tanguntúrque perturbationibus continuis: & nec ſolido veſtiuntur corpore, nec uno conſiſtunt loco. Neque unam omnes formam habent, ſed plurimas, eaſque ſæpius mutant, ſecundùm varietatem affectionũ, quibus vel occurrunt Maleficarum carminibus evocati, vel impulſi perturbatione ad nocendũ. Habent enim omninò violentũ & furioſum morem turbationibus plenum, unde vehementer malefacti

& perturbati repentinas plurimùm machinantur inſidias: & dum ſuas agunt incurſiones, partim latere volunt, partim inferunt violentiam. Maleficæ horum dæmonum cooperatione ſuffultæ, tantò ſunt ad maleficandum potentiores, quantò ſuperiorem ex eorum ordine concurrentem fuerint aſſecutæ. In vita S. Antonii D. Athanaſius aërem plenum dixit eſſe dæmonibus, quod Mercurius antea dixerat ter maximus, nullam videl. mundi partem dæmonum præſentia deſtitutam. Sanctus quoque præſul Ambroſius dicit: Plenus eſt mundus ſanctarum virtutum, quia plenus eſt nequitiarum. Unde Platonici dæmones in aëre volantes in modum denſiſſimæ nivis ignitæ, cupientibus tradidêre viſibiles, ſi aliquandiu verſus cœlum ſole ſplendente irreverberatis oculis continuaverint obtutus: Sed neſcio an in aëre cauſetur objectum ex conſiſtentia reali, vel certè oculorum motus intercluſus repræſentet imagines falſas, non ſine detrimento ſenſus tamen levi, præmiſſorum cepi experimentum. Tertium verò genus dæmonum terreſtrium dicimus, quos prolapſos è cœlo in terram pro ſuis demeritis minimè dubitamus. De his ſanctiſſimus præſul & Martyr Chriſti Theophorus quondam Ignatius in Epiſt. quadam ita ſcripſit ad Epheſ. Nihil melius eſt quàm pacem habere, in qua omne telum evacuatur aëreorum ſimul & terreſtrium ſpirituum. Ex his autem dæmonibus alii verſantur in ſylvis atque nemoribus, qui venatoribus ponunt inſidias: alii verò patulis degunt in campis, qui noctè aberrare faciunt itinerantes: nonnulli commorantur in locis abditis atque cavernis, reliqui cæteris minus furioſi & perturbati demorari cum hominibus in obſcuro delectantur. Non uno dicuntur affectu, ſed vario, quoniam alii ſunt aliis minus depravati, quanquam omnes ſint malis turbationibus pleni. Ex his quidam ſolis gaudent illuſionibus, territare homines, alii prædictionibus futurorum in admirationem ſui trahere cupiunt audientes. Nonnulli verò ad hoc ſummo conatu laborant, ut homines irrationabili furore turbatos, aut Melancholia furentes terreant, lædant vel occidant: quod experientia ſæpius factum agnovimus. Hinc S. Joan. Chryſoſtomus in 3. lib. de Providentia ad Stagyrium Monachum dicit: Omni actione diabolica potentior eſt ad nocendum mœroris magnitudo: quia dæmon quoſcunque ſuperat, per mœrorem ſuperat. Eum ſi auferas, nihil à dæmone quiſquam lædi poterit. Hoc autem dæmonum genus rarò eſt maleficis familiare, pro-

pro-



propter inconſtantiam affectionum, & levitatem qua territare multos gaudent potius, quàm unius mulierculæ ſubeſſe imperio. Commorantur tamen interdum, ut pollicentur veſanis in vitro vel in cryſtallo, ſive in ſpeculo & carminibus concitati reſponſa dant mulieribus, & ſi quis venturus eis malè dixiſſet, in via prænunciant. Et hoc maleficarum genus multum aliquotiens differt à reliquis, quoniam quod illæ maleficio reddunt infirmum, iſtæ curare pollicentur: verum quia maleficium ut plurimum repellunt maleficio, earum acceſſus interdicitur ab Eccleſia omni Chriſtiano. Quartum genus dæmonum nuncupatur aquaticum, quoniam ſe humoribus immergens, circa lacus & fluvios habitat, ira plenum, turbatum, inquietum & fraudulentum, quod in mari tempeſtates concitat, navigiaque demergens in profundum, multis vitam aufert in aquis. Et iſti dæmones quoties aſſumunt corpus viſibile, in ſexu frequentius apparent fœmineo: & in maſculino rarius videntur, propterea quod in locis verſantur humidis, & molliorem vitæ ductum ſequuntur, nec vile ſchema facilè cæterorum conſuetudine poſſunt aſſumere. Unde Najadas Nereidaſque, aquarum nymphas, non maſculino ſexu, ſed fœminino dudum nominavit antiquitas. A noſtris autem aquaticæ mulieres, id eſt, **Waſſerfrawen oder Waſſernixen/** communi vocabulo dicuntur. Qui verò habitant in locis ſiccioribus & ſubaridis, quoties hominibus corporaliter apparent, viſibiles in viros ſe transformant. Diverſarum quoque ſpecies aſſumunt beſtiarum, prout variis tanguntur affectionibus. Sancti autem Angeli quoniam affectione nunquam variantur, uniformiter ſemper apparent in forma virili. Nuſquam enim legimus ſcriptum, quod bonus ſpiritus in forma ſit viſus muliebri, aut beſtiæ cujuſcunque, ſed ſemper in ſpecie virili. At verò ſæpius viſi ſunt dæmones circa flumina & fontes in ſpecie mulierum, aliquando choriſantes, aliquando capillos more fœminarum explicantes: nonnunquam verò cum hominibus loquentes & varias ludificationes exercentes. Et hoc genus dæmonum non conſuevit cum maleficis habere commercium. Quintum genus ſubterraneum dicitur, quod in ſpeluncis & cavernis montiumque remotis concavitatibus demoratur. Et iſti dæmones affectione ſunt peſſimi, eoſque invadunt maximè, qui puteos & metalla fodiunt, qui theſauros in terra latentes quærunt, in perniciem humani generis paratiſſimi. Hiatus efficiunt terræ, ventoſque flammivomos ſuſcitant, &

Vv 3

fundamenta ædificiorum concutiunt. Noctibus aliquando de montibus turmatim egreſſi mirandas ſtupendaſque in campis ducunt choreas, & quaſi unius ducis metuentes imperium, ſubitò evaneſcunt ad ſignum, & ad ſua diverticula revertuntur. Interdum nolarum inter eos auditur ſonitus, & ſe nonnunquam ſpiritus eſſe hominum, vita defunctorum mentiuntur. Nihil magis quærunt quam metum hominum & admirationem. Unde habemus compertum, quod ſimpliciores hominum quoſdam nonnunquam in ſua latibula montium duxerunt, ſtupenda mirantibus oſtendentes ſpectacula, & quaſi beatorum ibi ſint manſiones amicos ſe vivorum mentiuntur. Ex his quoque dæmonibus quidam incubones ſunt theſaurorum, quos avaritia mortalium abſcondit in terram, & ne rurſus in uſus perveniant hominum, eos ſubducunt, furantur & cuſtodiunt, & quandoque de loco in locum tranſponunt. Et hoc genus dæmonum cum maleficis mulieribus nullum conſuevit habere commercium. Sextum verò dæmonum genus appellatur lucifugium, propterea quod lucem maximè horrent & deteſtantur: quia nec diebus unquam apparent, nec alio modo corpus quam de nocte poſſunt aſſumere. Hoc eſt negocium quod in tenebris perambulat, genus dæmonum imperſcrutabile, ac penitus tenebroſum, paſſionibus frigidis agitatum, malitioſum, inquietum & perturbatum, quod occurrentes homines nocturnis violenter comprimit horis, ſæpiuſque (Deo permittente) aut flatu quoſdam interficit, aut contactu. Maleficis non convenit hoc genus dæmonum neque carminibus arctari poteſt, quia & lucem fugit, voces hominum ſimulque omnem tumultum. Aëreum maximè ad maleficia fœminarum conſuevit occurrere, quoniam cæteris eſt omnibus magis ſubtile & audaciſſimæ temeritatis. Terreſtrium quoque nonnulli Maleficis, ut eſt dictum, ſubſerviunt, qui tamen inferiori gradu habiti, majora illa Maleficia inducere minimè poſſunt. Conſtat igitur manifeſtè, quod tota poteſtas Maleficarum in qua tam miranda faciunt, dæmonibus à Domino Deo limitata conceditur: & quando ille non permittit, nihil operantur.

De per-



*De permiſſione Divina, Quæſtio ſeptima.*

Septima Quæſtio ſereniſſimæ Majeſtatis tuæ, iſta fuit, Quare Deus, cum ſit juſtus, & vindex malorum, tanta maleficia in perniciem humani generis fieri permittit, quibus non ſolum peccatores, ſed etiam innocentes multi pereunt graviter cruciati. Ad hanc quæſtionem taliter me dudum coram Majeſtate tua conſtitutum memini reſpondiſſe. Optimus Deus juſtus & rectus, pius & miſericors, quicquid permittit, juſtè permittit: quoniam juſtus eſt, & non eſt apud illum iniquitas, ſed omnia in vero judicio quæ fiunt aut facit, aut permittit. Cum ergò quæritur, quare Deus mala fieri permittat, reſpondemus, ideò permittit, quia juſtus eſt. Non videatur Majeſtati tuæ ô Cæſar, quam dedimus abſurda reſponſio, quoniam divinæ bonitati non præjudicat ullatenus, quod mala fieri juſtiſſima ratione permittit: potius autem præjudicaret, ſi mala in præſenti mundo fieri non permitteret. Enimvero ſi non permitteret fieri mala, jam homo peccare non poſſet, eſſet certè impeccabilis, quod ejus naturæ non convenit, cui ab initio liberum arbitrium conditor omnium dedit. Homo etenim creatura cum ſit, & non creator, eſt neceſſariò tam ad bonum convertibilis quàm ad malum, cujus eſſe dependet à ſummo creaturarum opifice omnium quemadmodum à cauſa ſui eſſe omne cauſatum. Creare verò ſoli Deo relictum eſt, qui eſt incorruptibilis & ſempiternus, corruptibile autem omne neceſſariò deficit: conſervatur autem bonitate Creatoris, quandiu cauſa influentiam non amittit. Unde fieri nec potuit nec decuit, quod homo ex conditione ſuæ naturæ crearetur impeccabilis. quo ſolus gaudet naturaliter opifex omnium Deus, qui eſt incommutabilis & ſempiternus. Quoties verò confertur homini ut peccare non poſſe videatur, nec libertas arbitrii tollitur, nec poſſibilitas ſimpliciter aufertur, ſed voluntas in bono confirmatur. Et quotieſcunque hoc donum confertur creaturæ munus eſt gratiæ, non naturæ. Dicit enim Scriptura: Deus ab initio creavit hominem, & reliquit eum in manu conſilii ſui. Nam propriè loquendo eſſe non poteſt, ut homo mortalis, in originali dſplicentia conceptus, & liberum habeat arbitrium, & non poſſit committere peccatum. Dicit enim ſanctiſſimus Præſul Auguſtinus: Prima libertas voluntatis erat, poſſe peccare. Itaque ſi homo peccare non poſſet, propriæ volunta-



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

tis ſuæ dominium non haberet. Unde quamvis omnipotens Deus peccatum non velit, peccare tamen homines, & malum facere juſtè permittit, quatenus libertate arbitrii permanente, & virtus boni operis meritum, & pravitas voluntaria recipiat quod fecerit malum. Nemo enim aut benè facit, aut peccat invitus. Juſtè igitur omnipotens Deus peccare, & malum facere homines permittit, quibus à principio libertatem arbitrii conceſſit. Sunt autem multæ rationes, à ſanctis Doctoribus dudum aſſignatę, quare omnipotens maleficia tanta fieri per dæmonum cooperationem permittat, quarum ordine neceſſariò breviter faciemus mentionem. Prima eſt, ut divinæ manifeſtetur excellentia poteſtatis, qui ſolus eſt incommutabilis, & ſupra omnem longè poſitionem. Omnis autem creatura mutabilis ad incommutabilem creatorem nullam habet comparationem. Unde in Numeris legitur: Non eſt Deus quaſi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis, ut mutetur. In Eſaia quoque dicitur; Deus fidelis abſque iniquitate juſtus & rectus. In libro etiam Tobiæ ſcribitur: Juſtus es Domine, & omnia judicia tua vera ſunt, & omnes viæ tuæ miſericordia, veritas & judicium. Et in libro S. Job legimus: Abſit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & juxta vias ſingulorum reſtituet eis. Omnis igitur homo qui ſuam ignorantiam & infirmitatem rectè intelligit, quàm ſit nihil comparatus ad creatorem ſuum, potenter agnoſcit. Juſtè namque Deus permittit peccare hominem, quo & libertas continuetur arbitrii, & excellentia hominibus innoteſcat magni Dei.

Secunda ratio eſt, ut imperſcrutabilis Dei ſapientia innoteſcat mortalibus, quæ novit ex noſtris malis ejicere bonum, cum unius peccatum alterius facit eſſe meritum ad virtutis incrementum. Nam ſi malum fieri non permitteret, quis noſtrûm intelligeret bonum? Facit enim Deus bonum, & ordinat, mala verò non facit, ſed ab impiis facta ne inordinatè veniãt ipſe diſponit. Neque malitia hominum Dei voluntatem impedit, neque poteſt homo quicquam, quod Deus non permittit.

Tertia verò cauſa eſt, quod omnipotens fieri maleficia permittit, ut manifeſtet ſuam clementiſſimam bonitatem in eos qui peccaverunt, & egerunt pœnitentiam: quam nullatenus poſſet oſtẽdere, ſi creaturam non permitteret peccare. Nam ſi nullus eſſet peccator, nec Deus poſſet eſſe miſerator. Sed quoniam





niam in multis offendimus omnes, ubiq; Deus invenit, quod remittat: ubiq; reus occurrit, in quo ſuam miſericordiam pius conditor oſtendat. Unde ſanctus præſul Auguſt. Si levis morbus eſſet, contẽneretur medicus, non quęreretur, morbus non fineretur. Ideo ubi abundavit peccatum, abundavit & gratia, quę ſola diſcernit redemptos à perditis, quos in unum coacervat maſſa perditionis, ab origine ducta creationis. Eſt ergo miſericordia Domini ſuper omnia opera ejus.

Quarta verò ratio divinæ permiſſionis eſt, ut juſtitia creatoris in eos declaretur, qui peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam: quoniam ſi omnes benefacerent, & nemo peccaret, nihil haberet Dei juſtitia, quod puniret. Ut ergo juſtitia locum habeat, divina permiſſione creatura peccat. Juſtus enim eſt Dominus: qui reddet unicuique ſecundum opera voluntatis ſuæ.

Quinta ratio eſt dignitas conditionis humanæ, quia ſi DEUS non permitteret peccare hominem, brutis videretur deterior, quæ nulla impellente violentia naturæ motibus liberè utuntur. Nam etſi ratione bruta careant, liberum tamen naturæ motum habent, quem ſequuntur in quorum comparatione homo videretur inferioris conditionis, ſi liberum non haberet arbitrium voluntatis. permiſit autem homini Deus voluntatem liberam, cui nec reges imperant, nec principes.

Sexta ratio eſt laus meriti, conſtantiæ humanæ virtutis, quando juſtum virum propterea laudamus: quia cum potuiſſet tranſgredi, non eſt tranſgreſſus, ſed gratia Dei adjuvante in bonæ voluntatis conſtantia permanſit.

Septima ratio, quare omnipotens Deus permittat dæmones tanta maleficia intercurſu maleficarum facere, eſt ut illi qui contempta veritate delectantur mendacio. per inventorem mendacii diabolum ſeducti penitus decipiantur. Dignum eſt enim, ut incantatores atque maleficæ, qui ſalutaria Chriſti documenta ſequi deſpiciunt, à dæmonibus decepti omnes ad inferos demergantur in æternum puniendi. Suffragium à dæmonibus totius humani generis hoſtibus expetunt, & Salvatorem mundi, quem ſolum adorarę debuerant, contemnunt. Juſtum eſt enim, ut is, qui veritatem ſpontanea voluntate deſerit, adhærens mendacio, in interitum à diabolo præcipitetur.

Octava cauſa eſt manifeſtatio divinæ poteſtatis, cujus po-

tentia & virtus eſt ſuper omnem creaturam. Enimvero cum Deus omnipotens aliquando magna permittit diabolo, & parva quędam denegat, quam ſit infirmus humani generis hoſtis, & divinæ majeſtati ſubjectus in omnibus manifeſtat. Nihil enim à ſeipſo poteſt diabolus, ſed omnia quæ facit, Deo permittente facit. Cauſa igitur omnium prima, propter quam omnipotens Deus fieri maleficia permittit, juſtitia eſt, qua libertatem quam creaturæ ſemel à principio contulit, ordine inviolabili cuſtodit. Verùm quia poteſtas creaturæ omnis à ſuo creatore dependentis reſtricta eſt & limitata, nec diabolum omne quod vult poſſe, manifeſtum eſt, nec hominem voluntate quantumlibet depravatum. Voluntas quidem eſt libera, ſed poteſtas certis & neceſſariis gradibus limitata. Quoniam quidem ſi dæmones poſſent omne, quod volunt, nihil tutum in humanis permaneret, ſed labefactarent omnia. Ligatam verò poteſtatem dęmonum hiſtoria S. Iob manifeſto demonſtrat exemplo, quę non amplius tentare Satan audebat, quàm ei fuerat diſpenſatione divina permiſſum. Nemo enim in præſenti mundo quantumlibet juſtus aut fortis dæmonum furori poſſet reſiſtere, ſi pro eorum arbitrio libera ſemper nocendi poſſent uti poteſtate. Ante vero Dominicam paſſionem majore quàm poſtea poteſtate utebantur poteſtatis, ſed Chriſto mortem pro nobis in ara crucis guſtante, valde jam deinceps eorum eſt imminuta poteſtas, Salvatore in Evangelio dicente: nunc princeps mundi ejicietur foras. Etenim Chriſti humilitas & perſeverantia ſanctorum, audaciam dæmonum valdè reſtrinxerunt, ita quòd incentores malorum rectè nuncupari poſſunt, impulſores verò minimè. Nec invaleſceret contra nos diabolus, niſi vires ex noſtris peccatis acciperet. Hinc nos Scriptura admonet, dicens, Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Et iterum: Nolite locum dare diabolo. Concludendo igitur ſermonem ad intelligentiam propoſitæ quæſtionis, quare Deus fieri tot maleficia permittat, rationes credo ſufficienter manifeſtas. Nam & ſi voluntas dæmonum ſemper ſit iniqua, poteſtas tamen nunquam poteſt eſſe injuſta: quoniam quod malè vult, ex proprio habet arbitrio: quod autem malè facere poteſt, ſolum habet à Deo. Et hæc quantum ad eos pertinet, qui mala faciunt, dicta ſunt. Sed quare omnipotens Deus permittit dæmones lædere homines medio maleficarum, qui in nomine ſanctæ Trinitatis baptiſati ſunt, & fideliter credunt in unigenitum Filium ejus Dominum noſtrum Jeſum Chri-

ſtum.



ſtum. Nam ſi malos perverſos & infideles in corpore & in reb. tantum lædere poſſent, coërcerentur vero ab acceſſu & læſione bonorum atq; fidelium, permiſſionis juſtum rectè videretur eſſe judicium: nunc autem frequentius boni & innocentes, dæmonum maleficiis infirmantur, & quandoque etiam vita privantur, ut ſilentio jacturam rerum temporalium quam ſæpè maleficiati patiuntur, tranſeamus, multis venit in ſcrupulum, cur iſta permittat omnipotens, qui nihil permittit injuſtè.

Hujus propoſitæ quæſtionis non alias quam à priſcis, atque Catholicis accepi doctoribus, quantum potero, breviter neceſſarias per ordinem aſſignabo rationes. Et prima quidem ratio eſt probatio fidei Chriſtianorum, & experientia integritatis, ut maleficiis dæmonum flagellati diſcant in paſſionibus carnis, quam fidem & dilectionem ad Deum habeant in abſcondito mentis. In proſperis eſſe longanimem non eſt difficile, ſed in adverſis cum humili patientia à Salvatore fidelium præſtolari auxilium non mollium eſt, ſed fortium, & verè fidelium Chriſtianorum. Didicit in ſua tribulatione ſanctiſſimus Job, quantam in Deum fidei haberet conſtantiam, qui antea in tranquillitate cuſtodierat ſine tentationis jaculo pietatem. Hic ſimul notandum, quòd illi quos dæmonum vel hominum maleficia quamodocunque fecerunt infirmos, qui pro ſanitate recuperanda maleficos & incantatores quoſcunque vel accedunt vel conſulunt, ſive per ſe ſive per alios, contra Dei & Eccleſiæ præcepta faciunt, neque fidem in Deum habent veram, neque dilectionem. Sanitatem quippe morituræ carnis Deo præferunt, & ſalutem non à Chriſto, ſed à diabolo & ejus miniſtro quærunt. Malunt enim in nomine diaboli ſani, ſed infœliciter vivere, quàm hic pro Chriſti amore modicum pati, & poſtea cum eo in perpetuum gaudere. Qui verò maleficos non accedit, propterea quoniam Deus prohibuit, malens vivere cum obſervantia mandatorum Dei in egeſtate & ægritudine, quam contra Deum in divitiis & corporis ſanitate, ille Deum veraciter diligit, & integritatem Chriſtianæ fidei rectè cuſtodit. Non ſunt inter Chriſtianos tolerandi ô ſacratiſſime Cæſar, Homines mente corrupti & reprobi circa fidem, qui per maleficia curant maleficiatos, qui furta miniſterio dæmonum revelant & adulteria, qui lapidum aut ſpeculorum inſpectione prænunciant futura. Non exaudias illos precor, qui divinarum legum ignari hujuſmodi miniſtros dæmonum imperio tuo exiſtimant utiles, propterea quod maleficio noverunt maleficia diſſolve-

re:

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

re; quoniam iſta pernicioſa curatio corporum, mortem inducit animarum, & facit homines à Deo creatore omnium reddere, & impiis apoſtatis dæmonibus adhærere, cum quibus poſt mortem damnabuntur in æternum.

Secunda ratio, quare omnipotens Deus maleficio lædi permittat innocentes, eſt augmentum meritorum, ut videlicet probata eorum in tribulatione patientia, coronam gloriæ in cœlo digniorem mereantur. Nam ut ſacer inquit Auguſtinus: Homo ſibi ignotus eſt quid ferre poſſit, quid non poſſit: aliquando metuit ſe non poſſe, quod tamen poteſt: cùm accedit tentatio quaſi interrogator quidem, homo invenitur à ſeipſo, qui prius latens neſciebat ſeipſum. Divus Archiapoſtolus Petrus, antequam ſuperveniſſet ei tentatio, & ſe latebat, & alios, quàm eſſet inconſideratus & infirmus: acceſſit illa, & apparuit infirmitas, quæ latebat. Maxima igitur hominis probatio, tentatio eſt, ſacra teſtante Scriptura: Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis. Facilis eſt in proſperitate patientia, quoniam mentem nulla pulſant adverſa. Multæ autem tribulationes juſtorum, ſed de omnibus his liberabit eos Dominus noſter Jeſus Chriſtus.

Tertia divinæ permiſſionis ratio, eſt humilitatis cuſtodia, quatenus homo fidelis & juſtus Deum ſemper timeat, & nunquam de ſua fortitudine vel juſtitia præſumat. Hinc de reprobis dicit Scriptura: In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua, prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Miſerentis Dei eſt, quod homines bonos & juſtos interdum permittit adverſitatibus concuti, quos novit in proſperis non poſſe humiliari. Multos enim tribulatio fecit humiles, quos ſecunda reddidiſſent elatos. Denique maleficorum timida imaginatio facit bonum hominem timere Deum ſuum, & ejus ſedulò invocare auxilium, quo munitus, contra dæmonum incurſus ſe poſſit confidere tutum. Nemo autem ſuperbus & præſumens de viribus ſuis, à maleficiis dæmonum ſe tutum exiſtimet, quoniam quem inflatum ſuperbia Dei protectio deſerit, dæmonum maleficiis procul dubio pateſcit.

Quarta ratio eſt, ut bonorum malorumque diſcretio habeatur. Dicit enim de bonis ac Deo dilectis hominibus Scriptura in Actibus Apoſtolorum: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et ſanctus Chriſti amator Paulus, in quadam Epiſtola dicit: Omnes, qui volunt in Chriſto pie vivere, perſecutionem patientur. Sapientiſſimus quoque Rex Salomon in Proverbiis dicit. Quem diligit Dominus, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi: Res Chriſtiano nimis glorioſa, pro Dei amore patienter tolerare adverſa, ſive à malis hominibus inferantur, ſive à dæmonibus. Datur enim poteſtas diabolo ejuſque miniſtris lædendi homines bonos & juſtos, non in eorum confuſionem ſicut petrones exiſtimant, ſed in maximam potius, & certam animæ conſulationem. Enimverò cùm benè vivit homo juſtus, neminem lædit, neminem offendit, nulli facit injuriam, Deum ſuum toto corde diligit, timet & veneratur, omni ſolicitudine mandata ejus cuſtodiens, & nihilominus tribulatur à maleficis, ſive in corpore, ſive in rebus, ſive in utroque, verè beatus eſt homo ille, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam promiſit Deus his, qui diligunt eum. Omnis, qui rectè vivit in unitate fidei Catholicæ Eccleſiæ Chriſtianorum, & mala in hoc mundo recipiens, pro Dei amore patienter tolerat, certum eſt ſignum, quòd in Dei gratia ſalvandus perſeverat. Quocirca de malis & reprobis ita ſcriptum legimus: Quare impii vivunt, ſublevatique ſunt, conſortatique divitiis: domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga DEI ſuper illos: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Manifeſtum enim damnationis eſt ſignum, ſi hic malè vivas in peccatis & vitiis Deo contrarius, & in bonis fortunæ, corporiſque ſanitate proſperatus.

Quinta ratio, quod omnipotens permittit homines bonos & juſtos tribulari à malis & reprobis, eſt, propter mentis omnimodam purgationem. Nam ſicut Scriptura dicit: Non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Sed cùm Deus nullum peccatum tranſeat impunitum, ordinat juſtis hominibus, per miſericordiam, pro eorum delictis pœnas temporales, improbis verò & reprobis, per juſtitiam æternas. Commutat ergo ex miſericordia pœnitentibus pœnam æternam in temporalem, quam vel in hoc mundo patiantur, neceſſarium eſt, vel poſt mortem in purgatorio. Verùm, quia purgatorii tormenta ſunt horrenda atque graviſſima, miſericors Deus pœnitentes, quos diligit, in hac vita purgare variis modis conſuevit, per incommoda diverſarum in corpore & in rebus tribulationum. Proſunt enim maleficia impiorum bonis & juſtis hominibus ad medelam, ipſis autem inferentibus ad damnationem.

Sexta

Sexta ratio eſt, ut homo per incurſus dæmonum maleficatus revocetur ad pœnitentiam, & proponat in corde ſuo neceſſariam vitę emendationem. Omnipotens etenim Deus non ſubitò cùm peccamus, immittit vindictam, ſed usq; ad præfinitum tempus noſtram expectat emendationem. Si verò pœnitentiam agere neglexerimus, venit ad nos vindex malorum, quando non putamus: & qui nos peccatores in tranquillitate pœnitendo recognoſcere contempſimus, in tribulatione ſerò tandem recognoſcemus. Hinc ſanctus propheta in perſona Dei loquitur, dicens: Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint, & mandata mea non cuſtodierint viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis, neque nocebo in veritate mea.

Septima ratio quare omnipotens Deus permittit maleficia dæmonum prævalere bonis & innocentibus, eſt, ut amputetur eis nimium licentioſa peccandi occaſio. Sunt enim multi pauperes & infirmi Deo placentes, boni & devoti & humiles, quos inopia & ægritudo corporis Dei amore conſervant: qui ſi divites honoribuſque ſublimati eſſent, citò in profundum vitiorum à ſanctitatis propoſito defluerent. Non expedit omnibus ad ſalutem habere cum ſanitate honores atque divitias, nec diuturnior vita hominem ſemper efficit meliorem, propterea omnipotens Deus volens in eos, quos elegit miſericordiam ſuam oſtendere, permittit bonos, juſtos & innocentes variis calamitatibus ſubjacere. Et aliquando per malos homines, aliquando pro diverſis aliis modis ac mediis aufert ab hujuſmodi hominibus divitias & honores, quibus male præſcivit uſuros, quatenus humilitatem in paupertate & objectione cuſtodiant, quæ in opulentia & ſublimitate poſiti minimè conſervaſſent. Permittit ēt ſæpius in multas eos & magnas ægritudines incidere, quibus læta ſanitas carnis maximam intuliſſet ægritudinem mentis. Denique permittit maleficio quoſdam ad mortem impelli, ut amputetur eis peccandi licētia, qua fuerant abuſuri diutius in vita permiſſi. Hinc de viro juſto dicit Scriptura. Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus, & ne fictio deciperet animam ejus.

Octava ratio divinę permiſſionis eſt, ut homines ſacramenta venerentur Eccleſiæ, quæ magnam habent virtutem contra omnia maleficia malignorum ſpirituum. Raro enim maleficiis dæmonum læditur, qui Sacramenta & ritus Eccleſiæ Catholicæ



tholicæ debito cum honore veneratur. Et propria maleficarum confeſſione ſæpius audivimus, quod miſſarum auditio & uſus rerum benedictarum ab Eccleſia multum infirment dæmonum poteſtates. Neque enim fruſtra benedicuntur in Eccleſia Dei, ſed ut ſint, quæ divinæ protectionis munimen dæmonibus oſtendant metuenda ſignacula. De pueris verò & infantibus, qui in Chriſto renati maleficiis dæmonum vel hominum quandoque necantur, non dubitamus, quin divina providentia hoc fieri permittat eis in ſalutem, quæ omnia novit in melius ordinare mortalibus. Sæpè tamen contingit infantes maleficiis perire propter delicta parentum.

*FINIS.*

D I-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

# DIVERSA DIVINATIONUM GENERA.

## P. N. D. L. S. S.

*Et primum de Geomantia.*

Geomantia ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῆς μαντείας, ab antiquis philoſophis non immerito nuncupata eſt quaſi divinatio ex terra. Hujus etenim artis magiſterium ex quibuſdam punctis non numeratis, caſu & fortuito terræ impreſſis, & per ſexdecim lineas verſus ſiniſtram deductis, colligitur, quas punctuales lineas, Geomantici authores per paritatis & imparitatis exceſſum, ad certas (punctis etiam conſtantes) figuras reducunt: ſeptem planetas, duodecim ſigna zodiaci, caput caudamque draconis, ipſa quoque quatuor elementa. In hoc mundo inferiori (ut volunt) repræſentantes, eorumq; omnium vim æternam, & poteſtatem mirabili quodam corporum, ſuperiorum influxu, & cœleſti irradiatione interveniente præ ſe ferentes: illiſq; figuris tunc Geomantici ſcriptores nomina ſuis effectibus idonea impoſuerunt, hujuſmodi artem Aſtrologiæ judiciariæ ſummam, & ſubtilem ejus abbreviationem vocitantes: per quam omnes quæſtiones, ſibi propoſitas, adhibito judicio, reſolvunt: & ad omnia quæſita ex tempore reſpondent, projecta tamen in terram (ſecundum interrogata) & prius formata ex quærentis intentione figura. De eo Chaldæi, Indi & Ægyptii primi ſcripſerunt. Inter recentiores verò Petrus Aponenſis dictus de Abano, Gerardus Cremonenſis, Joannes Geber, Bartholomæus Cocles, Chriſtophorus Cataneus, & Nonius Marcellus Saya. Qui verò nunc ea utuntur, non in terram, ſed in chartam albam, & nitidam, maculis omnino carentem, hujuſmodi puncta penna atramento imbuta projiciunt.

Eſt etiam alia geomantiæ ſpecies, quæ ex terræ motibus nonnunquam futura prænunciat, ut quondam Nicææ accidit cum multi Epiſcopi Eudocio duce, ejuſq; factione congregati, novo, jam inchoato concilio, ea quæ per generale concilium decreta fuerant oppugnari, tentantes, vehemēti & ſubito terræ motu graventi, ſtatim animadvertunt negotium ab eis ſuſceptum Deo ſummè diſplicere, & contra ejus voluntatem fieri



fieri, qua admonitione perculſi omnes re infecta & derelicta, in ſuam provinciam (ut Functius ſcribit) exierunt.

Hic autem obiter notandum Deum, quotieſcunque voluit populos & gentes ob admiſſa ſcelera caſtigare, eoſque ad meliorem vitam revocare vehementes terræ motus excitaſſe, tanquam ſuæ voluntati nuncios, & vindictæ præparatæ præcurſores, ut his ſaltem deterriti ſignis ſeſe ad pœnitentiam converterent. Ut Hieroſolymæ accidiſſe fertur antequam à Tito obſeſſa, ut Romæ antequam à Carolo Borbonio direpta, & deprædata fuiſſet. Rhodos famoſiſſima Aſiæ inſula Hieroſolymitanis equitibus quondam nobilitata, aliquot menſibus priuſquam in Othomanorum poteſtatem veniret tota contremuit. Corcyra inſula (quæ nunc corphu) firmiſſimum totius Chriſtianiſmi adverſus Turcarum rabiem propugnaculum, paulò antequam ab inſigni illo pirata cognomine Barbarouſſa, expilata & ſpoliata fuiſſet, ingentem (ut ab Inſulanis accepi dum illic agerem) terræ motum paſſa eſt. Ex terræ etiam exhalationibus præſcire poſſumus, ſerenum tempus, tempeſtates vel pluvies futuras, multiſque aliis terræ impreſſionibus, ut Ariſtoteles, Plinius, Jovianus, Pontanus, cauſis aſſignatis docent.

Hydromantia ἀπὸ τοῦ ὕδατος non ſine cauſa nomen ſortita eſt, idemque ſonat quod ex aqua divinatio, fit enim ex aquarum fluxu & refluxu, ut in Sicilia juxta Meſſanam civitatem inter ſcillam & caribdim, ex diverſa Maris agitatione; incolæ multa ad eorum utilitatem vel damnum conjiciunt.

Circa Euripum inter Euboiam inſulam (quæ nunc negroponte dicitur) & Naupliam urbem (quam nunc ἀνάπλη τῆς ρομανίας Græci vulgares vocant) ſæpenumero habitatores experientia idem comperiunt.

Nautæ etiam & nautum gubernatores (quos pedotas nauticum vulgus nuncupat) ex maris diſpoſitione variiſque ejus accidentibus tranquillitatem vel procellas imminentes prævident, uti ipſe toties etiam cum illis expertus ſum in meis navigationibus. Quibus rationibus moti Chriſtiani Orientales (maris mediterranei inſulas incolentes) mare ipſum tanquam animatum eſſet quotannis multis cum cæremoniis Eccleſiaſticis baptizare ſatagunt.

Dux etiam Venetus ſuis magnificis nobilibus ſtipatus, ſingulis annis magno cum apparatu, cum ipſo mari ſpōſalia init. Fit enim hydromantia per excreſcentias, & depreſſiones aquarum, ut in Nilo Ægypti fluvio, ex cujus incremento Ægyptii



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. І. МЕЧНИКОВА

anni fertilitatem, vel ſterilitatem præſagiunt. De quo Pomponius Mela, Strabo, Lucretius, & ex neotericis Vadianus & Nonius, Marcellus Saya, multa ſcitu non indigna, ſcripſerunt.

Naſcitur etiam non longè à Moncalvario meo natali ſolo fonticulus nec tamen perennis, ſed certis temporum intervallis defluens (Gobetam incolæ vocant) ex cujus fluxu & excreſcentia ruſtici morbos futuros præſagiunt anno illo quo decurrit rivulus ille, ſequenti verò anno annonæ charitatem præſentiunt.

Ad hanc etiam referuntur apparitiones quæ in aquis fiunt, ut noſtra tempeſtate nonnulli aſſerunt, aliquos eſſe & reperiri, qui in phiala vitrea vel ampulla aquæ plena varias rerum formas, & ſpirituum imagines fantaſticas oſtendere ſe poſſe pollicentur. Quod genus divinationis à Perſis derivatum, & ab Aſſyriis uſitatum, affirmant ſcriptores. Numam etiam Pompilium & poſt hunc Pythagoram Philoſophorum Principem: hanc ſummò habuiſſe, eamque exercuiſſe ferunt.

Ad hanc hydromantiam referri poteſt Lecanomantia, quæ ἀπὸ τῆς λεκάνης, à pelvi ſcil. aquæ plena nomen habet, qua etiam hac noſtra ætate Itali ad furta detegenda ſæpiſſimè utuntur: pelvim ſiquidem implent aqua, pilulaſque tres (quas bellotas vocant) creta, vel argilla, aqua madefacta ad nucis communis magnitudinem conficiunt, & in meditullio cujuſlibet pillulæ, nomen chartæ impreſſum, alicujus ſcil. eorum qui furti ſuſpecti ſunt, includunt, verbi gratia: Joannes Pitous vel Martinus (addito cognomento) tale quidpiam furatus eſt, poſtea verò dictas tres pilulas, in prædictam aquam projiciunt, murmurantes (capite denudato) verba quædam barbara, abſurda, & inconcinna, quorum omnium virtute (ut ajunt) una ex dictis pilulis diſſolvitur, & aperitur, apparetque in ipſius aquæ ſuperficie inſcriptum, ſicque ut volunt manifeſtatur nomen furis & furtum detegitur.

Aëromantia ἀπὸ τοῦ ἀέρος ab aëre dicta divinatio, quod per aëreas impreſſiones, futura edocet, ut legitur lib. 2. Machab. cap. 5. paulò antè quàm Hieroſolymorum civitas, Antiocho denuò deprædaretur, per totam urbem quadraginta ferè diebus, viſos per aërem diſcurrentes aurato habitu equites, & quaſi cohortes armatas haſtatorum, equorumque ordinibus digeſtorum agmina, & concurſus utrinque ſimul, & motus ſcutorum, & ſpicula crebra, diſtrictoſq; gladios telorum quoque jactus. Scribit etiam Joſeph. lib. 7. c. 11. belli Judaici Hieroſolymis currus apparuiſſe in aëre per omnes cœli regiones con-



concurrentes, exercitus etiam penetrantes nubes ipſas, & circundantes aliquas civitates, quæ omnia nihil aliud prænunciabant, ut poſtea ſuo magno damno experti ſunt Judæi, quàm urbis & totius regionis deſtructionem & devaſtationem.

Ante bella civilia per Sillanam & Marianam factionem Romæ exorta, apparuerunt per Italiam exercitus in aëre inter ſe decertantes, tanquam prævium bellorum civilium præſagium ut paſſim meminerunt Romanæ hiſtoriæ ſcriptores.

Apud Blaincutiacum bellovacenſis provinciæ pagum (in cujus læto & fertili ſolo in primis adoleſcentiæ annis dulciter educatus fui) anno prætetito ſub Auguſti menſis principio milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, viſi ſunt milites armati equis inſidentes, gladiis & haſtis inſtructi in aëre fortiter præliantes. Quod portentum Deus Opt. Max. benè vertat, & ad meliores eventus ſua bonitate revocet & reducat.

Eſt etiam alia Aëromantiæ ſpecies, quæ fit per cœli diſpoſitionem & planetarum aſpectus fortunatos vel infortunatos, unde aëris alternæ mutationes aſſiduè proveniunt. Ex quibus multa (ſecundum Arabum & Ptolemæi doctrinam) quæ ad futurum rerum eventum attinent, colligere licet.

Pyromantia ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ex igne dicitur divinatio, fit enim per impreſſiones igneas & per viſiones in igne. Sic Argonautæ in expeditione velleris aurei per ignis & flammæ apparitionem circa Argo navim, maris tempeſtatem citò finituram ſociis prædixerunt. Valerius Maxim. lib. 1. cap. 6. narrat Servio Tullo etiam tum dormienti, circa caput flammam emicuiſſe: quod prodigium Priſci Tarquinii Regis uxor Tanaquil admirata, Servium ſerva natum in modum filii educavit, & ad regium faſtigium evexit.

Eodem loco idem author ſcriptum reliquit flammam fœlicis eventus prænunciam, ex Lucii Martii Ducis duorum exercituum, quos interitus Publii & Cnei Scipionum in Hiſpania debilitaverat, capite concionantis eluxiſſe, cujus aſpectu pavidi adhuc milites priſtinam recuperare fortitudinem admoniti, octo & triginta hoſtium millibus militibus cæſis, magnoque numero in poteſtatem reducto, bina caſtra, Punicis opibus referta receperunt.

Non minus fœlix oſtentum Alexandro Magno contigiſſe contra Barbaros dimicanti, medio in conflictu refert Plutarchus in ejus vita, quod futuræ victoriæ non mediocrem ſpem Macedonibus attulit, Barbarorumque animos & vires magna ex parte fregit.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

Idem tamen autor Plutarchus aſſerit cœleſtes ignes paulò ante Jul. Cæſaris atrocem interitum appar[u]iſſe, ſignaque non dubia, ejus acceleratæ necis dediſſe. De hujuſmodi flammis tractat Ariſtot. lib. 1. Metheor.

Capnomantia ἀπὸ τοῦ καπνοῦ, à fumo divinatio appellata, quando ſcilicet fumus altum petit: ut olim veteres ſua ſacrificia Deo grata eſſe, judicabant: cum fumus ex his proveniens recta ad cœlum aſcenderet: contrarium verò, ſi terram verſus deprimeretur. Per fumum etiam manifeſtè apparuit vetus illa inimicitia inter Theoclem & Polinicem Thebanos fratres, adhuc poſt diem ſupremum vigere, dicente Ovidio in Ibim:

*Et nova fraterno veniet concordia fumo,*
*Quam vetus accenſa ſeparat ira pyra.*

Axinomantia ἀπὸ τῆς ἀξίνης, ex Securi vel Aſcia divinatio, Plinius lib. 36. cap. 19. de gagate lapide loquens: Hoc (inquit) dicuntur uti Magi, in ea quam vocant Axinomantiam, & peruri negant, ſi eventurum ſit quod aliquis optet.

Botonomantia ἀπὸ τῆς βοτάνης, ab herba nominata divinatio, ut Verbena, valeriana, pervinca, filice, lunaria, & cæteris hujuſmodi quæ vim incantandi habere dicuntur. Antiqui enim magnam vim herbis tribuebant in ſuis incantationibus cōficiendis, ut Medea denotat apud Ovid. lib. 7. Metamorph. & Erictho Emathia Saga apud Lucanum lib. 6. Virgil. etiam in pharmaceutria.

Cleromantia ἀπὸ τοῦ κλήρου, à ſorte, ut Virgilianis & Homericis ſortibus in occurſu verſiculorum. Etiam ſortes a quibuſdam impiis hominibus ex Pſalmorum verſiculis capiuntur. Erant etiam olim Præneſtinæ ſortes. Hinc Valerius Maximus lib. 1. cap. 4. ſcribit, Luctantium (qui primus bellum Punicum confecit) à Senatu prohibitum, ſortes fortunæ Præneſtinæ audire.

Clidomantia, ἀπὸ τῆς κλειδὸς, per clavem divinatio, cum clavis inſcriptio nomen furis ſuſpecti circumdata, & ſacræ Scripturæ libro alligata, digitiſque virgineis ſuſtentata ſua (motu proprio) totatione, & volubilitate furtum (ut nonnulli exiſtimant) indicat. Poſtquam κλειδομάντης verſus quoſdam, voce ſubmiſſa, ſuperſtitioſoque murmure ſuſurravit.

Κοσκινομαντία ἀπὸ τοῦ κοσκίνου, per cribrum divinatio: & κοσκινομάντης vates cribro divinans, ut vult Philippides apud Pollucem: cujus uſque ad noſtra tempora invaluit uſus in noſtra Gallia, maximè apud Idiotas & Plebejos. Cùm enim rem furto ab-

to ab-



to ablatam recuperare, & furem cognoſcere volunt, ad cribrum farinarium vel in cerniculum ſetaceum forficibus infixum recurrunt.

Umbilicomantia divinatio per umbilicum, qua dignoſcunt obſtetrices per nodulos umbilico, & ſecundis adhærentes quot partus puerpera in poſterum ſit in lucem editura.

Phyſiognomonia ſcientia eſt, qua natura hominum ex aſpectu corporis judicatur, ἀπὸ τοῦ φυσιογνωμονεῖν, ex facie addivinare & per naturæ indicia cognoſcere. hinc φυσιογνώμων, qui ingenia hominum & ſenſus ex aſpectu corporis judicat, ut de Zopiro legitur.

Metopoſcopia ſcientia, qua hominis ingenium ex fronte dijudicatur. hinc μετωποσκόπος ἀπὸ τοῦ μετώπου καὶ ἐπισκοπεῖν dicitur ille qui ex fronte hominum mores & affectus conſiderat, in ſeque futura auguratur.

Chiromantia ſcientia qua per manuum lineamenta felicitatem vel infelicitatem præſagiunt Chiromantici & hominibus futura prædicant, ἀπὸ τῆς χειρὸς καὶ μαντείας. hinc χειρομάντης καὶ χειροσκόπος qui ex lineamentorum manus inſpectione futura prædicit, hominumque mores, & naturam conjicit, qualis fuit Helenus Siracuſius, qui περὶ χειρομαντείας librum edidit, quem inſcripſit χειροσκοπικὸν οἰώνισμα Chiromanticum augurium. Suid. Poll. lib. 2. & ex neotericis authoribus Bartholomæus Cocles Bononienſis, Joannes Indaginis de Apione, & Nonius Marcellus Saya.

Necromantia ἀπὸ τοῦ νεκροῦ καὶ τῆς μαντείας, per mortuos divinatio, quemadmodum legitur 1. Reg. c. 28. de Saule Jſraëlis Rege, qui mulierem habentem Pythonem conſuluit, quæ (Saule ita jubente & requirente) Samuelis umbram evocavit, reſponſaque ab eo accepit.

Erichto Theſſala Maga apud Lucanum libr. 6. per reſponſum militis mortui Sexto Pompejo omnem Pharſalici belli eventum patefecit & aperuit.

Augurium quaſi Avigerium, vel Avigarium, pro ipſa divinatione ſumitur. Erant autem tria divinationis genera in avibus. Nam aliæ volatu, aliæ cantu futura prædicabant, & illæ præpetes, iſtæ oſcines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum paſtu, cum pullis gallinaceis è cavea depromptis eſca porrigebatur. Si avidè edebant, bonum omen, ſin minus eſca negligebant, malum. Augur verò dicitur, qui ex volatu, paſtu, aut cantu avium futura divinat. ex volatu, ut Ovid.

*Et à leva cava mœſta volavit avis.* Virg.

*Sæpè ſiniſtra cava prædixit ab ilice cornix.*

A paſtu, ut de pullis gallinaceis dictum eſt. A cantu. Virg.

*Solaq; culminibus ferali carmine bubo*
*Viſa queri -----*

Aruſpicinia, ars divinandi ex ipſis hoſtiarum extis. Virgil. lib. 4. Æneid.

*Pectoribusq; inhians ſpirantia conſulit exta.*

Haruſpicium idem. Haruſpex, qui harugis, id eſt, hoſtiis inſpectis futura prædicit, ab hara, in qua concluditur, & ſervatur hoſtia dicta.

Onomantia, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, à nomine dicta. Divinatio fit enim per propriorum nominum literas, certis numeris per authores hujuſce artis aſſignatas, de qua circumfertur liber Italicè conſcriptus. de qua etiam ſcripſit Nonius Marcellus Saya.

Arithmomantia, ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ, per numeros divinatio, ut per Pythagoræ rotam, per pares & impares numeros, quemadmodum circa finem ſuæ Geomantiæ Chriſtophorus Cattenus ſcriptum reliquit.

Fiebant enim apud Romanos divinationes per auſpicia, per omina, per prodigia, & per ſomnia. De quibus omnibus Valerius Maximus lib. 1. cap. 4. 5. 6. & 7. accuratè tractavit. De divinatione autem per ſolum ſomnium, Macrobius in ſomnium Scipionis, Arthemidorus Deldianus in ſuis libris de Somniorum interpretatione. Auguſtinus Nimphus, Hieronymus Cardanus, & Nonius Marcellus Saya affatim meminerunt.

FINIS.

Н-89069
26798
НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА

In Geomanticam disciplinam lectura ... 405
De occulta philosophia seu de ceremoniis magicis liber IV . . . . . . . . . . 426
Heptameron seu elementa magica Petri de Abano Philosophi . . . . . . . . . 453
De speciebus magiae ceremonialis quam goetiam vocant, Epitome per Georgium pictorium Vigillanum, doctorem medicum, nuperrime conscripta ... 478
An sagae, vel mulieres quas expiatrices vulgatium nominamus, ignis mulcta sint damnandae, Resolutio . . . . . . . . 496
C. Plinii Secundii Naturalis historiae . 498
De fascinationibus disputatio elegans, erudita, et lectu dignissima . . . . . . . . 531
De illorum daemonum . . . . . . . . . . . . 536
Colloquuntur . . . . . . . . . . . . . . . 537
Gerardi Cremonensis . . . . . . . . . . . 559
De magia . . . . . . . . . . . . . . . . 574
Ars notoria . . . . . . . . . . . . . . . 603
De incantatione . . . . . . . . . . . . . 661
Joannis Trithemii . . . . . . . . . . . . 665
(Epist)
Ex libro Johannis Tritemii . . . . . . . . 667
Diversa divinationum genera . . . . . . . 688

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І.І. МЕЧНИКОВА